2. 7. 374.

2 R. 7

XXXIX
VAR. Veter. Grae.
Opusc. ed. P.
ARC

OPVSCVLA AVREA THEOLOGICA

QVORVNDAM CLARISS. VIRORVM
poſteriorum Gręcorum, qui extinguendę Gręcię,
inſtar poſtremi ſplendoris, impetu quodam
Diuino, cùm pietatis tùm doctrinæ
fulſerunt, circa proceſſionem

SPIRITVS SANCTI.

Videlicet,
Ioannis Vecci Patriarchæ Conſtantinopolitani,
Beſſarionis Cardinalis,
Demetrij Cydonis Conſtantinopolitani,
Maximi Planudis, &c.

PETRO ARCVDIO CORCYRAEO
Collectore & Interprete.



ROMAE, Typis Sac. Congr. de Propag. Fide. MDCLXX.
SVPERIORVM PERMISSV.

Vidi ex commiſſione Reuerendiſs P. Mag. Sacri Palatij Apoſt. Opuſcula varia diuerſorum Auctorum Græcorum circa proceſſionem Spiritus ſancti, à Petro Arcudio Corcyræo, viro docto & pio collecta, Latinitateq; donata; in quibus optime & ſolide diſſeritur de prædicta controuerſia, & plurima afferuntur ad reuincendos Græcorum errores apprime vtilia. Quod ad interpretationē attinet, ſeria eſt & grauis, & docto Græco digna: notæ etiam virum præferunt eruditum. Quicquid demum in opere eſt Theologis, & Fidei controuerſijs valde conducet; prælo proinde, & laude dignum exiſtimem, ſed & doctis quibuſque, præſertim Græcis, valde conſultum iri, ſi hæc Opuſcula in omnium prodeant conſpectum. Datum in Collegio S. Iſidori Fratrum Minorum Hibernorum ſtrictioris Obſeruantiæ. Romæ Kal. Iunij 1629.

Fr. Lucas VVaddingus S. Theol. Profeſſor, & S. Inquiſitionis Romanæ Qualificator.

Iterum Imprimatur ſi placet Reuerendiſſ. P. M. Sac. Palatij Apoſt.

I. de Angelis Arhiep. Vrbin. Vicesg.

Iterum Imprimatur

Fr. Hyacinthus Libellus Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter, Ord. Prædicatorum.

Series Opuſculorum, quæ in hoc Opere continentur.

Ioannes Veccus Patriarcha Conſtantinopolitanus nobilis auctor, collegit plurimas Sanctorum Patrum ſententias. cùmq; Græci excogitaſſent diuerſa ſubterfugia, declinantes argumenta Latinorum, in materia Proceſſionis Spiritus ſancti; ipſe Veccus iiſdem teſtimonijs Patrum; omnia eorum reſponſa per duodecim inſcriptiones egregiè eneruat, & penitus deſtruit.

Gregorius Palamas nouus hæreſiarcha conatur fruſtra eum refellere, ſed Beſſarion Cardinalis eum ſtrenuè defendit, confutando Palamam. Sententias Patrum ad calcem operis adſcripſimus, ſed facilè quilibet eas ad inſcriptiones Vecci referre poterit.

Alterum opus eſt Cardinalis Beſſarionis, qui rogatus à nobiliſſimo viro Laſcare, recenſet quid actum ſit in Concilio Florentino, & nonnulla tangit, quæ ſunt digna ſcitu.

Idem, capta iam Conſtantinopoli, creatus à Pio Secundo Patriarcha Conſtantinopolitanus, Epiſtolam exhortatoriam ſcribit ad omnes Græcos tam Eccleſiaſtici ordinis, quàm mundani, eos inuitans ad Catholicam Romanam Eccleſiam.

Sequitur doctus auctor Demetrius Cydones Conſtantinopolitanus, qui & Palamæ blaſphemias recenſet; & probando Spiritum ſanctum ab vtroque procedere, deceptiones Græcorum Palamam ſequentium patefacit.

His opuſculis annectuntur teſtimonia S. Auguſtini in Græcum ſermonem verſa, præſertim ea, quæ Maximus Planudes ex 15. lib. de Trinitate S. Aug. è Latinis Græca fecit, Et nonnulla alia ex Tractatu in Ioannem, quæ alij Græci in ſuam linguam verterunt, reor autem fuiſſe Beſſarionem, & Demetrium Cydonem.

Poſtremò inſeritur Epiſtola Nicolai V. ad Conſtantinum Palæologum poſtremum Imp. Conſtantinopolit. à dociſſ. viro Theodoro Gaza è Latino in Græcum verſa.

BEA-

BEATISS. SANCTISSIMOQ. PATRI
VRBANO VIII. PONT. MAX.

PETRVS ARCVDIVS.

EN offero Tibi, PATER BEATISS. Ioannis Vecci Conſtantinopolitani Patriarchæ defenſoris acerrimi Catholici dogmatis, inſcriptiones (quas ego è Gręcis Latinas feci) in ſelecta Sanctorum dicta, de proceſſione Spiritus S., & contra eas pſeudoconfutationes Palamæ, & aduerſus Palamam pro Vecco Beſſarionis apologiam. Opuſculum ſanè, ſi molem ſpectes, perexiguum; ſi argumentum, ampliſſimum; ſi vim, atque à Scriptoris ingenio, naturaque illi inſitum, innatumque robur, peracutum, efficax, acre, graue, quodque non immerito cum ſeminibus comparaueris, ex quibus alioquin minutiſſimis ſtirpes, ramos, truncos, denique excelſas arbores natura gignit, & procreat. Ex hoc quoque, vt ego exſtimo, tot poſtea clariſſimorum virorum ſempiternæ memorię monumenta, tot grauiſſimę, tamque prolixę ora-

tio-

tiones Georgij Scholarij, Beſſarionis, Gregorij Protoſyncelli, & aliorum emanarunt. Hoc autem quam ornatiſſimum offerre tanto Principi, vehementer ſtudui, quod aliquo modo ſanè factum eſt, quia ſententias Patrum, quæ hic prius deſiderabantur: & quas alij, quod maximè notę eſſent, ſilentio prætererunt, denuò collegi, & ad finem opuſculi huius adiunxi. Idq; tuo potiſſimum beneficio PATER BEATISS. cuius nimirum conceſſu, ac venia, codicem manuſcriptum in Bibliotheca Vaticana peruoluere licuit.

Cæterum Veccus, ſi ſe ſpectandum præberet, vidiſſes PATER BEATISS. excellenti virum ingenio, & in doctrinæ ſtudijs ab ineunte verſatum ætate: præterea tantis naturæ donis ornatum, quantis illius ætatis neminem alterum. Nam & proceritate corporis, & maieſtate vultus, & facundia, & vbertate, acumineque ingenij ad omnes res apto, alijſq; dotibus præſtabat. Quibus id erat conſequutus, vt apud Imperatores, & Principes, atque apud omnes eruditos viros venerabilis, ac celeberrimus eſſet. Porrò cùm illius hominis ingenium, doctrinam, dignitatemque contemplor, audeo cum T. B. eminenti eruditione, ac erudita eminentia partim conferre, partim tuo ſplendori ſuccumbere, cedereq; Patriarcha Vrbis Regiæ, hoc eſt iunioris Romæ,

ad

ad ſeniorem accedit, nimirum ad πρωτοκορυφαῖον cunctorum Patriarcharum, qui vniuerſos mortales dignitatis faſtigio ſuperat; ὀρθογνώμων ad petram fidei, ἕλλην ad φιλέλληνα, ἔξοχος ad præſtantiorem, εὐμεγέθης ad ὑπέρμεγαν, καὶ τἄλλα ἔπαινον. Qu d enim in te non rarum, & ſingulare? ſiue quis ſpectet bona corporis εὐμήκης σῶμα, ſiue μεγαλοπρεπέστατον εἶδος dignum imperio, ſiue diuitias animi καὶ νοὸς εὐφυΐαν καὶ ὀξύτητα, ſiue γλώττης εὐφραδίαν, καὶ μελίρρυτον φθέγμα, ſiue πολυπειρίαν, κἀν τοῖς δεινοῖς εὐσχεῖν καὶ προμήθειαν; vt illud Homericum concinne tibi cum hoc homine congruat:

Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.

Et quidem illum qualis fuerit hiſtoria nobis indicat. Te verò BEATISSIME PATER proprijs oculis conſpicimus, vt periculum nullum ſit; ne fama decipiamur. Sed cauendum mihi, ne in Oceanum Tuarum laudum ingreſſus, nimia copia obruar, & priùs naufragium patiar, quàm ſine exitu ad littus appellere poſſim. Venerabor adeò Te potiùs ſilentio, quàm oratione minus idonea commendabo.

Huic egregio auctori, & veluti anteſignano Cardinalem Beſſarionem comitem & ſocium adiunxi. At qualem & quantum virum? eum nimirum, cuius cùm ſingularem pietatem, tùm abſtruſam, reconditamque doctrinam Concilium Florentinum vocali præconio celebrat.

Vt

Vt meritò Eugenius IV. eum in Sacrorum Purpuratorum Collegium cooptauerit. Is igitur egregius, & de re Chriſtiana vir optime meritus in hoc opuſculo, quod in publicum damus, nobiliſſimum virum Alexium Laſcarim Philanthropinum de rebus Concilij Florentini rogatus certiorem facit, & inſtruit. Huic aureo libello proximè annecto epiſtolam eiuſdem, quam creatus iam Cardinalis, & poſtea à Pio II. Patriarcha Conſtantinopolitanus ſcripſit ad omnes Græcos tam ordinis ſacri, quam mundani, qui eius Patriarchatui ſubijciebantur.

His tertium addo Demetrium Cydonem Conſtantinopolitanum, virum ſanè probum, & ſolidè doctum, non quidem aliqua dignitate Eccleſiaſtica inſignitum, ſed merè orthodoxum. Quem pariter ex eodem libro Vaticano, veluti theſauro quodam protuli, atque in communi lumine collocaui. Quem etiam in hac ſua oratione Beſſarion obiter laudat.

Hos autem auctores Græcos non ſolùm in propria eloquentia, & illa Attica gratia rotundos ac ſplendidos, ſed etiam Latinè loquentes, veluti in theatrum, & ſcenam aliena ſub veſte, & peregrino ornatu, homo Græcus introduco, & repræſento. Hoc eſt, is, qui (vt noſtro placet Beſſarioni) quantumuis calleam Latinitatem, minimè tamen æqua gratia Latinorum aptus ſim ad

ali-

aliquid Latinè ſcribendum. Id, quod etiam contra in Græcis litteris Latinorum plurimis vſuuenire, ac contingere video. Quippe, qui vel in ipſis minutis particulis, articuliſque manifeſtè ſe produnt, qualeſque ſint auctores Latini ne, an Græci facilè deprehenduntur. Quanquam vt alter Cato Grȩcas litteras valdè ſerò, ita Beſſarion Latinas didicit ſenex, & multum profecit; hancue ſuam orationem ad Alexium Laſcarim, Epiſtolam item exhortatoriam tanquam Patriarcha Conſtantinopolitanus ad Græcos, & contra Palamam, & alia non pauca ipſemet Latinis verbis, nedum Græcis non ineleganter expreſſit, vt reperi poſtea.

At Tu PATER BEATISSIME, qui in hac literaria palæſtra non parum exercitatus es, & vtriuſque linguȩ arcana μυνθεῖς intimè noſti, facilè dijudicare poteris, quod præſtare conatus ſum, an aſſecutus fuerim.

Poſtremò quidam noſtri Græci Catholici volentes oſtendere alijs Græcis ſchiſmaticis etiam Latinos Sanctos idem ſentire de dogmate, quod etiam ſenſerunt, & docuerunt Patres Græci, nonnullas auctoritates ex Tractatibus in Ioannem S. Auguſtini in Grȩcum verterunt. Quas in fine totius Operis inſerendas, & imprimendas curauimus; addentes præterea tria integra capita eiuſdem Doctoris ex decimoquinto

** li-

libro de Trinitate, Maximo Planude interprete; vt hac ratione & Opuſcula perfecta reddantur, & inſtar theſauri locupletiſſimi aureæ ſententiæ Patrum, verum indagantibus, ſine retardatione inſeruire debeant.

Reſtat PATER BEATISSIME, vt hos Heroas, vbi benigniſſime ad Tuum aſpectum, & ad Tuos beatos pedes prouolutos admiſeris, & φιλοφρόνως exceperis, me quoque illorum ἀκόλουθον tutela Tua, & patrocinio foueas, benedictioneque proſequaris.

FRANCISCO
BARBERINO
S. R. E. CARD. EMINENTISS.

Protectori Græciæ, &c.

PETRVS ARCVDIVS.

VBI Sanctiſſimum Patruum Tuum hi Græci Heroes ſalutarunt, & venerati ſunt, Te quoque adeunt lætabundi, Eminentiſſ. BARBERINE, qui ſecundas partes obtines, & Venerandam Patruum doctrina, & elegantia morum ad viuum exprimis. Referunt ſe humaniſſime exceptos eſſe à Succeſſore Principis Apoſtolorum. Eſt nempè id peculiare, & quaſi proprium quoddam iure optimo huius Apoſtolicæ Sedis, homines præſtantiſſimos fouere, & amicos Dei beneuolentiſſimè, ac perhumaniter amplecti. Sic illum μεγαλοῤῥήμονα, & μεγαλονοήμονα Dionyſium perbenignè amplexatus eſt Clemens, & eum direxit in Galliam. Inde illa inclyta gens talem patronum nacta, cùm doctrinam religionis θεοδίδακτον ἰσαποστόλου κήρυκος imbibit, tùm Atticos ſales conſequuta, candorem linguæ Græcæ adeò imitata eſt,

Vt Athenas ipſas elegantia ſermonis, & puritate, Lutetia Pariſiorum præſeferat, & repræſentet. Quid dicam de characteribus μεγαλοπρεπῶν καλλιγραφίας, & ὀρθογραφίας, qui oculos legentium rapiunt, vt alibi pares, aut ſimiles omninò reperire nequeas? Et certè ſi antiqui Scriptores Græcorum omnis generis vocem ſumerent, & fari poſſent, Gallis potiſſimùm ingentes, & immortales gratias agerent, quod extincti in Græcia, beneficio ipſorum in eorum ampliſſimo imperio felicius reuixerint. Sic fructuoſiſſimus ille Polycarpus inſuperabilem Anicetum mirificè coluit. Athanaſius ille μυριάθλος par illud ſydus Pontificum Liberium, & Iulium. Chryſoſtomus verè aureus Innocentium. Cyrillus Νεστοριομάστιξ, οὐράνιον illum Cæleſtinum, cuius auctoritate Concilio præſidet, & ex eo Patriarchæ Alexandrini nouis, inuſitatis, & κομπώδεσι titulis ſe ornant, & gloriantur. Flauianus, & Theodoretus Leonem Magnũ. Maximus μεγαλομάρτυς, μεγαλομάρτυρα Martinum, cui demũ eſt paſſione conſociatus; qui etiã tuetur Honorium falsò Monothelitam, & omni honore dignum, quippe hæredem in fide Petri. Ignatius Caſtus è regio ſanguine ortus Conſtantinopolitanus, à σκοτεινῷ Photio vehementer vexatus, inuictiſſimum Nicolaum, ac non paucos ſubſequutos conſtantiſſimos Romanos Pontifices. Et alij alios. Ita etiam hi poſtremi ad aſylum ſacrum accedunt. Gratulantur Tibi, ſibique protectionem

Gra-

Græciæ, quam Patruus Tuus honorificentiſſimè ſuſtinuit, & quaſi hæreditario quodam iure Tibi amantiſſimo Nepoti commiſit. Vbi ampliſſimum campum nactus es exercendæ virtutis. Magnam ſanè laudem adeptus es, quod Gallias, & Hiſpanias peragrando ingenti bono totius Reipublicæ Chriſtianæ potentiſſimorum Regum animos fœdere iunxiſti. At non minorem aſſequeris, ſi ſtudio, & fauore Tuo illam olim nobiliſſimam Nationem ad Eccleſiæ gremium conuocaueris. Imitare peritos aucupes, qui ſimiles auiculas eleganter ornatas exponunt, vt alias & attrahant & capiant. Hos inquam, doctiſſimos viros, & antiqua Græcia dignos Sanctiſſimo Patruo, ac nomini Tuo dicatos, à Zelantiſſima Congregatione de propaganda Fide in gratiam Tuam typis non inelegãtibus excuſſos, fac vt in Orientem feliciter penetrent, vtque recentiorũ Græcorum manibus terantur, & eoſdem ſua ipſorum ſpecie, ac pulchritudine teneant. Profectò magno Tuo, & illorum emolumento ad verã fidem properabunt, & eſſe ſe captos gaudebunt. Agnoſcent fraudes ſchiſmaticorum, Doctrinam caſtam, & germanam veterũ Patrum ſuſpicient. Abijcient pertinaciam, amplectentur animorum concordiã. quod vtinam Te Protectore, Te Patrono, & fautore noſtra ætate, noſtris oculis inſpiciamus.

PIO LECTORI.

DE Vecco, & Palama, pie Lector, nonnulla mihi dicenda ſunt, vt quales Auctores fuerint, quoue tempore floruerint, & quis illis honor habendus ſit optimè noſcas. Veccus itaque in Eccleſia Conſtantinopolitana dignitate Chartophylax, excellentis ingenij vir, floruit tempore Michaelis Octaui Imperatoris Palæologi, illus, inquam, qui in ſecundo Concilio Lugdunenſi, anno Domini 1 2 7 4. ſumma virorum frequentia celebrato, tempore Gregorij X. per ſuos legatos interfuit, atque coniunctionem Eccleſiarum mirum in modum procurauit, his tribus vltro citroque datis, & acceptis conditionibus; Vt Græci Summi Pontificis honorificentiſſimā mentionem celebrando ſacrum ἐν τοῖς διπτύχοις, facerent, atq; pro ſalute illius cæleſte numen exorarent; Vt appellationem ad eundem factam, non impedirent; Vt Romanam Eccleſiam Caput omnium Eccleſiarum agnoſcerent. Quique Græcos (vt refert Nicephorus Gregoras in lib. 5. ſuæ hiſtoriæ) nolentes ad Romanam & Catholicam Eccleſiā ſe adiungere, varijs modis mulctauit, bonorum publicationibus, relegationibus, carceribus, excæcationibus, flagris, mutilationibus, & alijs ſimilibus pœnis. Veccum autem ſuo edicto aduerſantem cū omnibus fere ipſius conſanguineis coniecit in teterrimos carceres. Verum cum idem Imperator ad ſanam mentē eum redire vehementer cuperet (quod maximæ auctoritatis, & non vulgaris doctrinæ eſſet vir) librum quendam cuiuſdam non ignobilis auctoris Nicephori Blemidæ, qui de hac præſer-

tim controuerſia ante vigintiquinque annos egregiè diſſeruerat, & multa accuratè à ſacris Doctoribus excerpſerat, ei obtulit. Quem ille cum ſtudiosè lectitaſſet, & cum monumentis antiquorum Patrum Græcorum contuliſſet, præter omnem ſuā expectationem ad verbū veriſſimè ea citata eſſe manifeſtò comperit; ita tandem mutata ſententia cum Romana Eccleſia conſentit, & ad Patriarchalē dignitatem euehitur, ac deinceps fit ab intimis conſilijs Imperatoris, adeò vt ſine eo nihil prorſus gereretur. Et ea teſtimonia dictaque ſanctorum ex infinita, & accurata lectione vehementer ipſe auxit, ac mirificè præſentibus Inſcriptionibus illuſtrauit, atque exornauit. Cæterum mortuo Michaele, ſucceſſor eius Andronicus Senior Veccum ad radices *Olympi* relegauit; cumque Veccus immeritò in exilium pulſum ſe eſſe quereretur, eo reuocato, & indicto priuato Concilio, cum publicè verum dogma proceſſionis Spiritus S. auctoritate Sanctorum Patrum ſtrenuè defenderet, neque conuenire cū cæteris Græcorum Antiſtitibus Schiſmaticis vlla ratione vellet, ſed illorum falſam concordiam oppoſitum ſentientium palam reſpueret; iterum in exilium in oppidulum quoddā maritimum Bithyniæ, vna cū Meliteniote, & Metochyte mittiur, (*hi enim in hac cauſa dignitate Archidiaconatus Cleri Imperialis inſigniti, partes Vecci ſequebantur*) ibique turri incluſus Confeſſor in carcere moritur. cum interea cæteri Græcorum Præſules, qui eos damnarunt, frequenter coactis priuatis Concilijs, nullo modo concordare poſſent, & Damaſcenum affirmantem ex Patre per Filium Spiritum ſanctum procedere, ad ſuum falſum dogma applicare fruſtrà laborarent. Teſte Pachymera in ſua hiſtoria. Hactenus de Vecco, cuius mentio

fit

fit in Catalogo Patriarcharum hoc titulo καὶ Λατινόφρων Ιωάννης ὁ Βέκκος.

Porrò Gregorium Palamam monſtrum fuiſſe ex varijs, ac tetris compactum hæreſibus, indicabit infra nobilis & doctus auctor Demetrius Cydones Conſtātinopolitanus, qui de eo argumēto curſim, nōnulla veluti prolegomena edidit, ac deinceps de ipſo dogmate proceſſionis Spiritus ſancti per duodecim Capita copiosè diſſerit. Conſtabit item ex epiſtola cuiuſdam Pauli Latini Patriarchæ Conſtantinopolitani, quam huic operi inſerendam infra duximus.

At noſtri recentiores Græci eum perinde ac ſi vnus & quidem præcipuus ex Beatis Viris, & illuſtribus Eccleſiæ Doctoribus foret, in ſuis Eccleſijs immeritò celebrare ſolent. In eo ſiquidem libro, quem appellant τριῴδιον, ſic habetur. Κυριακῇ δευτέρᾳ τῶν ἁγίων νηστειῶν ψάλλεται ἡ παροῦσα ἀκολουθία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης τοῦ Θαυματουργοῦ, τοῦ καὶ Παλαμᾶ, συντεθεῖσα παρὰ τοῦ παναγιωτάτου Πατριάρχου Φιλοθέου. Dominica ſecunda ſacrorum ieiuniorum canitur præſens ſequentia (hoc eſt officium) ſancti Patris noſtri Gregorij Archiepiſcopi Theſſalonicēſis Thaumaturgi, qui & Palamas nuncupatur, à ſanctiſſ. Patriarcha Philotheo compoſitum. Sic ibi. Vbi etiā poſt multas, & ſingulares laudes in eius officio poſitas. inſeritur etiam συναξάριον, hoc eſt collecta illius vitæ. In ea dicitur iſte floruiſſe tempore Andronici Senioris, ſucceſſoris videlicet ipſius Michaelis Palæologi, & in quadam Synodo eodem tempore celebrata, confutaſſe quendam Italum nominè Barlaam, qui lumen, quòd reſplenduit transfigurato Domino in monte Thabor, negabat eſſe quid increatum, cum vni ſoli Deo illud eſſe increatum congruat. Nonnullis Græcis

atque in primis ipſo Palama; non eſſe quidem eſſentiã Diuinam, eſſe tamen quid increatum temerè affirmantibus. Sed & Nicephorus Calliſtus Xanthopolus in dedicatione ſui operis, laudes Andronici Imperatoris proſequitur (quo videlicet tempore nouus iſte ac tam mirificus ſanctus comparuit.) Inter cætera vero, quæ ibi memorat & contendit, audet etiam eum Magno cũ Conſtantino comparare, quippe ait, inſtar alterius Cõſtantini, qui Nicænam indixerat Synodum, eum quoq; Orientalium Patrum coegiſſe Concilium, & in eo (vt alij aiunt) Spiritum S. ex ſolo Patre prouenire ſancitum eſſe. Quis ergo clarè non videat in tam egregia ſcilicet, & glorioſa cauſa, hunc nouum Theologum laboraſſe, & à Græcis, nõ quidem communiter omnibus, ſed quibuſdam illi ſimilibus, & ſequacibus in diuorum numerum relatum fuiſſe? Neque mirandum eſt, cum non deſint quidam impudentiores, qui etiam illud viliſſimum caput Marcum Epheſium in concilio cęleſtiũ collocent, & eius formam inſtar cæterorum ſanctorum in tabulis effingant. Quamobrem mirari deſinas, pie lector, diuina iudicia contemplans, ſi Deus Græcorum Eccleſiam olim tam inſigni ſanctitate florẽtem, poſtea tanta obſtinatione animi Sedem Apoſtolicam Romanam, videlicet matrem, ac magiſtram, ſuper firmiſſimã petram verorum dogmatum fundatam, repudiantem, in tam turpes errores permiſerit delabi; Vt veris laudibus Sanctorum, multa mendacia ſchiſmatis fautores miſcere non dubitauerint. Quare quod ad illos attinet, etiam veris falſa cum illorum ſplendore permiſcẽdo, non parum fidei detraxerunt. Verum, vt eo iam vnde huc digreſſi ſumus, reuertamur; neque in libris Eccleſiaſticis Græcorum vetuſtioribus, quamuis typo mandatis, habetur iſtud officium Palamæ; Neque Ru-

theni,

theni, Græcorum videlicet in omnibus hæreditarij, iſtum nouum Doctorem agnoſcunt. Sed & Philotheũ iſtum Patriarcham, qui Palamæ egregiam operam nauauit, & eum ſummis præconijs celebrauit, vigente ſchiſmate, & circa eadem tempora extitiſſe, conſtat ex Catalogo Patriarcharum.

En itaque, prudens lector, clarè intelligis, & quaſi manu tenes, qualis iſte Gregorius Palamas fuerit, egregius ſcilicet Doctor, qui Spiritum ſanctum malitia contriſtauerit, mendacijs à ſe procul expulerit, in quem ſine vlla ſpe veniæ conſequendæ in hoc, & in futuro ſæculo peccauerit; quique meritò inſtar alterius Macedonij πνευματομάχος appellari poſſit ac debeat. Vt mirum ſit, quomodo Græcos, hoc eſt tam inclytam, ac nobilem nationem, vnum iſtum ψευδάγιον, & ψευδοδιδάσκαλον Παλαμᾶν, hoc eſt, callidum, & machinatòrem, ſeu potius παλαμναῖον, omnibuſque modis execrandum inter tot Glorioſiſſimos Patres, & antiquos illos Dionyſios, Ignatios, Athanaſios, Baſilios, Nazianzenos, Chryſoſtomos, cæteroſque præſtantiſſimos Doctores, qui Eccleſiæ Catholicæ clariſſima lumina extitere, & quos totus Orbis merito veneratur & colit, nõ vehementer pudeat enumerare? Quanquam ego de meis Græcis meliora ſperare debeo, video enim fore, vt aliquando agnita veritate, fraudibuſque detectis, & illi, quem falſò colunt, vale dicere debeant; & duras ad hanc diem ceruices, ſuauiſſimo Eccleſiæ Romanæ, hoc eſt, Chriſti iugo libentiſſimè ſubdant. Cæterum de noſtra interpretatione, diligens lector, accipe pauca. ſi enim in ea eloquentiam quæris, à qua ego longe abſum, fruſtra eam flagitas, ſi ſummam fidelitatem interpretis, puto tibi ſatisfactum eſſe. Vale.

NOTENT GRAECI HVIVS AETATIS, qua ratione Veccus ad Catholicam fidem peruenerit; & qualia reſponſa dabat ad loca Sanctorum Patrum Latinorum, anteſignanus Græcorum, Coryphæus ſchiſmatis, pſeudopatriarcha Photius, & erubeſcant.

Ἐκ τῶν Γεωργίου τοῦ Παχυμέρη συγγραφικῶν Ἱστοριῶν ἕκτης.

ΓΙΠΤΕΙ γοῦν εἰς χεῖρας ἐκείνῳ (τῷ Βέκκῳ) τὰ τῷ σοφωτάτῳ Βλεμμύδῃ γραφέντα πρός τε τὸν Βασιλέα Θεόδωρον, ἀρχὴν ἔχοντα τό, ὁ ζητῶν ἐν οὐ καιρῷ, καὶ λαμβάνων ἐν καιρῷ. Καὶ τὰ πρὸς τὸν Βουλγαρίας Ἰάκωβον, τό, ἔστι μοι πάθος, ὅπερ ἐξαγγέλλω. πρὸς ἀκέστορα γὰρ ἰατρὸν, προοίμιον φέροντα.

Ἐμπίπτει βίβλος ἄλλη τοῦ Μαρωνείας Νικήτα, ὃν ἡ μεγάλη ἐκκλησία ἐν τιμίοις εἶχε, καὶ Χαρτοφύλακα. ὕστερον δὲ καὶ ἡ μεγάλη Θεσσαλονίκη ἀρχιερέα ἐκλήρωσεν, ἐν ὅλοις πέντε λόγοις τὰ τῶν θείων γραφῶν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τῶν ἐκκλησιῶν ἀθροίσασα.

Ex ſexto libro Georgij Pachymeræ.

IGitur inciderunt in manus Vecci cum ea, quæ doctiſſimus vir Blemides ſcripſit ad Theodorum Imperatorem, quæ incipiunt: Qui quærit non opportuno tempore, & accipit opportuno. Tum ea, quæ ad Iacobum principem Bulgariæ, quæ huiuſmodi præſeferunt prooemium: eſt mihi morbus, quem patefaciam, quippe ad peritum medicum.

Incidit etiam in manus eius alter liber Nicetæ Maronenſis, quem virum primo Eccleſia magna Conſtantinopolitana in honore habuit munere Chartophylacis, hoc eſt præfecti ſcriniorum fungentem: deinde magna Vrbs Theſſalonica illius pontificatu ditata eſt. Qui pro ineunda concordia Eccleſiarum totis integris quinque libri ex ſacris Scripturis diſſerit &c.

Et infra de rebus geſtis Andronici Palæologi agens in primo libro ſuæ hiſtoriæ, ita loquitur de Vecco Patriarcha, & Photio.

Ἱστοριῶν ζ. τῶν κατ' Ἀνδρόνικον α. Κεφ. θ.

Ἕτερον γοῦν τὸν Μαρωνείας Νικήταν καὶ Χαρτοφύλακα, ὕστερον δὲ καὶ Θεσσαλονίκης πρόεδρον, καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ τὸν Βλεμμίδην Νικηφόρον γραφὰς συνηγμένας εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν Ἰταλῶν ὡς δῆθεν ἀπολογίαν. καὶ Φώτιον αὐτὸν λέγοντα, ὡς εἰ καὶ Ἀμβρόσιός τε καὶ Αὐγουστῖνος καὶ τρίτος Ἱερώνυμος ὑπὸ μετὰ προσθήκης ἐθεολόγουν περὶ τοῦ Πνεύματος· ἀλλ' ὡς Ῥωμαῖοι πάντως, καὶ οὐχ ὡς Γραικοὶ ἔγραφον καὶ ἔλεγον τὴν προσθήκην. τῆς μὲν τούτου λύσεως καὶ λίαν ὡς ἀσθενοῦς κατεγίνωσκεν (ὁ Βέκκος) ὥσπερ ἂν ἦν ἱκανὸν, τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα πατέρα νῦν μὲν ὡς Γραικὸν μεγαλύνειν, νῦν δ' ὡς Ῥωμαῖον αἱρέσεως γράφεσθαι. Ἱερώνυμον δὲ καὶ Αὐγουστῖνον τὸν μὲν ὑπὸ Δαμάσου παιδευθέντα, καὶ σύγχρονον Βασιλείῳ τῷ πάνυ καὶ μέγα ἐγνώριζον. Αὐγουστῖνον δὲ τὸν Ἱππῶνος καὶ ἐπὶ τῆς ἕκτης συνόδου Μακαρίας μνήμης ἠξιωμένον καὶ εὐφημούμενον. τὸν δὲ τρίτον Ἀμβρόσιον καὶ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας μεγαλυνόμενον. τὸ γοῦν τὸν Φώτιον οὕτω λέγειν περὶ ἐκείνων καὶ ἀποφαίνεσθαι, οὐκ ἐκείνου συνετὸν, καὶ ἄλλως δίκαιόν τι καὶ ἰσχυρὸν, ἐκείνων δὲ τοῖς βιβλίοις προσχών.

Ex ſeptimo hiſtoriæ, primo autem de rebus Andronici, capite nono.

IGitur cum reperijſſet (Veccus) Nicetam Maronenſem Chartophylacem, qui deinde fuit Theſſalonicenſis Antiſtes, inſuper & Nicephorum Blemmidē, qui veluti quandam apologiam pro Italis compoſuerunt; & ipſum etiam reperiſſet Photium, qui aiebat, quod quamuis Ambroſius, & Auguſtinus, & tertius Hieronymus ita cum additione de Spiritu ſancto Theologicè differebant, attamen tanquam qui eſſent Romani planè, non autem Græci ſcribebant, & afferebant additamentum: hanc quidem ſolutionem vt valdè debilem Veccus deſpiciebat, quaſi verò fieret ſatis, ſi eundem & vnum patrem modò tanquam Græcum extolleret, modò tanquam Romanum de hæreſi accuſaret. Et Hieronymum quidem à Damaſo edoctum & coætaneum Baſilij magni noſtri agnoſcebant: Auguſtinum verò Hipponenſem ſexta Synodus beatæ memoriæ dignum cenſuit, & celebrauit. Tertium verò Ambroſium etiam noſtra Eccleſia magnum virum prædicat. Igitur Photium de illis ita ſentire ac differere non eſſe prudentis reſponſum, nec iuſtum ac ſolidum cenſebat, illorum verò libris (hoc eſt Maronenſis & Blemidæ) animum adhibens &c.

Proſequitur ſchiſmaticus hiſtoricus Veccum damnare, quod illorum teſtimonia Veccus nimis curioſè & moroſè interpretaretur. Ita ex hiſtorico qualicumque fit Pachymeres malus Theologus. Vel etiam dicendum eſt, timore quodam Principis, & aliorum Græcorum ita in fine ſcribere, recitata, & patefacta prius veritate.

ΙΩΑΝΝΟΥ
ΤΟΥ ΒΕΚΚΟΥ
ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

Ἐπιγραφαί, εἰς ἃς συνελέξατο ῥητὰ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως.

Εἰς τὴν πρώτην συλλογὴν πρώτη ἐπιγραφή.

ῬΗΣΕΙΣ διάφοροι γραφικαὶ συλλεγεῖσαι εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. μεθ' ἃς ἕτεραι ῥήσεις καταστρώννυνται ἐν τῇ παρούσῃ βίβλῳ εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκ τοῦ Πατρός· καὶ ἐπειδὴ αἱ μὲν, ἐκ τοῦ υἱοῦ, αἱ δὲ διὰ τοῦ υἱοῦ ἀποδεικνύουσιν εἶναι αὐτὸ, εἰς παράστασιν τοῦ ἰσοδυνάμου τῆς, διὰ, καὶ τῆς ἐκ, ἀκολούθως παρευθὺς ἕτεραι γραφικαὶ ῥήσεις καταστρώννυνται. δι' ὧν τὸ τῶν προθέσεων τούτων ἰσοδύναμον ἀποδείκνυται.

Τοῦ Παλαμᾶ ἀντίῤῥησις πρὸς τὰς τοῦ Βέκκου ἐπιγραφάς.

ΟΤαν ἐπὶ τῆς θεολογίας ἰσοδυναμῶσιν ἀλλήλαις ἡ ἐκ καὶ ἡ διὰ, οὐ τὴν διαίρεσιν οὐδὲ τὴν διαφορὰν παριστῶσι τῆς ἁγίας τριάδος, ἀλλὰ τὴν ἕνωσιν καὶ τὴν ἀπαραλλαξίαν, ἥτις ἐστὶ κατὰ τὴν φύσιν, καὶ τὴν ὁμοβουλίαν· δείκνυται γὰρ ἐντεῦθεν τῆς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως, καὶ δυνάμεως, καὶ ἐνεργείας, καὶ θελήσεως ὁ Πατὴρ, ὁ υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὅθ' ἐνταῦθα καταγραφό-

μενος

IOANNIS
VECCI
CONSTANTINOPOL. PATRIARCHÆ

Inſcriptiones, in ſententias Sanctorum Patrum, quas de proceſſione Spiritus ſancti collegit.

PETRO ARCVDIO CORCYRÆO INTERPRETE.

In primam Collectionem prima inſcriptio.

SENTENTIAS varias ſanctorum Patrum litteris conſignatas collegimus: quibus oſtenditur Spiritum ſanctum ex Filio quoque eſſe. poſt quas, In præſenti libello, alias ſubſternimus, ad probandum Spiritum ſanctum, ex Patre eſſe per Filium. & quoniam hæ quidem ex Filio, illæ autem per Filium eſſe ipſum demonſtrant, ad declarandam æqualem vim præpoſitionum *Per*, & *Ex* continenter ſtatim alias ſententias ſcriptas ſubijcimus, quibus has præpoſitiones idem valere oſtenditur.

Gregorij Palamæ refutatio Inſcriptionum Vecci.

QVando præpoſitiones *Ex*, & *Per*, in re Theologica inter ſe conueniunt, atque ſignificatione æquè pollent; non diuiſionem neque differentiam ſanctiſſimæ Trinitatis, verùm coniunctionem, &, quæ ſecundùm naturam ſit, immutabilitatem, atque eandem voluntatem deſignant. Hinc enim Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, vnius, eiuſdemque naturæ, potentiæ, operationis, atque voluntatis eſſe oſtenduntur. Qui autem hic ſanctorum dicta deſcripſit, & tales edidit inſcriptiones ex eo, quòd hæ

μένος τὰ τῶν ἁγίων ῥητά, καὶ οὕτως ἐπιγράψας, τὴν διαφορὰν
κακῶς καὶ δυσσεβῶς τῶν θείων ὑποστάσεων ἐπιχειρεῖ δεικνύναι
διὰ τῶν τῶν ῥηθέντων προθέσεων ἰσοδυνάμου· Καὶ ὅτι ἐκ τῶν δύο
ὑποστάσεων, καὶ παρ' ἑκατέρας τούτων διαφόρως ἔχει τὴν
ὕπαρξιν ἡ μία τῶν τριῶν προσκυνητῶν ὑποστάσεων τὸ Πνεῦμα
τὸ ἅγιον· φανερὸν οὖν ὡς αἱ μὲν τῶν ἁγίων ῥήσεις ἔχουσιν εὐσε-
βῶς τε καὶ καλῶς. ἐκλαμβάνονται δὲ παρὰ τοῦ συνειλοχότος
καὶ καταγράψαντος ἐνταῦθα ταύτας, κακῶς τε καὶ δυσσεβῶς.
Ὅτι δὲ τὴν ἕνωσιν καὶ τὸ ἀπαράλλακτον ἐν πᾶσιν, ἡ τοιαύτη
δείκνυσι διά, ὅταν δηλονότι ἰσοδυναμεῖ τῇ ἐκ· ὁ θεῖος Μά-
ξιμος παρίστησι σαφῶς προειπὼν εἰπόντων ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ
Πνεῦμα· γράφων πρὸς Μαρῖνον· ὡς οὐκ αἰτίαν τὸν υἱὸν ποιοῦντας
» σφᾶς αὐτοὺς ἀπέδειξαν· μίαν γὰρ ἴσασιν υἱοῦ καὶ Πνεύματος
» τὸν πατέρα αἰτίαν· ἀλλ' ἵνα τὸ δι' αὐτοῦ προϊέναι δηλώσωσι,
» καὶ ταύτῃ τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας, καὶ ἀπαράλλακτον παραστή-
» σωσι· σαφὲς οὖν ἐντεῦθεν ὡς ὁ Βέκκος οὗτος δυσσεβῶς ἐκλαμ-
» βάνει τὰς τοιαύτας ῥήσεις· οὐ γὰρ τὸ συναφὲς καὶ ἀπαράλλακτον,
ἀλλὰ τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων ἐκ τούτων ἐπιχειρεῖ συνάγειν.
Οὐδὲ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ πειθόμενος. καὶ οὗτος γὰρ ἐν ἑνὶ τῶν
» πρὸς Ἀμφιλόχιον κεφαλαίῳ, τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ φησὶ δημιουργεῖν
» τὸν πατέρα, οὔτε ἀτελῆ τοῦ πατρὸς τὴν δημιουργίαν συνίστησιν,
» οὔτε ἄτονον τοῦ υἱοῦ παραδηλοῖ τὴν ἐνέργειαν· ἀλλὰ τὸ ἡνωμένον
» τοῦ θελήματος παρίστησιν. ὥστε ἡ διὰ υἱοῦ φωνὴ τῆς προκαταρκτι-
» κῆς αἰτίας ὁμολογίαν ἔχει. οὐκ ἐπὶ κατηγορίᾳ τοῦ ποιητικοῦ αἰ-
τίου παραλαμβάνεται· ὁ γοῦν λέγων διὰ τοῦ υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ
τὸ Πνεῦμα προϊέναι κατὰ τὴν χορηγίαν, τὴν ὁμοβουλίαν τοῦ πα-
τρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ παρίστησι καλῶς· εὐδοκίᾳ γὰρ τοῦ πατρὸς καὶ
τοῦ υἱοῦ, καὶ αὐτοῦ συνευδοκοῦντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοῖς ἀξίοις
χορηγεῖται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οἱ δὲ λατινόφρονες οὗτοι συ-
νάγοντες ἐκ προθέσεως διὰ τοῦ υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν
ἔχειν, εὐδοκίας καὶ θελήσεως ἔργον καὶ κτίσμα ἐξ ἀνάγκης,
ἀλλ' οὐ θείας φύσεως καρπὸν ὑπάρχειν, δυσσεβῶς παριστῶσι
τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· κατὰ γὰρ τὸν ἱερὸν Δαμασκηνὸν ἔργον θείας

θε-

præpoſitiones idem valent, diſcrimen diuinarum perſonarum, inepté ſanè atque impiè, item vnam ex tribus colendis & venerandis perſonis, nimirum Spiritum ſanctum, ex duabus perſonis, & ex vtraque harum diuersè exiſtere, probare conatur. manifeſtum igitur eſt dicta ſanctorum, illa quidem admodum piè, atque optimè ſe habere, malè tamen impieque ab eo exponi, qui ea collegit, & hic deſcripſit.

Quod autem huiuſmodi præpoſitio *Per*, cùm ſcilicet idem valet, quod præpoſitio *Ex* coniunctionem, atque in omnibus immutabilitatem oſtendat; docet hoc D. Maximus, ſcribens ad Marinum de quibuſdam, qui ex Filio eſſe Spiritum dicerent. Quòd non cauſam Filium facere ſe ipſos „ oſtenderint: vnam enim cauſam Filij & Spiritus Patrem „ agnoſcunt. Verum, vt per ipſum etiam (Filium) procedere „ ſignificent, & hac ex parte, vt eſſentiæ coniunctionem, „ atque immutabilitatem exprimant. Hinc igitur manifeſtè „ apparet, quòd iſte Veccus huiuſmodi dicta ſanctorum, impiè excipit & interpretatur. Non enim coniunctionem atque immutabilitatem, ſed differentiam perſonarum ex his colligere conatur. Neque Magnum Baſilium audit. Enimuerò is quoque in vno quodam ad Amphilochium capite, „ *De Spiritu ſancto c. 8. in fine.*
Illud, inquit, per Filium creare Patrem, neque imperfe- „ ctam Patris creationem conſtituit, neque ineſſicacem Filij „ operationem ſignificat. Sed coniunctionem eorum volun- „ tatis manifeſtat. Quare vox illa, per Filium, ad confeſſio- „ nem originalis cauſæ nos adducit; non autem ad effectiuam „ cauſam imperfectionis, atque impotentiæ coarguendam, „ aſſumitur. Qui ergo per Filium, & ex Filio aſſerit Spiritum, ſecundum largitionem donorum procedere, eandem voluntatem Patris ac Filij egregiè exprimit. Etenim ex beneplacito Patris ac Filij, ipſo quoque vna conſentiente Spiritu ſancto, digni homines donantur Spiritu ſancto. Iſti verò Latinorum ſequaces, & fautores, ex petulantia per Filium, & ex Filio exiſtere Spiritum ſanctum dum colligunt; beneplaciti, & voluntatis opus, & creaturam eſſe neceſſariò, minimè verò diuinæ naturæ fructum impiè oſtendunt, & docent. Etenim, ſecundùm ſacrum Damaſcenum, diuinæ voluntatis opus eſt creatura, non Deitas: apage. Ne-

θελήσεως ἡ κτίσις, ἀλλ' οὐχ ἡ θεότης, ἄπαγε. οὐδὲ γὰρ τῆς θείας θελήσεως, ἀλλὰ τῆς θείας φύσεως αὐτῆς κατὰ τὸν αὐτὸν ἡ προαιώνιος, καὶ ἀΐδιος γέννησίς τε καὶ ἐκπόρευσις.

Τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Βησσαρίωνος Ἀρχιεπισκόπου Νικαίας τοῦ νῦν Καρδινάλεως πρὸς τὰς κατὰ τοῦ Βέκκου ἀντιρρήσεις τοῦ Παλαμᾶ.

Ὁ Γενναῖος, οὗτος ἀνὴρ πρὸς μὲν τὰς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λεγούσας ῥήσεις, καὶ δι' υἱοῦ ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν συναγόμενον, οὐδ' ἀντιβλέψαι δύναται ὅλως. πῶς γὰρ πρός γε τοσαύτην, καὶ οὕτως ἐναργεστάτην ἀλήθειαν; τῷ δὲ ἰσοδυνάμῳ τῆς, διὰ καὶ τῆς ἐκ, τούτῳ δὲ οὐ καλῶς οὔτε συν οὐδενὶ ἐπιφύεται λόγῳ· καὶ ὕβρεσι τὸν ἴδιον ἔλεγχον ἀπαρτίζων, οἴεταί τι προὔργου ποιεῖν· κακῶς μὲν καὶ δυσσεβῶς τὴν τῶν ἁγίων διάνοιαν ἐκλαμβάνων, καὶ τὸν τὰς ῥήσεις συνειληχότα σοφὸν ἄνδρα, καὶ τὰς ἐπιγραφὰς ἐπιγραψάμενον συκοφαντῶν, τὸν δὲ λόγον ἀποδοῦναι οὐκ ἔχων· ὑπείληφε δὲ τῆς, διά, τὴν ἕνωσιν καὶ τὴν ἀπαραλλαξίαν, καὶ τὸ ταυτὸν καὶ ὁμόβουλον παριστανούσης ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος, ὅταν ἐπὶ τῆς θεολογίας ἰσοδυναμοῦσα νοῆται τῇ, ἐκ, μὴ δύνασθαί τινα κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον αὐτὴν ἐκλαμβάνειν κἀπὶ τῆς τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορεύσεως;· ἢ, μὴ τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ ἡμᾶς τοῦτο νοεῖν, ἀλλὰ διάκρισιν, καὶ διαίρεσιν μᾶλλον εἰσάγειν καὶ τὸ ἀντίθετον καὶ ἀσύμφωνον. ὅπερ ἀμηγέπη κἀκ τῶν εἰρημένων αὐτῷ νοῶν φαίνεται, μᾶλλον δὲ καὶ φανερῶς φάσκει. διὰ τούτου δηλοῦν ἡμᾶς βούλεσθαι, ὡς ἐκ τῶν δύο ὑποστάσεων τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ διαφόρως ἔχει τὸ Πνεῦμα τὴν ὕπαρξιν. οὐκ οἶδ' ὅθεν καὶ ὅτε τοῦτο τό, διαφόρως, ἀκηκοὼς λέγοντος. Οὕτως ἄρα νομίζει ἡμᾶς τῇ θεολογίᾳ προσβάλλειν· ἴσως δὲ καὶ αὐτὸς τοῦτο νοεῖ, ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ λέγων ὑποστῆναι τὸν κόσμον. οὐ γὰρ ὁρῶ τὴν ἀνάγκην, δι' ἣν ἐπὶ μὲν τῆς κτίσεως ἡ διὰ ἰσοδυναμοῦσα τῇ ἐκ· τὴν ταυτότητα παραστήσει, προσεστάτην δὲ ὅμως δηλοῦσα διάκρισιν, τοῦτο γὰρ οὐδὲ αὐτὸς ἀρνήσεται,

que enim rurſus iuxta eundem diuinæ voluntatis, ſed diuinæ naturæ ante omne æuum ſempiternaque eſt tum generatio, tum proceſſio.

Beſſarionis pro Vecco Apologia, ſeu Confutatio Confutationum Palamæ.

EGregius iſte vir ad auctoritates Sanctorum, quæ cùm ex Filio, tùm ex Patre per Filium Spiritum ſanctum procedere teſtantur, &, quod ex illis colligitur, omninò ne aſpicere quidem valet. quomodo enim ad tantam, atque adeo euidentem veritatem? Verùm æqualem vim atque naturam præpoſitionum *Per*, & *Ex*, idque non rectè, atque ſine vlla ratione inuadit; contumelijſque ſuam refutationem abſoluens, aliquid operæpretium facere exiſtimat. Cùm ineptè ſanè, atque impiè mentem ſanctorum interpretetur; & eum, qui ſententias Patrum collegit, & tales edidit inſcriptiones, virum ſanè doctum calumnietur; rationem verò reddere minimè valeat. Præpoſitione autem *Per*, coniunctionem in ſanctiſſima Trinitate, immutabilitatem, identitatem, atque eandem voluntatem denotante; cùm in Theologia, idem valere intelligitur, quod præpoſitio *Ex*, arbitratur non poſſe à quoquam accipi, ſecundum hoc ſignificatum etiam in productione Patris per Filium; Vel hac ratione putat, non illud nos intelligere, nimirum concordiam, & coniunctionem, ſed potiùs diſcretionem ac diuiſionem, oppoſitionemque atque diſcrepantiam inducere. Quod ita eum intelligere ex his, quæ dicit, quodammodo apparet; imò verò & manifeſtè ait, hac ratione velle nos ſignificare, Spiritum ſanctum, ex duabus perſonis, Patris, & Filij, diuersè exiſtere. neſcio vnde, & à quonam dicente, illud *(diuersè)* audierit. Sic itaque opinatur, nos inſuſare in Theologiam. fortè & ipſe quoque hoc intelligit, cùm ex Patre per Filium, in rerum natura mundum eſſe productum aſſerit. Non enim video, cur potiùs in procreatione mundi, præpoſitio *Per* æquè pollens, atque præpoſitio *Ex* idem eſſe inter ſe perſonas ſignificet, cùm tamen etiam diſtinctionem earum æquè denotet: hoc enim nec ipſe ad-

σεται, ἐπὶ δὲ τοῦ Πνεύματος τὴν ἑτερότητα καὶ πάντη διάκρισιν· καὶ οὐδὲ ἑαυτὸν αἰσχύνεται, καθ' ἑαυτοῦ προσκομίζων μαρτυροῦντα τὸν μέγαν Βασίλειον, τὴν δι' υἱοῦ φωνὴν τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ἔχειν ὁμολογίαν· ἀλλ' ἡμεῖς ἐκ μὲν τῶν δύο ὑποστάσεων πατρὸς καὶ υἱοῦ λέγειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, καὶ σφόδρα συνομολογήσομεν· οὐδὲν γὰρ ἐνεργεῖ, εἰ μὴ καθὸ τὸ δέ τι καὶ ἄτομον· καθὸ δὲ τοιοῦτα ὁ πατὴρ καὶ υἱός εἰσι δύο, διαφόρως δὲ ἐξ αὐτῶν προϊέναι, τοῦτο δὲ οὐ συγχωρήσομεν, ἕως ἂν ἐνέργειαν μὲν ὥσπερ τοῦ πατρὸς, οὕτω δὴ καὶ τοῦ υἱοῦ ἐνέργειαν φυσικὴν λεγόντων τῶν ἁγίων ἀκούωμεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· μίαν δὲ ἐνέργειαν πατρὸς καὶ υἱοῦ εἶναι, καὶ μάλα πιστεύομεν· εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, ἢ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐν Πνεύματι λέγων ὑποστῆναι τὸν κόσμον, οὐκ ἐκ τριῶν μόνον ὑποστάσεων φάσκει δεδημιουργῆσθαι, τοῦτο γὰρ φαίη ἂν δήπου, ἀλλὰ καὶ διαφόρως ἐκ τῶν τριῶν. Εἰ δὲ θαυμάζει πῶς τὸ ταυτὸν καὶ ὁμόβουλον τῆς διὰ παριστανούσης, ἡμεῖς αἴτιον διὰ ταύτης δηλοῦν τὸν υἱὸν τῆς ὑπάρξεως τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου βουλόμεθα, θαυμαζέτω πρότερον ἑαυτὸν, ὅπως διὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι λέγων τὸν κόσμον, ἔπειτα τοῦτον αἴτιον οἴεται τῆς τοῦ κόσμου παραγωγῆς διὰ τῆς, διὰ, δείκνυσθαι· ἢ εἰπάτω μὴ εἶναι τῶν ὄντων αἴτιον τὸν υἱὸν, καὶ κακῷ τὸ κακὸν ἰάσασθω· εἰσάγει δὲ καὶ μαρτυρίαν τοῦ θείου Μαξίμου οὐδὲν οὖσαν πρὸς τὸ προκείμενον. καὶ ἡμεῖς γὰρ ἂν φαίημεν τὴν διὰ τὴν ἕνωσιν καὶ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ παριστάνειν. ἴσμεν γὰρ τάξιν τινὰ καὶ χρῆσιν ἀεὶ διὰ τῆς, διὰ, τοῦ ἐφ' οὗ αὕτη λέγεται, πρὸς τὸν ἐφ' οὗ τῇ ἐκ χρώμεθα καὶ μάλα δηλοῦσθαι· αὐτὸ μέντοι τοῦτο τὸ ταυτόν τε καὶ ἀπαράλλακτον, αἴτιον εἶναι καὶ τοῦ ταυτὰ τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν δύνασθαι, καὶ δι' αὐτοῦ προϊέναι τὸ Πνεῦμα. κατὰ μὲν γὰρ τὸν θεῖον Κύριλλον, ἐξ ἀμφοῖν, ἢ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν Μάξιμον ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, εἴτ' οὖν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορεύεται, τουτέστι τὴν ὕπαρξιν ἔχει. τὸ γὰρ ἐκπορεύεσθαι καὶ αὐτὸς ἂν φαίη, τὸ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν σημαίνειν, καὶ μάλιστα

κατὰ

aduerſarius negabit. in productione autem Spiritus ſancti, non item; ſed tantùm diuerſitatem, & vndique diſtinctionem. Neque erubeſcit, contra ſe adducens Magnum Baſilium, qui teſtatur vocem illam, *Per Filium*, ad originalem cauſam nos referre. At certè nos ex duabus perſonis, Patre, inquam, & Filio, dicere Spiritum ſanctum exiſtere, vel maximè fatebimur, & concedemus. nihil enim operatur, niſi quatenus eſt hoc aliquid, atque indiuiduum. quà verò talia Pater & Filius duo ſunt. At verò diuersè ab ipſis procedere, id nunquam concedemus, quouſque audimus ſanctos dicentes, Spiritum ſanctum eſſe operationem naturalem æquè Filij atque Patris. Vnam autem operationem eſſe Patris & Filij, conſtanter credimus. Niſi fortè & ipſe cùm dicit ex Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, vel ex Patre per Filium in Spiritu ſancto procreatum eſſe mundum; non tres tantùm: id enim vtique fateretur: ſed & diuersè tres fabricatos eſſe mundum aſſerat. Quòd ſi miratur, quomodo idem eſſe inter ſe, atque eandem voluntatem, præpoſitione Per, denotante; nos ex iſta præpoſitione indicare volumus, Filium eſſe cauſam exiſtendi Spiritum ſanctum; miretur potiùs ſe ipſum, quo pacto per Filium conditum eſſe mundum dicat, deinde Filium ex præpoſitione Per, oſtendi cauſam eſſe procreationis mundi arbitretur. Vel dicat Filium non eſſe cauſam rerum, & abſurdum abſurdo emendet. Adducit autem & teſtimonium D. Maximi, quod nihil facit ad rem. Etenim nos etiam fatemur, præpoſitionem *Per* coniunctionem, & immutabilitatem eſſentiæ Patris & Filij exprimere, ſcimus enim hac præpoſitione *Per*, ordinem quendam & relationem vel maximè illius ſignificari, de quo ipſa prædicatur, ad eum, in quo præpoſitione *Ex*, vtimur. hoc ipſum tamen idem eſſe inter ſe & immutabilitatem dicimus eſſe cauſam, cur Filius eadem poſſit, quæ & Pater; vt & per ipſum procedat Spiritus ſanctus. ſiquidem ſecundùm D. Cyrillum, ex ambobus, videlicet ex Patre per Filium, iuxta verò eundem Maximum, ex Patre & Filio, ſiue ex Patre per Filium procedit, hoc eſt exiſtentiam habet. Quod enim illa vox ἐκπορεύεσθαι procedere, exiſtentiam habere ſignificet, etiam ipſe aduerſarius concederet, præſertim iuxta eos, qui hoc nominis ad ſignifican-

μετὰ τοὺς τοῦτο τὸ ὄνομα ἀποκληροῦντας τῇ ὑπάρξει τοῦ Πνεύματος· Εἰ δὲ τὸν υἱὸν μὴ ποιεῖν φησὶν ὁ διδάσκαλος αἰτίαν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ τὸν πατέρα, μὴ θαυμάσῃς, εἰ τῆς ἑλληνικῆς φωνῆς ἀναμνησθείης, καὶ ἐπὶ τίνος αὕτη κυρίως τῇ αἰτίᾳ καὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ εἴωθε χρῆσθαι· δῆλον γὰρ δὴ τὴν προκαταρκτικὴν καὶ ἀρχοειδῆ αἰτίαν καὶ πηγὴν καὶ ῥίζαν ἑκάστου, ταύτην κυρίως αἰτίαν καλεῖσθαι· οἵαν μόνον τὸν πατέρα ὑπάρχειν, τίς οὐκ ἂν συνθοῖτο; καὶ δῆλον ἐντεῦθεν. τῆς μὲν γὰρ κτίσεως καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα αἰτίαν ὑπάρχειν, οὐδεὶς τῶν ἐν χριστιανοῖς τελούντων ἀρνήσαιτο· ἀλλ' ὁ θεολόγος Γρηγόριος, Θεὸς φησὶν ἐν τρισὶν ἴσα τοῖς μεγίστοις, αἰτίῳ, καὶ δημιουργῷ, καὶ τελειοποιῷ, τῷ πατρὶ λέγω καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· ἀκούων δὲ ἀρχοειδῆ τὸν πατέρα αἰτίαν, μὴ νομίσῃς ἤδη καὶ μὴ θέλοντας διαφόρως λέγειν τὸν υἱὸν προβάλλειν τὸ Πνεῦμα, μὴ ἀρχοειδῆ ὄντα αἰτίαν· τοῦτο γὰρ οὐδὲν ἧττον καὶ ἐπὶ τῆς κτίσεως ἕπεται, καὶ πάντων ἁπλῶς ὧν ὁ υἱὸς ἔχει. οὐδὲ γὰρ ταύτης ἀρχοειδὴς αἴτιος ὁ υἱός, εἴπερ αἰτιατῶς τε καὶ υἱϊκῶς ἅπαντα ἔχει. ὅσα καὶ ὁ πατὴρ πατρικῶς τε καὶ ἀναιτίως· ἀλλ' ὅμως καὶ ὁ αὐτός ἐστιν αἴτιος, καὶ μία μετὰ τοῦ πατρὸς αἰτία τῶν ὄντων, καὶ τὸ ταυτὸν αὐτοῦ καὶ ὁμόβουλον, οὐδὲν δὴ ἧττον καὶ τὴν τῶν προσώπων διάκρισιν ἡ διὰ παριστάνει.

Ἃ δέ φησιν, ὡς ἔργον θείας θελήσεως, καὶ διὰ τοῦτο καὶ κτίσμα τὸ Πνεῦμα φαμέν, διὰ τὸ τὴν διὰ τὸ ταυτὸν τῆς θελήσεως παριστάνειν, οὐκ οἶδ' ἔτι νῦν ἄλλο πλέον τούτου συνδόξειεν· εἰ γὰρ διὰ τὸ τὴν διὰ τὸ ταυτὸν δηλοῦν τῆς θελήσεως, κτίσμα κατ' αὐτὸν τὸ Πνεῦμα συνάγεται, πῶς οὐχὶ θεία φύσις ἔσται μᾶλλον καὶ δοξασθήσεται ὑφ' ἡμῶν, διὰ τὸ τὴν διὰ καὶ τὸ τῆς οὐσίας ταυτὸν παριστάνειν. καίτοι τῆς ῥήσεως, ἣν προήνεγκε τοῦ μεγάλου Μαξίμου, τὴν ταυτότητα μᾶλλον τῆς οὐσίας δηλοῦν διδασκούσης· ἵνα γάρ φησι τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας καὶ ἀπαράλλακτον παραστήσωσι. καίτοι καὶ εἰ τὸ τῆς θελήσεως μόνον ἐδήλου ταυτὸν ἡ διά, οὐδὲν ἄν, οὐδὲ οὕτως ἄτοπον εἵπετο, τῆς αὐτῆς καὶ

θελή-

ficandam exiſtentiam Spiritus ſancti; accommodant. Quòd ſi iſte Doctor (Maximus) negat ſe Filium facere, ſed Patrem cauſam Spiritus ſancti; ne mireris, ſi Græcam linguam in memoriam adduxeris, & in quo propriè iſta lingua hoc nomine cauſæ ſoleat vti. conſtat enim eam propriè cauſam appellari, quæ ſit procatarctica & originalis, fons, atque radix vniuſcuiuſque, qualem ſolum eſſe Patrem, quis non aſſentiatur? Atque hinc apparet: creationis enim etiam Filium & Spiritum ſanctum eſſe cauſam, qui inter Chriſtianos ſit, nemo negabit. Atqui Gregorius, cognomento Theologus, Deus, inquit, in tribus maximis conſiſtit, eò qui »
cauſa ſit, & opifice, & eò, qui abſolutiſſimum reddat opus, »
Patre, inquam, & Filio, & Spiritu ſancto. Cùm verò audis »
originalem cauſam eſſe Patrem, ne continuò exiſtimes, vel »
inuitos nos cogi, fateri Filium, cùm originalis cauſa minimè ſit, diuersè producere Spiritum ſanctum: id enim non minus & in fabrica mundi ſequitur, & omninò in omnibus, quæ Filius habet. Neque enim originalis cauſa eſt Filius creationis: ſiquidem omnia cauſatè, & filialiter habet, quæcumque Pater ipſe paternè, & incauſatè. Sed tamen vnus atque idem eſt auctor, & vna cauſa cum Patre rerum exiſtit. Ipſaque præpoſitio *Per*, non minus diſtinctionem perſonarum, quàm idem eſſe inter ſe, atque idem velle ſignificat.

Quæ verò ait, nimirum opus diuinæ voluntatis, ob eamque cauſam & creaturam Spiritum ſanctum nos fateri, propterea quòd præpoſitio *Per*, eandem voluntatem ſignificet; neſcio an vlli præter hunc probari queant. ſi enim ex eo, quòd præpoſitio *Per*, eandem voluntatem ſignificet, ex eius ſententia, creatura, eſſe Spiritus colligitur; quo tandem modo non diuina potiùs erit natura, & à nobis venerandus atque colendus, ex eo, quòd præpoſitio *Per*, etiam eandem ſubſtantiam denotet. & quidem ſententia illa, quam protulit Magni Maximi, eandem potiùs ſubſtantiam ſignificare nos docet. Vt enim, inquit, coniunctionem ſubſtantiæ, atque immutabilitatem exprimant. Verùm, licèt præpoſitio *Per*, eandem voluntatem tantùm ſignificaret, etiam ſic nil inde »
abſurdi ſequeretur, cùm eadem eſſe & voluntas, & ſubſtan- »
tia in Deo intelligatur, hanc enim vim & potentiam ſimpli-
cio-

θελήσεως καὶ οὐσίας ἐπὶ Θεοῦ νοουμένης. ταύτην γὰρ εἶναι τὴν δύναμιν ἀπλειστέραν, καὶ ὑψηλοτέραν πασῶν, οὐδεὶς ἄν, ὃς οὐ συμφήσειεν· ἑκάστην δὲ δύναμιν τοσοῦτο ἔχειν πρὸς πλείω, ὅσῳ ἂν ἀπλειστέρα ᾖ καὶ ὑψηλοτέρα, τίς ἀγνοεῖ; κἀντεῦθεν καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ θέλησιν πρὸς μὲν τὸν υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα ἔχειν ὡς φύσιν, ὡς θέλησιν δὲ πρὸς τὴν κτίσιν. δῆλον γὰρ ὡς πᾶσα τε θέλησις καὶ ἡ θεία αὕτη πρὸς μὲν τὸ τέλος, ὡς φύσις ἔχει, ὡρισμένως αὐτὸ θέλουσα, καὶ καθάπερ καὶ ἡ φύσις πρὸς ἓν ὡρισμένον ὃ ἔχει, τείνει. τέλος δὲ τῆς θελήσεως τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὁ υἱός ἐστιν καὶ τὸ Πνεῦμα, πρὸς ἃ αὐτὴν ἔχειν ἀνάγκη ὡς φύσιν· πρὸς δὲ τὰ πρὸς τὸ τέλος, καὶ μάλιστα τὰ καὶ ὧν ἄνευ δύναται τοῦ τέλους τυχεῖν, οἷα ὑπάρχει τὰ κτίσματα, οὐδὲν γὰρ αὐτὰ οὐκ εἰς τὸ εἶναι τοῦ Θεοῦ συντελεῖ, οὐκ εἰς τὸ βέλτιον εἶναι, πρὸς ταῦτα δὲ οὐχ ὡρισμένως. καὶ διὰ τοῦτο ὡς θέλησις ἔχει. δύναται γὰρ αὐτὰ καὶ μὴ θέλειν, καὶ θέλειν· ὅθεν καὶ τὰ τοῦ Δαμασκηνοῦ σώζεται, καὶ ἡμεῖς ἔξω πάσης αἰτίας, καὶ ὁ καθ᾽ ἡμᾶς λόγος οὐδὲν φησὶν ἀναγκαῖον· οὕτως ἄρα δοκῶν τι λέγειν, καθ᾽ ἑαυτοῦ συμπεραίνει.

Βέκκου εἰς τὴν ϛ.

Ἐπειδὴ εἰσί τινες ἀντιλέγοντες ταῖς γραφικαῖς ῥήσεσι, ταῖς δηλούσαις διὰ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς, συνελέγησαν καὶ αἱ παροῦσαι γραφικαὶ ῥήσεις, αἱ δηλοῦσαι προσεχῶς καὶ ἀμέσως ἐκ πατρὸς τὸν υἱὸν εἶναι, εἰς συγκρότησιν τῶν δηλουσῶν διὰ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα· εἰ μὴ γὰρ ἦν τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ, διατί μὴ καὶ αὐτὸ ἀμέσως ἐρρέθη ἐκ τοῦ πατρός;

Παλαμᾶς.

Καὶ μὴν ἐρρέθη καὶ τὸ θεῖον Πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἀμέσως. καὶ ἀνῄρηταί σοι παντάπασιν ἡ τῆς δυσσεβείας πρόφασίς τε καὶ παράστασις· Γρηγόριος γὰρ ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος, δεύτερον ἐν τοῖς ἔπεσιν εἶναι φησὶν ἀπὸ τοῦ πατρὸς τὸ

Πνεῦμα

ciorem eſſe, atque omnibus eminentiorem. nemo eſt, qui non conſentiat. Vnamquamque autem potentiam eò ſe habere ad plura, quò ſimplicior ſit, & eminentior, quis ignorat? Hinc etiam Dei voluntas, ad Filium quidem & Spiritum ſanctum tanquam natura; ad creaturam autem tanquam voluntas ſe habet. Etenim omnis voluntas, vt notum ac manifeſtum eſt, etiam ipſa diuina ad finem, tanquam natura ſe habet determinatè ipſum volens: & quemadmodum etiam natura ipſa ad vnum determinatum finem, quem habet, tendit: finis autem voluntatis Dei & Patris eſt ipſe Filius, & Spiritus ſanctus, ad quos eam tanquam naturam ſe habere, neceſſe eſt. At verò ad ea, quæ ad finem referuntur, & præſertim ſine quibus finem aſſequi poteſt, cuiuſmodi ſunt res creatæ, non determinatè, proptereaque tanquam voluntas ſe habet. poteſt enim ea & velle, & nolle. Vnde & loca Damaſceni ſeruantur, & nos extra omnem culpam ſumus, ipſaque ratio contra nos allata nulla nos premit neceſſitate. Sic igitur cùm aliquid dicere videatur, contra ſe concludit.

Vecci in Secundam.

QVoniam ſunt nonnulli, qui ſcripto teſtatis ſententijs, ſignificantibus ex Patre per Filium eſſe Spiritum, aduerſantur; in comprobationem ſententiarum, quæ ſignificant per Filium eſſe Spiritum ſanctum, collectæ ſunt etiam hæ præſentes ſcriptæ ſententiæ, quæ indicant, continenter, atque immediatè ex Patre Filium eſſe. ſi enim non eſſet Spiritus ſanctus per Filium, cur etiam ipſe non immediatè dictus eſſet à Patre?

Palamæ.

ATqui dictus eſt etiam Spiritus ſanctus, eſſe immediatè à Patre, & ſublata eſt tibi omnibus modis impietatis occaſio, atque perſuaſio. Etenim Gregorius, cognomento Theologus, in carminibus, ſecundum ait eſſe

Spi-

Πνεῦμα τὸ ἅγιον καθὰ καὶ τὸν υἱόν. Ὁ δὲ Νύσσης σὺν πολλοῖς ἑτέροις πρὸς ἓν πρόσωπον τὸ πατρικὸν ὡσαύτως ἔχειν ἑκάτερον φησίν, ἄμφω τῷ τρόπῳ τῆς ὑπάρξεως· τί δὲ οἱ λέγοντες ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐν τῷ υἱῷ διαμένειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐν τῷ υἱῷ δήκειν. καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι, καὶ τῷ λόγῳ συμπαρομαρτεῖν· Ἔτι δὲ οἱ κοινωνίαν, καὶ ἀγάπην εἶναι λέγοντες τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· πρὸς δὲ τούτοις οἱ πρὸς τὸ ἕτερον ἕκαστον ἔχειν τῶν προσώπων λέγοντες οὐχ ἧττον ἢ πρὸς ἑαυτό· τί δὲ ὁ ψάλλων αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με· ἆρα οὐχ ἅπαντες οὗτοι ἀμέσως εἶναι δεικνύουσι καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρός.

Τοῦ Νικαίας.

Οὐδὲ ἡμεῖς ἀρνούμεθα παντάπασι μὴ καὶ ἀμέσως ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα, εἰ καὶ ῥητῶς οὔπω μηδαμῆ προήνεγκας εἰρημένον τοῖς διδασκάλοις· εἰ οὖν καὶ αὐτὸς μεθ' ἡμῶν τὸ καὶ ἐμμέσως εἶναι ὁμολογεῖς, πρὸς ἡμᾶς ὁ λόγος· εἰ δὲ τοῦτο φυλάττεις δεδιὼς τὸ ἑπόμενον, ὁ παρὰ τῶν διδασκάλων ἔλεγχος ἐγγύς· τόν, τε υἱὸν ἀμέσως ἐκ τοῦ πατρὸς διδασκόντων καὶ μέσον τούτων εἶναι οὐδὲν, τό, τε Πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ εἶναι, καὶ μεσιτείαν υἱοῦ μεταξὺ πατρός τε καὶ Πνεύματος τιθεμένων. γίνεται δὲ σοι ἡ ἀπάτη ἐνταῦθα παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι διαιρεῖν, ὅπως ἀμέσως ἂν εἴη τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς, ὅπως δὲ καὶ ἐμμέσως, εἰ μὲν γὰρ ἡ δυσὶ καὶ διαφόροις προόδοις ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐλέγομεν εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἐκ μὲν τοῦ πατρὸς ἀτελῶς, τελείως δ' ἐξ υἱοῦ προϊέναι, καὶ διὰ μέσου αὐτοῦ καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχειν τὸ τέλειον, ἢ ἐκ τοῦ υἱοῦ μόνου ἐτιθέμεθα προϊέναι, μόνως ἂν ἐμμέσως ἐκ τοῦ πατρὸς τό γε προϊὸν ἦν, εἴπερ μὲν πρὸς τὴν μοναδικὴν προβολὴν καὶ τὸ ταυτὸν τῆς ἐξ ἀμφοῖν ἐπίδοι προόδου, ἔτι δὲ καὶ τὸ τὸν πατέρα τὴν αἰτίαν καὶ πηγὴν τῆς θεότητος εἶναι, ὡς αὐτοῦ μὴ ὄντος, μὴ δὲ τὸν υἱὸν μήτε τι αἴτιον εἶναι, μήτε ὅλως εἶναι, ἀμέσως ἐκ τοῦ πατρὸς εὑρήσει τὸ Πνεῦμα. καὶ πρὸς τοῦτο φέρε ἅπερ αὐτὸς

εἰσά-

Spiritum Sanctum à Patre, ſicut & Filium. Gregorius autem Nyſſenus, & ipſe cum multis alijs aſſerit, vtrumque ſimiliter ſe habere ad vnam perſonam Patris, præterquam in modo exiſtendi. Quid autem ſibi volunt, qui dicunt, Spiritum Sanctum ex Patre procedere, & in Filio permanere, & ex Patre in Filium peruenire? & ex Patre eſſe, & Verbi comitem? Ampliùs, qui communionem & amorem Patris & Filij Spiritum Sanctum appellant? Ad hæc, qui dicunt ſingulas perſonas non minùs ſe habere ad alteram, quàm ad ſe ipſas? Quid verò ille, qui canit, Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me? Nonne omnes iſti ex Patre eſſe Spiritum Sanctum immediatè oſtendunt?

Quod Spiritus ſit manus Dei, atq; vt manus attingit immediatè corpus, ita Spiritus Patrē; ſic puto intelligere Palamam. alioquin nō eſſet ad rem.

Beſſarionis.

NEque nos omninò negamus eſſe Spiritum immediatè à Patre, licèt non certis verbis expreſsè alicubi dictum eſſe à Doctoribus protuleris. Itaque ſi tu quoque nobiſcum fateris, eſſe etiam immediatè; nobis cum facit iſta ratio: ſin autem id caues, timens quod ſequitur, Doctores non longè abſunt, qui te coarguant. qui docent Filium immediatè à Patre eſſe, & inter hos nihil eſſe medium; & Spiritum Sanctum per Filium, quique medium ponunt Filium inter Patrem, & Spiritum Sanctum. Hic autem deciperis, propterea quòd nequeas diſtinguere, quonam modo ſit Spiritus immediatè à Patre, quo etiam pacto mediatè. ſi enim vel duabus diuerſis, & differentibus productionibus, ex Patre, & Filio eſſe Spiritum Sanctum fateremur, tanquam ſi ex Patre quidem imperfectè, ex Filio autem perfectè proueniat, & ex Patre per ipſum Filium perfectionem habeat; vel à ſolo Filio procedere poneremus; tunc à Patre ſolum mediatè procederet. Nunc verò, ſi quis ad vnicam, & eandem productionem, quæ eſt ex ambobus reſpiciat; Præterea & ad hoc, quòd Pater ſit cauſa, & fons Deitatis, tanquam ipſo non exiſtente, neque Filius cauſa ſit, neque omninò conſtet, immediatè à Patre inueniet Spiritum: & huc ſpectant, quæ ipſe adduxiſti Sanctorum dicta. ſi autem conſideret ordi-

εἰσάγεις ῥητά. Εἰ δὲ θεωροίη τὴν τάξιν, ἣν πράγματι εἶναι ἐν τῇ τριάδι, οὐχ ἡμετέρᾳ μόνον ἐπινοίᾳ συνεστηκέναι, ἀνάγκη ὁμολογεῖν. τὸν υἱὸν ὄψεται μέσον, καὶ τρίτον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τὸ Πνεῦμα, καὶ διὰ υἱοῦ ἐκ πατρὸς προϊὸν, καὶ ἑαυτοῦ τὸν υἱὸν προεπινοούμενον ἔχον, ὥσπερ ὁ υἱὸς τὸν πατέρα. ὅπερ αὐτὸς μὴ προσλογισάμενος συμπεραίνεις οὐκ ἀναγκαῖα.

Τοῦ Βέκκου εἰς τὴν γ.

Κατεστράφθησαν καὶ αἱ παροῦσαι γραφικαὶ ῥήσεις, εἰς συγκρότησιν τῆς ἐννοίας τῶν δηλουσῶν ῥήσεων, μὴ ἀμέσως, ἀλλὰ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκ πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα. εἰ γὰρ ἀμέσως ἦν τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς, οὐκ ἂν ἐρρέθη ὁ μὲν υἱὸς εἰκὼν τοῦ πατρὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα εἰκὼν τοῦ υἱοῦ. καὶ ὁ μὲν υἱὸς ἐνέργεια τοῦ πατρός· τὸ δὲ Πνεῦμα ἐνέργεια τοῦ υἱοῦ. καὶ ὁ μὲν υἱὸς πρόσωπον τοῦ πατρός. τὸ δὲ Πνεῦμα πρόσωπον τοῦ υἱοῦ.

Τοῦ Παλαμᾶ.

Ἀνέστατο ὁ δυσσεβῶς ἐπιγράφων ὧδε τὰ παρὰ τῶν ἁγίων εὐσεβῶς εἰρημένα. πῶς οὐ συνορᾷς ὅτι τὰ κοινὰ καὶ φυσικὰ ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος οὐδεμίαν ἔχουσι διαφοράν. εἷς γὰρ Θεός. μία εἰκὼν μία θέλησις· μία ἐνέργεια πατρὸς υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. οὐκοῦν πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ πρόσωπον, ὅταν ἕτερον ἑτέρου τούτων λέγηται, φυσικὸν, οὐχ ὑποστατικὸν καὶ τῆς ἀπαραλλάκτου ὁμοιώσεως ἐστὶ δηλωτικὸν, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ τρόπου τῆς ὑπάρξεως, ἄπαγε. σὺ δὲ μὴ οὕτω πρόσωπον ἕτερον ἑτέρου λέγων, ἀλλ' ὑποστατικῶς, οὐκέτ' ἔχεις εἶναι μύστης τῆς τριάδος. εἰ γὰρ τοῦ πατρὸς ἐστὶν ὁ υἱὸς πρόσωπον ὡς ἐξ αὐτοῦ, καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, οὐκέτ' ἔσται λοιπὸν ὁ πατὴρ πρόσωπον ἕτερον παρὰ τὸν υἱόν. οὐδὲ παρὰ τὸ Πνεῦμα ὁ υἱός· ὁρᾷς ὡς αἱ μὲν τῶν ἁγίων ῥήσεις ἔχουσιν εὐσεβῶς τε καὶ καλῶς. παρὰ σοῦ δὲ ἐκλαμβάνονται δυσσεβῶς τε καὶ κακῶς.

Τοῦ

nem, quem re ipſa eſſe in Trinitate, non tantùm cogitatione noſtra conſtare, opus eſt fateri; videbit Filiùm medium, & tertium à Patre Spiritum, & per Filium ex Patre procedentem, & habentem Filium, qui ipſo præintelligatur, quemadmodum Filius habet Patrem. Quod ſanè cùm ipſe non computaris, res minimè neceſſarias concludis.

Becci in Tertiam.

AD demonſtrandum ſenſum, & intelligentiam illarum ſententiarum, quæ ſignificant non immediatè, ſed per Filium ex Patre & Spiritum Sanctum; ſubiecimus quoque præſentes litteris proditas ſententias. ſi enim Spiritus eſſet immediatè à Patre, non eſſet dictus Filius imago Patris, Spiritus imago Filij, & Filius ſanè operatio Patris, Spiritus verò operatio Filij, Filius perſona Patris, Spiritus perſona Filij.

Dicitur Filius perſona Patris ſecundum illud quod etiam Dominus in Euangelio ait, Mea doctrina nõ eſt mea: eſt enim perſona Patris: non quod ſit ipſa perſona Patris, atque adeo ipſimet Pater, ſed quia Filius eſt perſona, & Filius eſt Patris, quia ex Patre genitus eſt, ſic Auguſtinus explanat illud, Mea doctrina non eſt mea,

Palamæ.

DEmentiſſimè, qui ſceleratè hic ea inſcribis, quæ à Sanctis piè dicta ſunt. quo pacto non cernis communia, & naturalia in ſanctiſſima Trinitate, nullam habere differentiam? Etenim vnus eſt Deus, vna imago, vna voluntas, vna operatio Patris & Filij, & Spiritus Sancti. Ergò præter alia etiam perſona, quando altera alterius horum eſſe dicitur, naturaliter ſumitur, non hypoſtaticè. Atque immutabilem ſimilitudinem ſignificat, non autem modum exiſtentiæ: Apage. tu verò, cùm non ita cenſeas, perſonam alteram alterius eſſe, ſed hypoſtaticè, non amplius eſſe poteris Trinitatis venerator, & cultor. ſi enim Filius eſt perſona Patris, vtpotè qui ex ipſo ſit, & Filij Spiritus; non itaque amplius erit Pater altera perſona præter Filium, neque Filius præter Spiritum. Vides quomodo dicta Sanctorum piè illa quidem, optiméque ſe habent, tu verò ea ineptè, atque impiè interpretaris.

tiæ; ſine controuerſia nulla alia eſſet perſona Pater à Filio & Spiritu, & illi ad inuicem, neque enim alterius ſunt ſubſtantiæ. Verùm cum audimus perſonam Patris, vel perſonam Filij, ipſius quoque Spiritus Sancti, idem eſſe inter ſe ſecundum ſubſtantiam intelligimus. Quare, quod ad te attinet, ſublata eſt Trinitas in ſolitarium Deum coarctata. Sin autem vt nos dicimus perſonam alteram alterius dici, præterquam quod ſit eiuſdem cum ipſo ſubſtantiæ, etiam ab illo eſſe ſignificet, cuius & eſſe dicitur: quoniam quod ab aliquo eſt, alterum eſt planè, ſaltem hypoſtaſi & perſona, ab eo cuius eſſe dicitur; qui fieri poteſt, vt non ſit alia perſona Pater, alia Filius, alia Spiritus Sanctus? Nos itaque cum hæc dicimus, maximè admodum Trinitatem tuemur. Caue tu, ne oppoſitum faciens, immeritò alios accuſes, nobis adſcribens tua ipſius dedecora. Quod autem dici hoc aliquid perſonam, ſeù potentiam, ſeù operationem alicuius præterquam quod ſignificet alteram hypoſtaſim, præterea denotet ab ipſo eſſe, cuius & eſſe dicitur; audi eos, (ſunt autem omnes Doctores) qui vocant Chriſtum Dei virtutem, Deique ſapientiam, & rurſus appellant Filium, viuam & ſubſiſtentem operationem Patris, & iterum Spiritum Sanctum, non alienum aiunt eſſe à Filio, ſed in ipſo, & ex ipſo, ac veluti naturalem operationem: ſanè quidem perſpicuum eſt, Filium, cùm ſit potentia Patris ſubſiſtens, differre ab ipſo Patre, quatenus eſt perſona, & iuxta hoc ab ipſo quoque eſſe. Et Spiritum Sanctum, cùm ſit operatio Filij naturalis, neque talis, vt quæ nequeat ſubſiſtere ex ipſo quoque eſſe Filio, & hoc modo ab eo diſtingui. Itaque non ſolùm idem eſſe inter ſe, *ſecundùm naturam* ſignificant hæc nomina, & quòd hoc aliquid alterius eſſe dicatur (propter eandem naturam) in quo ipſe niteris: verùm etiam diſtinctionem perſonarum declarant, hac autem ratione concuſſa, cætera quoque omnia, quæ ſequuntur facilè vnà corruunt.

Addo iſta verba quæ deſunt in Græco exẽplari perſpicuitatis cauſa.

Τοῦ Βέκκου· εἰς τὴν δ.

Ἐπειδή τινες μὴ καταδεχόμενοι τὴν ἐν τριάδι μεσιτείαν τοῦ υἱοῦ περιδήλως παρὰ τῶν ἁγίων θεολογουμένην ἀπαρνοῦνται καὶ τὸ ὅλως λέγειν ὄνομα τάξεως ἐν τῇ τριάδι, συνηγάγησαν αἱ παροῦσαι γραφικαὶ ῥήσεις, εἰς δήλωσίν τε τοῦ τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ συνάπτεσθαι τῷ πατρί. καὶ εἰς παράστασιν τοῦ λέγεσθαι ἀειδήλως τάξιν ἐν τῇ τριάδι.

Τοῦ Παλαμᾶ.

Καταψεύδῃ τῶν εὐσεβῶν ταλαίπωρε. ἴσμεν γὰρ τάξιν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, ἀλλὰ τὴν εὐσεβῆ. τὴν δὲ δεικνῦσαν τρίτον ἐξ ἀνάγκης ἀπὸ τοῦ πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς δυσσεβῶς ἔχουσαν, ἣν σὺ μετ' Εὐνομίου στέργεις, οὐ καταδεχόμεθα. καὶ τῶν γραφικῶν καταψεύδῃ ῥήσεων. οὐ γὰρ τὸν υἱὸν μόνον, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος ἕνωσιν φασίν. ἄλλο τι δὲ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς τὸ Πνεῦμα μέσον καὶ κοινὸν αὐτοῖς. καὶ ἣν ἀειδήλως λέγεσθαι φὴς τάξιν· σαφὲς ὡς οὐ περὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματός ἐστι· στέργεται δὲ καὶ ἡ μεσιτεία τοῦ υἱοῦ. ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν ὕπαρξιν τοῦ Πνεύματος τοῖς τὰ θεῖα συνετοῖς, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὁμολογίαν, μὴ προσεχῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τιθεῖσιν, ἵνα μὴ δόξῃ καὶ τοῦτο γεννητόν. τὰ τοιαῦτα τοίνυν τοῖς ἁγίοις λέγεται καλῶς. ὁ δὲ συνειληχὼς ταῦτα καὶ προσθεὶς ἐνταῦθα πρὸς τὴν οἰκείαν μεθέλκων κακοδοξίαν, κακῶς καὶ δυσσεβῶς αὐτοῖς χρῆται.

Τοῦ Νικαίας.

Ἀλλ' ἄνθρωπε ὅς τις ποτὲ εἶ ὁ ταῦτα λέγων, αὕτη ἡ τάξις, ἣν αὐτός τι εἰσάγεις καὶ διδάσκεις τοὺς πειθομένους σοι, οὐ τάξις μᾶλλον, ἢ ἀταξία δικαιότερον ἂν καὶ λέγοιτο. εἰ γὰρ

διὰ

Beſſarionis.

NEmpe tu quoque Beatum Paulum, aſſerentem Filium eſſe imaginem inuiſibilis Dei & figuram ſubſtantiæ eius, atque ſplendorem gloriæ ſic audires, tanquam dicentem eiuſdem eſſe ſubſtantiæ cum Patre, & ſolum eandem naturam, non autem & diſtinctionem perſonarum ſignificantem. Verùm nos ratione tanquam arbitro vtentes, & identitatem naturæ imaginiſque atque perſonæ, item operationis, his ipſis nominibus religioſè intelligimus, quatenùs poſſemus etiam dicere, vnam eſſe ſanctiſſimæ Trinitatis imaginem, & Deitatem, accipientes imaginem loco exemplaris; ſimiliter etiam, ſi perſonam Patris diceremus, ſubſtantiam Patris denotaremus, quatenùs in Deo ſubſtantia, idem eſt atque eius perſona; & perſonarum nihilominùs diſtinctionem ſignificamus, ſiquidem tres perſonas, fatemur eſſe in ſanctiſſima Trinitate. ſanè conſtat nos hoc modo loquendi non idem eſſe perſonas inter ſe, ſed diſtinctionem docere, & explanare. Imago quoque planè non ad ſe ipſam, ſed ad illud dicitur, cuius eſt imago, propterea & perſonam denotat, quæ relatiuum nomen exiſtat, tale nimirum, vt perſonam ſubeat. tu verò neſcio quid cogitas, naturaliter non hypoſtaticè dici affirmans, quando altera perſona alterius eſſe dicitur. Et abſurdum quoque colligere arbitraris, quod manifeſtè contra te facit. Sin autem id verum ſit, licet animaduertere. exiſtimas enim eos, qui aſſerunt Filium eſſe perſonam Patris, vtpotè, qui ex ipſo proueniat, & rurſum Spiritum Filij, quippe qui ex ipſo ſit, illud inconueniens ſequi, eos non fateri aliam eſſe perſonam Patrem, aliam Filium, aliam Spiritum Sanctum. Ego verò, ſi quo pacto tuam rationem percipio, tua quidem Theſi, & valde ſequi hoc abſurdum affirmarem, noſtra verò totum oppoſitum. Etenim, ſi perſonam alteram alterius dici, idem eſſe inter ſe ſolum, & ſimilitudinem immutabilem, vt ipſe ponis, ſignificat: eſt autem perſona Patris Filius, vtpotè quæ eadem ſit atque ipſe ſecundùm ſubſtantiam, atque ipſius Filij eſt Spiritus, quippè tantum eiuſdem ſit atque ipſe ſubſtan-

dinis perturbatio atque confuſio iuſtiùs & eſſet & diceretur. Si enim, vt ais, propter conuenientiam nominis ordinem appprobas, & fateris medium eſſe Filium, ne Spiritum ponas continenter, & cogaris affirmare illum eſſe genitum; Videris neque re ipſa cenſere ordinem in Sanctiſſima Trinitate, ſed tu illum excogitans, ipſi gratum facere. atque etiam videris putare in tua eſſe poteſtate, qui varias, vt ordinem nominum immutes. ſi enim propter nomen Patris, (hoc enim puto te ὁμολογίζειν, & conuenientiam nominis nuncupare) non infers continenter Spiritum Sanctum, ne genitus, eſſe videatur; licet nobis productorem ipſum vocare, ſtatimque Spiritum nominare. Ac Filium dicemus exiſtere, ex Patre per Spiritum. & Filium quidem dicemus eſſe, ex Patre per ſe, per accidens autem ex Productore. Spiritum quoque Sanctum ex productore per ſe, ex Patre verò ſecundùm accidens. Atque in noſtra poteſtate ſitum erit, vt ſublato ordine, modò medium inter Patrem, & Spiritum ponamus Filium, Patrem primam cauſam appellantes: modò Spiritum medium inter Patrem & Filium collocemus. Patrem Productorem nominantes. Quæ omnia tùm abſurda ſunt, tùm potiùs confuſionem, quam ordinem pariunt, & efficiunt. Verùm nos talem ordinem non dicimus, neque qualem tu ſentire cum Eunomio nos opinaris, cùm tertium neceſſariò Spiritum à Patre exiſtimamus. tertium enim eum eſſe, & valde cenſemus, idque ex neceſſitate, ſi tibi illud ex neceſſitate, non natura ſignificet, fidem tribuentes ei, qui tertium ipſum in expiatione ſalutaris Baptiſmatis tradidit, Baptizantes eos, inquiens, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. tertium verò eſſe naturam, nunquam dicemus; neque vnquam eò vſque progreſſuri ſumus; vt alterum oppoſitum declinantes, alterum fateamur: id quod tibi accidit. Cùm enim caueas tertium eum dicere eſſe natura, neque tertium omninò eùm appellas; cùm & ordinem, qui perſonas diſtinguat, reſpuas, & nullo modo in medio conſiſtere queas. Quanquam ſatiùs eſt vtraque extrema deuitantem, manere in medio. hoc igitur noſtrum eſt, neque omninò negamus tertium eſſe, neque tertium eſſe natura recipimus. Verùm ponimus tertium ipſum quidem non ſolùm dici, ſed etiam eſſe. Atque eum ordinem recipimus, qui perſonas, non na-

Quemadmodum Filius & eſt ſecundus ordine, & nõ eſt ſecũdus natura.

tu-

αὐτὸς τὴν ὁπωσοῦν ἐξ ἀνάγκης τρίτον αὐτὸ δεικνῦσαι μὴ στέργῃς. μὴ δὲ τοῦ Βασιλείου πατρὸς ἀκούων διδάσκοντος. οὐκοῦν ἡ μὲν τῶν θείων ὑποστάσεων διακριτικὴ τάξις, τοῖς ἁγίοις καθέστηκε γνώριμος, ἡ δὲ φύσεως διακριτικὴ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ἀπόβλητος. τὴν δὲ διακριτικὴν τῶν προσώπων τάξιν φύσεως μὲν μὴ εἶναι. φύσει δὲ ὅμως εἶναι, πῶς τις ἂν συγχωρήσειε. καὶ κατὰ τοῦτο εἶναι καὶ φυσικήν, οὐ καθὸ φύσιν διακρίνει, ἀλλὰ καθὸ φύσει, οὐ θέσει τῇ ἡμετέρᾳ ἐστί. τοῦτο δ' ἂν φαῖεν καὶ οἱ κορυφαῖοι τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι Ἀθανάσιος, καὶ Βασίλειος. ὁ μὲν τὴν μείζονα παραδοὺς τῶν Προτάσεων, Ἀθανάσιος δ' Ἐπάγων τὴν ἐλάσσονα· καὶ συλλογισμὸν ἄμφω πλέξαντες ἕνα φύσει πρὸς τὸν υἱὸν τετάχθαι τὸ Πνεῦμα δεικνῦντα· πρὸς μὲν γὰρ τὸν πατέρα, τὸν υἱὸν φύσει τετάχθαι, καὶ οὕτω φύσει, ὡς πᾶν αἰτιατὸν πρὸς τὸ ἴδιον αἴτιον, καὶ ὡς τὸ ἐκ τοῦ πυρὸς πρὸς τὸ πῦρ, διδάσκει Βασίλειος· τὸ δὲ Πνεῦμα τοιαύτην φύσιν καὶ τάξιν πρὸς τὸν υἱὸν ἔχειν, ἣν ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα ὁ λέγων ἐστὶν Ἀθανάσιος, ἣν φυσικὴν οὖσαν οὐ καθὸ φύσιν διακρίνει, λεγέσθω γὰρ τοῦτο πολλάκις τὰ συκοφαντοῦντα ἐμφράττουσι στόματα, ἀλλ' ὅτι φύσει, οὐ θέσει τῇ ἡμετέρᾳ ἐστί, πράγματί τε εἶναι, καὶ οὐ τῇ ἐπινοίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ, οὐδ' εἶναι ἐναλλάττειν, ὡς αὐτὸς οἴει, ποτὲ μὲν οὕτω τάττοντας, ποτὲ δ' ἑτέρως, οὐδεὶς ὃς οὐχ ὁμολογήσειεν. Οὐκοῦν εἰ μὲν τοιαύτην ὁμολογεῖς καὶ αὐτὸς τάξιν, τῶν γραφικῶν οὐ καταψευδόμεθα ῥήσεων, οὐκοῦν γε δόξει τοῖς γε συνιεῖσιν αὐτῶν. ἀλλὰ καλῶς ὁ συνειληχὼς τὰς ῥήσεις συνέλεξε. καὶ πρὸς ἡμῶν οἱ λόγοι· εἰ δὲ ταύτην ἀρνῇ, ἀληθεύει λέγων ἡμᾶς αὐτὴν ἀρνουμένους, ὅσον δέ. οὐ ψεύδεται, ἀλλὰ καὶ βάλλει καιρίαν τοῖς συνειλεγμένος λόγοις τῶν διδασκάλων. Πάνυ δὲ καὶ τοῦτο ποιεῖς ἀγεννὲς ἐπ' ἄλλοις εἰρημένας ῥήσεις συλλέγων, καὶ διὰ τούτων δοκῶν ἀναιρεῖσθαι τὴν τῆς τάξεως χρυσῆν, καὶ ἄλυτον ὄντως σειράν. τὸ μὲν γὰρ Πνεῦμα μέσον υἱοῦ καὶ πατρὸς εἴρηται, ὡς ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ, αὐτὸ μήτε γεννητὸν ὑπάρχον, μήτε ἀγέννητον. ὁ δὲ πατὴρ υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἕνωσις ὡς αὐτὸς ὢν

ἡ πη-

Becci in Quartam.

QVoniam ſunt quidam, qui cùm non recipiant Filium eſſe medium in Trinitate, quod planè à Sacris Theologis aſſeritur, recuſant etiam omninò dicere nomen ordinis in Trinitate, collectæ ſunt præſentes memoriæ traditæ ſententiæ, in declarationem huius, quod Spiritus coniungatur cum Patre per Filium, atque in demonſtrationem, quod perſpicuè dicatur ordo in Trinitate.

Palamæ.

MIſer mentiris de pijs hominibus. ſcimus enim ordinem in ſanctiſſima Trinitate, ſed pium. illum autem, qui ex neceſſitate tertium oſtendat à Patre Spiritum Sanctum, quem tu cum Eunomio amplecteris, vt impiè ſe habentem minimè recipimus. Mentiris etiam de Sanctorum exaratis ſententiis: non enim ſolum Filium, ſed nonnunquam etiam Patrem Filij & Spiritus coniunctionem, aliquando verò Filij & Patris medium communem ipſis Spiritum appellant. Et quem aſſeris manifeſtè dici ordinem, clarum eſt, non eum de Filio & Spiritu eſſe. Illud quoque probant rerum diuinarum periti, medium eſſe Filium, verùm non ſecundùm exiſtentiam Spiritus, ſed ſecundùm confeſſionem, atque conuenientiam nominis. Ne ſi continenter Spiritum Sanctum ponant, genitus eſſe videatur. talia igitur à Sanctis probè dicuntur. qui autem ea collegit, & hic propoſuit ad propriam trahens peruerſam opinionem, ineptè, atque impiè illis vtitur.

Beſſarionis.

AT enim, ò bone vir, quicumque tandem ſis, qui hæc aſſeris, iſte ordo, quem ipſe conſtituis, & eos doces, qui adducuntur, vt tibi credant, non magis ordo, quàm ordi-

turas diſtinguat. Quem ordinem ex neceſſitate eſſe quis contradicet? licet ipſe quemcumque ordinem non admittas, qui ipſum tertium eſſe neceſſariò oſtendat. Neque Patrem Baſilium audis, qui hoc docet. *In Epiſt. ad Canonicas hoc docet.* Ergò ordinem, qui diuinas perſonas ſecernat, ſancti agnoſcunt: at eum, qui naturam ſeparet, in Sanctiſſima Trinitate reijciunt. ordinem autem, qui perſonas diſiungat, naturæ quidem non eſſe. At tamen natura eſſe, vnuſquiſque concederet, & ſecundùm hoc eſſe quoque naturalem; non quatenus naturam diſcernit, ſed quatenus natura, non theſi & poſitione noſtra eſt. Hoc autem Coryphæi quoque Eccleſiæ Doctores Athanaſius, atque Baſilius non negarent, cùm is quidem maiorem propoſitionem nobis tradat, Athanaſius autem minorem inferat, & ſyllogiſmum vnum ambo componant, qui natura Spiritum Sanctum, habere ordinem ad Filium oſtendat. ſiquidem Filium habere ordinem ad Patrem natura, atque ita natura, tanquam omne cauſatum ſolet habere ad propriam cauſam, & velut id quod ex igne prouenit ad ignem, Baſilius docet. Spiritum autem talem naturam, & ordinem habere ad Filium, qualem Filius ad Patrem, Athanaſius eſt, qui hoc tradit, quem ordinem naturalem eſſe, non quatenus naturam ſecernit (dicamus enim hoc ſæpè calumniantium ora obſtruentes) ſed quatenus natura, non theſi noſtra conſtat, & re ipſa eſſe, minimeque animi ſenſu, & cogitatione conſiſtere. Neque licere alicui, vt ipſe arbitraris, modò ſic ſtatuendo, modò verò aliter eum immutare, nemo non fateretur. Sic igitur talem ordinem & tu concedis, non mentimur de ſententijs, quas in ſcriptis reliquerunt Sancti, minimè verò hoc ijs videbitur, qui eas intelligunt. Sed qui collegit, eas optimè intelligit, & pro nobis ſunt rationes. ſin autem iſtum ordinem negas, vera dicis nos eum ordinem reſpuere, is autem non mentitur, quin etiam collectis doctorum rationibus, lethale vulnus infligit. Valdè etiam in hoc ignauum te præbes, cùm ſententias colligas in alium ſenſum dictas. Atque hiſce putas te auream illam, vereq. indiſſolubilem catenam euertere poſſe. Etenim Spiritus medius interPatrem & Filium dictus eſt eſſe, velut inter ingenitum, & genitum, ipſe neque genitus, neq; ingenitus exiſtens, Pater quoque inter Filium & Spiritum coniunctio dictus eſt.

Nem-

ἡ πηγὴ αὐτοῖς καὶ τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ ἑνῶσθαι. ἃ μηδὲν ὄντα πρὸς τὸ προκείμενον οὐχ ἥκιστα τοῦ προσάγοντος, ἢ καθ' ὧν προσάγονται ἔλεγχον ἔχει, καὶ ἀμαθίας ἀπόδειξιν.

Τοῦ Βέκκου εἰς τὴν ε.

Ἐπειδὴ εἰσί τινες μὴ καταδεχόμενοι ἐκεῖνο τὴν Εὐαγγελικὴν δύνασθαι ῥῆσιν, τὴν Πνεῦμα ἀληθείας τὸ ἅγιον λέγουσαν Πνεῦμα· ὅπερ δηλοῦται, καὶ ἡ ῥῆσις ἡ λέγουσα ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι. ἔτι δὲ διισχυρισάμενοι μηδὲ εἰς ἰσοδυναμοῦσαν ἔννοιαν λέγεσθαι, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατεστρώθησαν αἱ παροῦσαι γραφικαὶ ῥήσεις εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἰσοδυναμίας τῶν τοιούτων εὐαγγελικῶν ῥήσεων.

Τοῦ Παλαμᾶ.

Τῆς ἀναισθησίας. ἰσοδυναμοῦσαι γὰρ αἱ ῥήσεις οἰκειότητα ταυτὸν δ' εἰπεῖν ὁμοουσιότητα τοῦ θείου Πνεύματος παριστῶσι. διαφέρουσι δὲ ὡς μὴ παρ' ἀμφοτέρων πατρός τε καὶ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν τοῦ Πνεύματος δεικνύουσαι. καὶ τοῦτο κατάδηλον ἀπ' αὐτῶν τῶν γραφικῶν ῥήσεών ἐστιν. ὁ δὲ συνειληχὼς ταύτας, οὔπως πρὸς τὴν διαφορὰν τῶν ῥήσεων τούτων ὥσπερ ἐκκεκώφηται.

Τοῦ σοφοῦ Νικαίας.

Τοῦτο ἔλεγχον μὲν οὐδὲ δοκοῦντα ἔχει, ᾧ μόνῳ χρῆται ἐπὶ τῶν ἄλλων τοῦ ὄντος ἢ ἀμηγῶν, ἢ ἔχων ἀπόρως, ἐφ' ὧν γε καὶ εὑρεῖν ἐνδέχεται. ἐπὶ τούτων γὰρ οὐδὲ σφόδρα βουλόμενος εὗρεν ἄν, τόν γε μὴ ὄντα. ἡ γὰρ ἀλήθεια οὐκ ἐλέγχεται. λοιδορίαν δὲ φέρει καὶ μόνον ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα καὶ θέσιν δέ τινα τίθεται, μηδεμίαν ἀνάγκην ἐπάγων. τὴν γὰρ Πνεῦμα ἀληθείας λέγουσαν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἰσοδυναμοῦσαν τῇ ἐκ πα-

Nempe quia ipſe eſt fons ijs, & vt ſint, & vt inter ſe coniungantur. Quæ cùm nihil ad rem faciant, potiſſimum eum, qui ea producit, quàm quibus obijciuntur, imperitiæ coarguunt.

Becci in Quintam.

QVoniam nonnulli dictum illud Euangelicum, quo dicitur Spiritus Sanctus, Spiritus veritatis, negant id ſibi velle, quod etiam vult, & ſignificat alterum dictum, quo dicitur ex Patre procedere. Præterea etiam, quoniam refragantur ijs, qui in parem atque æqualem ſenſum dici ex Patre procedere Spiritum Sanctum, & ex Filio accipere opinantur; ſubiecimus præſentes auctoritate Patrum teſtatas ſententias, in demonſtrationem huius, quod idem valeant, & æquè poſſint huiuſmodi dicta Euangelica.

Palamæ.

O Stupiditatem hominis. Cùm enim idem valent hæ ſententiæ coniunctionem, hoc eſt dicere, conſubſtantialitatem Spiritus Sancti ſignificant. Ita tamen differunt, vt exiſtere Spiritum, ex ambobus Patre Filioque minimè oſtendatur. idque patet ex his ipſis memoriæ propagatis ſententijs. Qui autem eas collegit, in earum diſcrimine dignoſcendo factus eſt veluti ſurdus.

Beſſarionis.

ID quidem neque apparentem confutationem habet, qua ſola vtitur in alijs, veram demonſtrationem vel negligens, vel eius ignarus exiſtens. in quibus ſanè fieri poteſt, vt inueniat; in his enim etiamſi vel màximè vellet, probationem, quæ non eſt, minimè inueniret: ſiquidem veritas non conuincitur. contumeliam ſolummodo affert, quemadmodum & reliqua, & theſim quandam ponit, nullam inferens neceſſitatem. Etenim ſententiam illam, quæ Spiritum San-

πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι τιθεμένη, ἢ λαμβάνειν ἐκ τοῦ υἱοῦ, τὴν οἰκειότητα φησὶ καὶ ὁμοουσιότητα δηλοῦν τοῦ Πνεύματος, οὐ μέντοι τὴν αὐτοῦ ἐκπόρευσιν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ. καὶ τοῦτο γὰρ διαφέρειν. τὸ δ' ὅπως οὐ δείκνυσιν, ἀλλὰ μαρτύρεται μὲν τὰς ῥήσεις, αἳ δ' εἰς τοὐναντίον ὧν αὐτὸς βούλεται περιφανῶς φέρουσιν, ὅτι μὲν γὰρ οἰκειότητα τινὰ καὶ ὁμοουσιότητα παριστάνουσαι, ἰσοδυναμοῦσιν ἀλλήλαις, τοῦτ' ἔστιν ἀληθές. ὅτι δὲ τὴν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπόρευσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὐ δηλοῦσι, τοῦτο δ' ἀπὸ σαυτοῦ προσέθηκας τοῖς ἀληθέσι μαχόμενος. αὐτὸ γὰρ τοῦτο τὸ ὁμοούσιον, αἴτιον τοῦ τὸ Πνεῦμα ἐξ υἱοῦ, ἢ δι' υἱοῦ προϊέναι. Καὶ δηλοῖ Κύριλλος ὁ Μακάριος, ἴδιον λέγων πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ὂν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας, εἴτε πατρὸς δηλαδὴ καὶ υἱοῦ, εἴτε καὶ τούτων πρὸς τὸ Πνεῦμα. καὶ οὕτως οὖν κἀκείνως, πρὸς ἡμῶν οἱ λόγοι· ἡ γὰρ πρὸς πατέρα καὶ υἱὸν ὁμοουσιότης τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸ ἴδιον αὐτῶν λέγεσθαι, οὐκ ἀποκλείει τὸ ἐξ υἱοῦ, ἢ δι' υἱοῦ ἐκ πατρὸς αὐτὸ εἶναι. ὅτι μὴ μᾶλλον καὶ συνάγει. καὶ γοῦν ἀλλαχοῦ φησὶν ὁ αὐτὸς εἶναι τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ. τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν ἢ ὡς ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον Πνεῦμα. εἰ γὰρ ἁπλῶς μόνον ἡ ὁμοουσιότης αἰτία ἦν τοῦ ἴδιον τοῦ υἱοῦ λέγεσθαι τὸ Πνεῦμα. ἐλέγετο ἂν καὶ ὁ υἱὸς ἴδιος τοῦ Πνεύματος, ὁμοούσιος ὑπάρχων αὐτῷ. ὅπερ οὐδεὶς οὐδέπω φάναι τετόλμηκεν. Εἰ δὲ διὰ τὸ τὸν υἱὸν ἀναφερόμενον πρὸς πατέρα, μὴ δύνασθαι φάναι τοῦ Πνεύματος λέγεσθαι, μὴ πατὴρ αὐτοῦ δόξῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι, μαρτυρήσουσιν ἡμῖν ἐξ ἀνάγκης τὸν υἱὸν πνέοντα ἢ προβάλλοντα εἶναι, διὰ τὸ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἀναφορικὸν ὄνομα ὂν πατρὸς πρὸς τὸν πνέοντα ἀναφέρεσθαι, καὶ ἐξ ἐκείνου πνεῖσθαι, οὗτινος καὶ λέγεται εἶναι. καὶ βάλλοντες ἑαυτοὺς εὑρεθήσονται, δοκοῦντες τοὺς ἐναντίους. Ὅτι δὲ οὐ μόνον τὸ λέγεσθαι τὸ Πνεῦμα ἴδιον τοῦ υἱοῦ εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν φέρει τῷ ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ τὸ λαμβάνειν ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦτο πάλιν πρὸς πολλοῖς ἄλλοις Κύριλλος μαρτυρήσει. ὡς γὰρ πρὸς ἴδιον δι' αὐτοῦ φυσι-

κῶς,

Sanctum, Spiritum veritatis appellat, atq; idem valet, quod altera quæ ponit ipſum ex Patre procedere; vel ex Filio accipere, coniunctionem inquit, & conſubſtantialitatem Spiritus Sancti; non tamen eius ex Patre, Filioq; proceſſum ſignificare. Secundùm hoc enim, inquit, differre. Quonam autem pacto differant, non probat; ſed teſtatur quidem ſententias, hæ verò in contrariam partem, atque ipſe vult planè pertinent. Quòd enim coniunctionem quandam, & conſubſtantialitatem ſignificantes, idem inter ſe valeant; id verum eſt. quòd autem ex Patre Filioq; Spiritus Sancti proceſſionem non indicent; hoc ſanè à te ipſo addis, verum oppugnans. hæc enim ipſa conſubſtantialitas cauſa eſt, cur Spiritus Sanctus ex Filio, vel per Filium procedat. Atq; hoc declarat B.Cyrillus, proprium appellans Patris, & Filij Spiritum Sanctum; vtpotè, qui ex Patre per Filium ſit, ob identitatem ſubſtantiæ, vel Patris videlicet & Filij, vel etiam horum ad Spiritum. Itaque ſiue hoc modo, ſiue illo dixeris, nobiſcum faciunt rationes. Etenim „ conſubſtantialitas Spiritus Sancti ad Patrem & Filium, & „ quòd ipſorum proprius dicatur Spiritus, non excludit eum à Filio, vel ex Patre per Filium eſſe; quin potiùs efficit hoc atq; concludit. Et quidem alibi idem Doctor aſſerit, eſſe Spiritum Dei & Patris, atq; etiam Filij, qui eſſentialiter ex ambobus, vel ita per Filium, tanquam ex Patre profluat. Etenim, ſi ſimpliciter conſubſtantialitas eſſet cauſa, cur Spiritus Sanctus diceretur proprius Filij, Filius quoq; diceretur proprius Spiritus Sancti, cùm ipſi ſit conſubſtantialis, quod nemo hactenùs dicere auſus eſt. Sin autem dixerint non poſſe dici Filium proprium Spiritus Sancti, propterea quòd ad Patrem referatur, ne ſimiliter Spiritus Sanctus, eſſe Pater videatur; neceſſariò teſtificabuntur Filium quoque ſpirantem eſſe, ſeù productorem. quia etiam iſtud nominis Spiritus, cùm ſit relatiuum, ad ſpirantem referatur, & ab eo ſpiretur, cuius etiam eſſe dicitur. Atque ita cùm aduerſarios petere videantur, ſe ipſos ferire reperirentur. Quòd autem non tantùm illud dici Spiritum proprium Filij, ſed etiam illud à Filio accipere ad eandem ſpectent intelligentiam, ad quam etiam pertinet illud ex Patre procedere; hoc etiam rurſus cum multis alijs Cyrillus teſtabitur. Etenim, tanquam, inquit, per ipſum, „ (Filium) naturaliter procedens (Spiritus Sanctus) vtpotè, „

κῶς, οἷα δὴ ἴδιον αὐτοῦ φησὶ, μὴ πάντων ὧν ἔχει, τελείως λαμβάνειν λέγεται τὰ αὐτοῦ.

Τοῦ Βέκκου εἰς τὴν ζ.

ΕΠειδὴ εἰσί τινες λέγοντες διαφέρειν ἀλλήλων τὸ προϊέναι καὶ προχεῖσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι, ἐξειλέγησαν εἰς ἀναντίρρητον ἀπόδειξιν τοῦ ἰσοδυνάμου αὐτῶν, αἱ προκείμεναι ῥήσεις τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ μετ' αὐτὰς αἱ ὑποτεταγμέναι αὐταῖς ἕτεραι ῥήσεις τῶν ἄλλων πατέρων τῶν θεολογούντων ἐκ πατρὸς προϊέναι τε καὶ ἐκπέμπεσθαι καὶ προχεῖσθαι τὸ Πνεῦμα. ἐν ἐκείναις ταῖς περικοπαῖς, ἐν αἷς ἔμελλον λέγειν ἐκ πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι.

Τοῦ Παλαμᾶ.

ΤΗς ἀναισθησίας. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι τὸ προϊέναι λέγεται καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ. τὸ δὲ ἐκπορεύεσθαι, ἢ προχεῖσθαι οὐδέποτε. καθάπερ καὶ τὸ προχεῖσθαι κυρίως ἐπὶ τῆς χορηγίας, ἔστι δ' ὅτε καὶ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως λέγεται. Βέκκος δὲ οὗτος καὶ οἱ κατ' αὐτὸν μηδὲν διαφέρειν ἀλλήλων διατείνονται ταῦτα, δυσσεβῶς ὁμοῦ καὶ ἀναιδῶς. αἱ γὰρ συλλεγεῖσαι τῶν ἁγίων ἐνταῦθα ῥήσεις, ἐφ' ὧν ἰδεῖν ὅτι ταῦτα συντρέχουσι δεικνῦσαι, τὴν πρὸς ἄλληλα τούτων διαφορὰν ἀναιροῦσιν οὐδαμῶς.

Τοῦ σοφοῦ Νικαίας.

ΑΛλ' εἰ καλῶς ἐφίστας Κυρίλλῳ τῷ μακαρίῳ, εὗρες ἂν καὶ τὸ ἐκπορεύεσθαι ἐπὶ τοῦ υἱοῦ λέγοντα, ἐν τῇ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην αὐτοῦ πραγματείᾳ, εἰς τὸ ῥητὸν τὸ, ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ παράκλητος. εἰ γὰρ οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς φησὶν ἐκπορεύεται, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ καθ' ἡμᾶς. καὶ περὶ τούτου ἤκουον τὸν σωτῆρα περὶ ἑαυτοῦ λέγοντα. ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. ὅθεν καὶ Κύριλλος διδαχθεὶς, ἐκ τοῦ πατρὸς φησὶ τὸν υἱὸν

ἐκ-

proprius eius vna cum omnibus quæ habet, perfectè accipere ſua dicitur.

Vecci in Sextam.

QVoniam ſunt qui dicant, differre inter ſe iſta nomina, *proficiſcitur, profluit,* atque *procedit*, ad firmiter demonſtrandam horum æqualem vim, atque naturam, ſelegimus ſubiectas Sancti Cyrilli ſententias, poſt quas ſubiungimus illis alia dicta aliorum Patrum, qui in ijs deciſionibus & περικοπαῖς, in quibus dicturi erant, Spiritum ex Patre procedere, à Patre ipſum proficiſci, & mitti, atque profluere, Theologicè commemorant.

Palamæ.

O Stoliditatem hominis, quis enim neſciat illud proficiſci etiam in Filio dici: procedere autem vel profluere nunquam? Sicut etiam profluere propriè in largitione donorum, quandoque verò & de proceſſione dicitur. Iſte autem Veccus, ſuique ſimiles, nihil iſta inter ſe differre impiè ſimul atque impudenter contendunt. Etenim, quæ hic ſunt collectæ Sanctorum auctoritates, cùm oſtendunt, in quibus aliquando iſta concurrant nomina, horum inter ſe diſcrimen minimè tollunt.

Beſſarionis.

VErùm, ſi accuratiùs animum intendiſſes ad Beatum Cyrillum, inueniſſes vtique eum, qui procedere etiam in Filio ponit, in Commentarijs in Ioannem, in illud dictum: Cùm igitur venerit Paracletus. Si enim ex Patre, inquit, non procedit (Filius) hoc eſt ex ſubſtantia ipſius ſecundùm vos. Et ante Cyrillum, Saluatorem, qui de ſe ipſo ait: Ego „ ex Patre proceſſi, & veni. Vnde & Cyrillus edoctus, ex Patre „ ait Filium procedere. Quòd ſi profluere, quod de Spiritu „ di-

ἐκπορεύεσθαι. εἰ δὲ μὴ καὶ τὸ προχεῖσθαι λέγεται, λεγόμενον ἐπὶ τοῦ Πνεύματος, οὐδὲν θαυμαστόν, τοῦ μὲν σχηματισμοῦ τοῦ Πνεύματος ὀνόματος ἁρμοζούσης ταύτης τῆς λέξεως, οὐ μέντοι καὶ τοῦ υἱοῦ. ὥσπερ οἶμαι, καὶ τοῦ μὲν τοῦ υἱοῦ τῆς γεννήσεως καὶ μάλα πρεπούσης, τοῦ δὲ τοῦ Πνεύματος οὐ συμβαινούσης. οὐ διὰ τοῦτο μέντοι δικαίως ἐρεῖ τις, ὡς ἐπεὶ τὸ γεννᾶσθαι τὸ ἐξ αἰτίου εἶναι σημαίνει, τὸ δὲ Πνεῦμα οὐ γεννᾶται ἐκ τοῦ πατρός, ἀλλ' ἐκπορεύεται, τὸ ἐκπορεύεσθαι οὐ σημαίνει τὸ ἐξ αἰτίου ὑπάρχειν, οὗ ἐκπορεύεται. τοῦτο γὰρ ἀδιανόητα λεγόντων ἐστίν. ὥστε σοι διασαφῆσαι τό γε ἐντεῦθεν δεικνῦναι τὸ τῶν λέξεων τούτων διάφορον. Ἐπεὶ δ' ἐπὶ υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος ὁμοίως λέγεται ταῦτα, καὶ πρόεισιν ἡ τοῦ Πνεύματος πρόοδος, καὶ ἐκπόρευσις καλεῖται, καὶ πρόχυσις, καὶ πρόοδος, ὡς ταυτὸν τούτων δυναμένων ἁπάντων, οὐδὲν ἔοικε διαφέρειν ἀλλήλων τὰ ὀνόματα ταῦτα. εἰ δὲ μὴ διαφέρει, ὁμοίως ἄρα αὐτῶν ἀκουστέον, ἐπὶ τῆς ἐξ υἱοῦ, ἢ δι' υἱοῦ προόδου τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἐκ πατρός. ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἐκ πατρὸς νοουμένην δηλαδὴ τὴν ἐξ αὐτοῦ ἐκπόρευσιν. τὴν αὐτὴν ἄρα καὶ ἐπὶ τῆς ἐξ υἱοῦ, ἢ δι' υἱοῦ νοητέον. προχεῖται γὰρ αὖ φησὶν Κύριλλος τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ υἱοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, μηδεμιᾶς ἴχνος ἀμφιβολίας καταλιπών. ἢ σύ γε δείξας, ἢ ὅτι οὐ ταυτὸν σημαίνουσι τὰ ὀνόματα ταῦτα, ἢ εἰ καὶ ταυτόν, ἀλλ' ἄλλως μὲν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, ἄλλως δ' ἐπὶ τοῦ πατρὸς νοεῖται. Καίτοι τοῦ διδασκάλου βοῶντος ὡς ἔφημεν, οὕτω παρὰ τοῦ υἱοῦ προχεῖσθαι, καθάπερ καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, αἰδέσιμος ἔσο τῆς ἀδίκου ταύτης βλασφημίας τῆς εἰς τὸν Βέκκον, καὶ ἧς αὐτῷ ἐγκαλεῖς, μὴ ἐπαισθανόμενος ἀναισθησίας.

Τοῦ Βέκκου εἰς τὴν ς.

Ἐπειδή τινες ἀκούοντες τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ ὑπάρχον, καὶ ἀναβλύζον, καὶ προϊόν, οὐχὶ τὴν θείαν φύσιν τοῦ Πνεύματος ἐκ τῆς θείας οὐσίας καὶ φύσεως τοῦ υἱοῦ πηγάζειν, καὶ ἀναβλύζειν τερατολογοῦσιν, ἀλλὰ τὸ πνευματικὸν χάρισμα, τὸ τοῖς ἀξίοις ἐπιγινόμενον, διὰ τὸ τὴν ἐγγινομένην αὐτοῖς ἐνοί-

κησιν

dicitur, non etiam de Filio commemoratur; non eſt mirum; cùm iſta vox figurato nomini Spiritus, non autem Filij congruat. Quemadmodum Filio quoque nomen generationis valdè conuenire, Spiritui verò minimè quadrare exiſtimo. Non tamen propterea dicet aliquis, quoniam gigni à cauſa eſſe ſignificat, Spiritus autem à Patre non gignitur, ſed procedit, procedere, non à cauſa eſſe indicat, à quo procedit: hoc enim eſt dicere, quæ cogitatione comprehendere nequeas. Quare illud tibi, ne harum vocum diſcrimen hinc probes, concuſſimus. Quoniam verò tàm de Filio, quàm de Spiritu æquè iſta commemorantur, & præterea Spiritus Sancti proceſſio, appellatur etiam proceſſio, & effuſio, atque proceſſus, tanquam iſta omnia idem ſibi velint, nihil iſta nomina inter ſe differre videntur: ſi autem non differunt: æquè igitur in proceſſu Spiritus ex Filio, vel per Filium, atque in productione ex Patre, intelligenda ſunt. Sed in illa ex Patre veram ἐκπόρευσιν, & proceſſionem intelligimus: igitur eadem & in illa ex Filio, vel per Filium intelligenda eſt. Etenim profluit, diceret Cyrillus, Spiritus ex Filio, quemadmodum planè intelligitur & in ipſo Deo & Patre: nullum veſtigium ambiguitatis relinquens. Alioquin probes tu, vel non idem ſignificare iſta nomina, vel quamuis idem ſignificent, aliter tamen in Filio, aliter autem in Patre intelligi. (Atqui Doctore iſto clamante, vt diximus, ſic à Filio profluere, tanquam & in ipſo intelligitur Deo & Patre,) & impunè tibi cedat iſta in Veccum immeritò dicta blaſphemia. qui, quam illi obijcis, minimè ſentis ſtupiditatem.

Vecci in Septimam.

QVoniam quidam, cùm audiunt Spiritum Sanctum ex Filio eſſe, & ſcaturire, atque proficiſci: non diuinam naturam Spiritus ab eſſentia diuina & natura Filij, veluti fontem emanare, & ſcaturire; ſed ſpiritale donum, quod iuſtis aduenit, monſtroſè narrant: propterea quòd inhabitatio Deitatis, vbique præſentis, quæ fit in iuſtis, comparatè ac relatiuè fiat; ita eiuſmodi donum accipientes,

κησιν τῆς πανταχοῦ παρούσης θεότητος σχετικῶς γίνεσθαι, οὕτω τὸ τοιοῦτον ἐκλαμβάνοντες χάρισμα, ὥσπερ αὖ εἰ ἀποδιῃρημένον καὶ ἀποδιεσπασμένον τῆς θείας οὐσίας νοοῖτο τοῦ Πνεύματος, συνελέγησαν αἱ παροῦσαι γραφικαὶ ῥήσεις. ἐξ ὧν ἔχει τις διαγνῶναι. ὡς αὖ καὶ ἡ ἐγγινομένη τοῖς ἀξίοις ἐνοίκησις τοῦ παναγίου πνεύματος σχετικὴ ἐστὶν ἀῤῥήτως καὶ ὑπὲρ λόγον. ἀλλ' ἐπεὶ ἐκεῖ τὰ χαρίσματα τοῦ πνεύματος προσχέονται, ὅπου ἡ θεία φύσις αὐτοῦ σχετικῶς ἐνοικήσει, αὐτὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἓν τῆς Τριάδος, καὶ συμπληρωτικὸν αὐτῆς, ὅπερ ἐστὶ θεία φύσις, καὶ τέλειος Θεὸς ὡς ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς, δηλοῦται, ὅταν τις λέγῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προϊὸν, καὶ ἀναβλύζον, καὶ ὑπάρχον ἐκ τοῦ υἱοῦ.

Τοῦ Παλαμᾶ.

ΟΝτως οὐκ εἶδεν ἃ λέγει, οὔτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦται, ὁ καὶ ταύτην τὴν γραφὴν συνθείς. οὐθεὶς γὰρ τῶν εὐσεβεῖν αἱρουμένων διεσπασμένην εἶναι νομίζει τῆς θείας φύσεως τὴν θείαν χάριν, καὶ τὴν ἐνέργειαν. οὐ μὴν ὅτι ἀχώριστός ἐστι τῆς θείας φύσεως ἡ θεία ἐνέργεια, παρὰ τοῦτο καὶ φύσις ἐστὶν ἡ ἐνέργεια, ταύτης μηδὲν διαφέρουσα. ἡ μὲν γὰρ θεία ἐνέργεια ἐκ τῆς φύσεως ἐστὶ, καὶ ἐνθεωρεῖται ταύτῃ κατὰ τοὺς θεολόγους, ἀλλ' οὐκ ἔστι καθ' αὑτήν. ἡ δὲ θεία φύσις οὐκ ἐκ τῆς ἐνεργείας ἐστὶ, καὶ καθ' ἑαυτήν ἐστι καὶ τῶν θείων ἐνεργειῶν ἐστὶ πηγή. ἀλλὰ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ τῆς ὑποστάσεως εἶναι τοῦ υἱοῦ φαμέν. οὗτος δὲ λέγων εἶναι τοῦτο ἐκ τῆς φύσεως, ἡμῖν ἀντιλέγειν οἴεται, καὶ τἀναντία ἡμῶν κατασκευάζειν, μηδὲν διαφέρειν ὡς ἔοικε νομίζων τὴν φύσιν τῆς ὑποστάσεως, ἢ καὶ διαφορὰν ἀφρόνως εἰσάγων φύσεως ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, ἐπεὶ διαφορὰ ἐστὶν ὑποστάσεων.

Τοῦ Νικαίας.

ΕΙ οὖν μὴ διεσπασμένην τὴν θείαν χάριν τοῦ Πνεύματος τῆς αὐτοῦ φύσεως νομίζεις καὶ ὑποστάσεως, τίποτε ἄρα νοεῖς ἀκούων ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πέμπεσθαι. δῆλον γὰρ,

ὅτι

perinde ac ſi diuiſum, atque diuulſum à diuina eſſentia Spiritus intelligeretur; collectæ ſunt præſentes monumentis Patrum conſignatæ ſententiæ; ex quibus aliquis dignoſcere poteſt, inhabitationem Spiritus Sancti, quæ fit in iuſtis, relatiuam eſſe ineffabili modo, & ſupra rationem. Sed quoniam in eum locum dona Spritus effunduntur, vbi diuina eius natura inhabitauerit; quando aliquis dicit Spiritum Sanctum proficiſci, & ſcaturire & eſſe à Filio; ipſe Spiritus Sanctus, qui eſt vna perſona Trinitatis, qui illam complet, & perficit, quique eſt diuina natura, atque perfectus Deus, tanquam & ipſe Pater, & Filius, ſignificatur.

Palamæ.

VErè neſcit quid ait, neque de quibus aſſeuerat; qui & iſtam inſcriptionem compoſuit. Nemo enim eorum, qui pij eſſe volunt, diuinam gratiam, & operationem à diuina natura diuulſam eſſe arbitratur. Non tamen, quia diuina operatio inſeparabilis eſt à diuina natura, propterea & natura eſt operatio nihil ab ea differens: ſiquidem diuina operatio à natura prouenit, & ſecundùm Theologos in ea conſideratur, ſed non eſt ab ea diſtincta. At natura non eſt ab operatione, & ab illa eſt diſtincta, eſtque fons diuinarum operationum. Sed & Spiritum Sanctum à perſona Filij eſſe minimè dicimus. Iſte autem cùm ait, ipſum eſſe à natura (Filij) nobis repugnare arbitratur, & oppoſita contra nos aſtruere, nihil differre exiſtimans, vt apparet, naturam à perſona. Vel etiam diſcrimen naturæ inducens in Sanctiſſima Trinitate, quia ſit differentia perſonarum.

Beſſarionis.

SI itaque diuinam gratiam Spiritus, non opinaris ab eius natura atque perſona eſſe diuulſam, quidnam tandem intelligis, cùm audis à Filio Spiritum mitti? Etenim te vel in-

ὅτι τὴν ἐκείνου καὶ μὴ θέλων ὑπόστασιν. χάρις γὰρ ἀνυπόστατος οὐ πέμπεται. ὅτι μὴ δ' ἀνυποστάτου καὶ τὸν Κύριλλον μετεχόμενον χάριτος. ἀλλὰ τοῦτ' αὐτό ἐστι τὸ πεμπόμενον, ἡ θεία φύσις καὶ ἐνυπόστατος, τὸ συμπληρωτικὸν τῆς Τριάδος τοῦ Πνεύματος πρόσωπον. πῶς δὲ ἄρα καὶ τὸν υἱὸν πέμπειν τοῦτο νοήσεις. οὐ γὰρ ἄλλως ἢ ὁ πατήρ, ἐπεὶ καὶ ἄλλης ἔσται δυνάμεως· δῆλον οὖν ὅτι καθάπερ καὶ ὁ πατήρ. ἀλλ' ὁ πατὴρ πέμπει προβάλλων καὶ αὐτὴν τὴν ὑπόστασιν. καὶ ὁ υἱὸς ἄρα πέμπει προβάλλων αὐτό. εἰ μὴ ὑπουργικήν τινα τάξιν αὐτὸν φαίης ἀποπληροῦντα, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον ὕστερον πέμπειν αὐτόν. ἔστω γὰρ μὴ ταυτὸν εἶναι τῇ θείᾳ οὐσίᾳ τὴν θείαν ἐνέργειαν. τί μετὰ πάντα συμπεραίνεις ἐκ τούτου; εἴπερ τοῦ πνεύματος πεμπομένου, οὐκ ἀνυπόστατον χάριν, ἀλλ' αὐτὴν τὴν θείαν φύσιν τὴν ἐνυπόστατον πέμπεσθαι καὶ αὐτὸς συγχωρεῖς. δῆλον ὅτι κἂν αὐτὸς ἀγνοεῖν προσποιῇ, τὸ τὴν τοῦ Πνεύματος ὑπόστασιν ἐξ υἱοῦ ὑπάρχειν καὶ ἀναβλύζειν καὶ πέμπεσθαι, ὥσπερ καὶ ἐκ πατρός, ὃ δεῖξαι προὔκειτο τῷ ταῖς τῶν διδασκάλων ῥήσεις συνειληχότι. Εἰ δὲ θαυμάζεις ὅπως ἐκ τῆς φύσεως τοῦ υἱοῦ λέγοντες τὸ Πνεῦμα πηγάζειν, καὶ ἀναβλύζειν. καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ εἶναι οἰόμεθα, ὡς αὖ εἰ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως καὶ προσώπων ταυτότητα ἐτίθεμεν, ἢ διὰ τὴν τούτων διαφορὰν καὶ φύσεως εἰσήγομεν ἑτερότητα, πολλῷ πλέον ἡμεῖς σου θαυμασόμεθα, εἰ φύσιν ἀκούων υἱοῦ, ἔπειτ' ἀπολελυμένον ταύτην νοεῖς, καὶ οὐ μετὰ τοῦ υἱοῦ ἰδιώματος, οὐδὲ τοῦτο δυνάμενος συνιδεῖν, ὅτι φύσις καθ' ἑαυτὴν ἀπολελυμένως καὶ κοινῶς εἰλημμένη, οὔτε δύναται πέμπειν, οὔτε προβάλλεσθαι, οὔτε τοῦ τὸ σύνολον ὑπάρχειν αἰτία, μὴ μετά τινος ἰδιώματος εἰλημμένη προσώπου ὑφιστῶντος. τῶν γὰρ ἀτόμων εἶναι τὰς ἐνεργείας κοινῶς πάσης φιλοσοφίας ἀκούομεν.

inuitum, liquet eius perſonam intelligere; ſi quidem gratia, quæ non ſubſiſtat, non mittitur. Neque enim ſecundùm Cyrillum, gratiam inſubſiſtentem participamus, ſed ea ipſa perſona Spiritus, quæ Trinitatem complet, diuina naturã ſubſiſtentiam habens mittitur. Quonam verò pacto & Filium ipſam mittere intelliges? non enim aliter atque Pater; quandoquidem & alterius erit potentiæ. Conſtat igitur æque eum mittere. Sed Pater mittit etiam ipſam perſonam producens: igitur & Filius producens ipſam mittit. Niſi fort edixeris ipſum ſeruilem quendam alium ordinem ſupplere, atque ex Patre ipſam procedentem, poſtea eum mittere. fac enim non eſſe idem diuinam operationem, atque diuinam eſſentiam, quid poſtea inde concludis? ſiquidem cùm Spiritus mittitur, non gratia, quæ non ſubſiſtat, ſed ipſam mitti diuinam naturam, quæ ſubſiſtentiam habeat, ipſe quoque concedis. perſpicuum enim eſt, licet ipſe neſcire diſſimules, id te concludere, quod nimirum perſona Spiritus ex Filio ſit, & ſcaturiat, atque mittatur, tanquam & à Patre, quod quidem propoſitum fuerat illi probare, qui Doctorum ſententias collegit. Quod ſi miraris, cùm ex natura Filij Spiritum emanare, & ſcaturire dicamus, quemadmodum ex eius quoque perſona eſſe arbitramur: non ſecus, ac ſi propter identitatem naturæ perſonarum quoque identitatem poneremus. Vel propter harum differentiam, naturæ etiam diſcrimen induceremus. Multò magis nos de te mirabimur, ſi cùm Filij naturam audis, deinde abſolutum quid, minimeque cum proprietate Filij eam intelligas. Neque hoc aduertere potes, naturam ſecundùm ſe, abſolutè, communiterque ſumptam, neque mittere, neque producere, neque omninò cauſam eſſe poſſe, niſi cum aliqua proprietate ſumatur, quæ perſonam conſtituat. Etenim indiuiduorum eſſe operationes, communiter tota Philoſophia clamat, atque teſtatur.

Vec-

Τοῦ Βέκκου· εἰς τὴν ν.

Εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, συνήγηνται καὶ αἱ παροῦσαι γραφικαὶ ῥήσεις, αἱ δηλοῦσαι εἶναι αὐτὸ ποιότητα τῆς πατρὸς καὶ υἱοῦ οὐσίας. Ἔτι δὲ ζωοδοσίαν, πνοὴν, καὶ ὀσμήν. ἐγγὺς δὲ τῶν τοιούτων ῥήσεων, ἕτεραι κατασημαίνονται ῥήσεις, εἰς τὴν αὐτὴν συμβάλλουσαι ἔννοιαν. αἵτινες καὶ τὸν πατέρα πηγὴν τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸν υἱὸν πηγὴν θεολογοῦσι τοῦ Πνεύματος.

Τοῦ Παλαμᾶ.

Αἱ συνειλεγμέναι παροῦσαι ῥήσεις, διὰ παραδειγμάτων τὸ πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ὁμοούσιον παριστῶσι τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατὰ τὸ ἐκχωροῦν. οὐ γάρ ἐστιν ἐπὶ Θεοῦ εὑρεῖν παράδειγμα πάντη κατάλληλον. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὕδωρ ζῶν καλεῖται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν χάριν καὶ τὴν ἐνέργειαν, τούτου τοῦ ὕδατος καλεῖται πηγὴ καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς, ἔστι δ' ὅτε καὶ αὐτὸ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. ὁ δὲ τὰς ῥήσεις ταύτας ἐνταῦθα προσενεγκὼν, τὰς μὲν παρῆκε τούτων. ταῖς δὲ παραχρῆται. καὶ οὕτω δι' αὐταῖς οἴεται κλέπτειν πρὸς τὴν οἰκείαν κακόνοιαν τοὺς ἐντυγχάνοντας.

Τοῦ Νικαίας.

Δηλοῦσι μὲν καὶ τὴν ὁμοουσιότητα πρὸς υἱὸν καὶ πατέρα τοῦ Πνεύματος αὗται αἱ ῥήσεις. οὐ τοῦτο μέντοι γε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξ αὐτοῖν ὑπάρχειν, καὶ προϊέναι. τὸ γὰρ ἐκ τοῦ πατρὸς γοῦν ὑπάρχειν, καὶ αὐτὸς συγχωρεῖς σημαίνειν. τοῦτο δὲ δοὺς, οὐκ ἕξεις εἰπεῖν, διότι τὰ αὐτὰ πρὸς μὲν τὸν πατέρα, οὐ τὴν ὁμοουσιότητα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι παρίστησι. πρὸς δὲ τὸν υἱὸν, τὴν ὁμοουσιότητα μόνην. καὶ ταῦτα μὴ δι' ἀντιστρεφόντων τούτων τῶν ὀνομάτων, ἀλλ' ὄντως μὲν καὶ τοῦ υἱοῦ ὁμοουσίου τῷ Πνεύματι,

Vecci in Octauam.

IN demonſtrationem huius, quòd Spiritus Sanctus ſit ex Patre Filioque, collectæ ſunt etiam præſentes Sanctorum commentarijs illuſtratæ ſententiæ, quæ oſtendunt ipſum eſſe qualitatem eſſentiæ Patris, & Filij: adhuc etiam ſuaueolentiam, fragrantiam, atque flatum. His autem proximè adiunximus alias ſententias, quæ in eandem concurrunt intelligentiam, atque tàm Patrem quàm Filium fontem eſſe Spiritus, Theologicè declarant.

Palamæ.

PRæſentes ſcripto commendatæ ſententiæ, conſubſtantialitatem Spiritus, quam habet ad Patrem & Filium, quoad eius fieri poſſit exemplis manifeſtant. Non enim inueniri poteſt, exemplum in Deo vndique aptum, & congruens. Quoniam verò & aqua viua ſecundum gratiam, & operationem appellatur Spiritus Sanctus, huius aquæ dicitur fons & Pater, & Filius, quandoque verò & ipſe Spiritus Sanctus. Qui autem iſta dicta hic protulit, quædam miſſa fecit, quibuſdam verò abutitur. Atque ita eos, qui in hæc inciderint, clàm ad ſuam prauam, & peruerſam ſententiam traducere poſſe exiſtimat.

Beſſarionis.

SAnè quidem ſignificant conſubſtantialitatem Spiritus ad Patrem, & Filium hæ ſententiæ, non tamen hoc ſolum; verùm & ab ipſis eſſe, & procedere Spiritum Sanctum. Quod enim ſaltem ex Patre eſſe indicent, tu quoque das atque concedis hoc autem dato, dicere non poteris, quid ſit cauſæ, cur eadem ad Patrem, non modò conſubſtantialitatem, verùm etiam ab ipſo eſſe denotent; ad rationem autem Filij ſolam conſubſtantialitatem, declarent: præſertim, cùm neque reciprocentur iſta nomina. Verùm conſtet ſanè Filius

con-

Πνεύματι, μορφῆς δὲ ἢ εἰκόνος, ἢ πνοῆς αὐτοῦ μηδαμῶς λεγομένου. ὥσπερ οὖν τὸν υἱὸν μορφὴν τοῦ πατρὸς, ἢ εἰκόνα, ἢ ποιότητα ἀκούοντες, οὐχ ὁμοούσιον μόνον αὐτοῦ νοοῦμεν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτοῦ προϊόντα. οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα πνοὴν καὶ μορφὴν. εὐωδίαν τε καὶ ἐνέργειαν τοῦ υἱοῦ, καὶ δι' ἄμφω ταῦτα νομιοῦμεν εἰρῆσθαι. τίς γὰρ ἡ ἀποκλήρωσις, ἄλλως μὲν ἐπὶ πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα. ἄλλως δ' ἐπὶ υἱοῦ πρὸς τὸ Πνεῦμα ταῦτα νοεῖν; σὺ δὲ καὶ τῶν πρὸς τούτου ὡμολογημένων ἐπιλαθόμενος, πάλιν τὸ Πνεῦμα φὴς κατὰ τὴν χάριν ζῶν ὕδωρ καλεῖσθαι, καὶ τούτου τὸν υἱὸν εἶναι πηγήν. ἀλλ' εἰ ἡ χάρις αὕτη μὴ διέσπασται τῆς οὐσίας, καὶ ὑποστάσεως, τοῦτο γὰρ συνεχώρησας, πῶς οὐχὶ καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος θείαν ὑπόστασιν μετὰ τῆς χάριτος ταύτης πηγάσειεν ἂν ὁ υἱός.

Τοῦ Βέκκου εἰς τὴν θ.

ΑΙ παροῦσαι γραφικαὶ ῥήσεις, ἐν αἷς οἱ πατέρες ἐθεολόγησαν, πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἴδια φυσικῶς διαβαίνειν ἐπὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα υἱὸν, κατετάχθησαν ἐνταῦθα εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ὑπάρχειν, καὶ προϊέναι, καὶ πηγάζειν τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς κατὰ τὸν ἅγιον Κύριλλον. εἰ γὰρ τὴν πατρότητα καὶ τὸ γεννᾶν μόνον ἀφαιροῦνται ἀπὸ τοῦ υἱοῦ οἱ τῶν ῥηθησομένων ῥήσεων προσδιορισμοὶ, εὔδηλον ὡς ὁ υἱὸς μὲν ὡς πατὴρ καὶ γεννήτωρ οὐκ ἔστι, Πνεῦμα δὲ τὸ ἐκ τῆς πατρικῆς ἀναβλύζον οὐσίας, καὶ ἐκ τῆς μὴ γεννώσης οὐσίας τοῦ υἱοῦ ἀναβλύζον ἐστὶ, καὶ προχεόμενον,

Τοῦ Παλαμᾶ.

ΟΝτως ἀσυλλόγιστον ἡ δυσσέβεια. διαβαίνειν γὰρ ἀκούων ὁ Βέκκος. οὗτος ἐπὶ τὸν υἱὸν τὰ τοῦ πατρὸς ἴδια φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς, τὰ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ἐνόμισεν ἴδια. ἀλλ' οὐχὶ τὰ τῆς φύσεως. οὐκοῦν κατὰ τὴν αὐτοῦ σύνεσιν, ἣν ἐν ταῖς

conſubſtantialis Spiritui, forma verò, ſeu fragantia, ſeù flatus ipſius minimè dicatur. Quemadmodum igitur, cùm audimus Filium dici formam Patris, vel ſuaueolentiam, ſeù qualitatem, non ſolùm eum eſſe conſubſtantialem ipſi, verùm & ab ipſo prouenire intelligimus: Ita & Spiritum Sanctum flatum, formam, redolentiam, & operationem Filij dictum eſſe propter hæc vtraque exiſtimabimus. Quid enim eſt, quamob rem eadem aliter in Patre ad Filium & Spiritum, aliter in Filio ad Spiritum intelligantur? tu verò & eorum quæ antea conceſſeras, oblitus, rurſus Spiritum ais ſecundùm gratiam aquam viuam appellari, & huius aquæ Filium eſſe fontem. Verùm ſi iſta gratia non eſt diuulſa, neque ſe iuncta ab eſſentia, & perſona Spiritus, id enim conceſſiſti; quonam tandem pacto diuina perſona Spiritus, vnà cum gratia ex Filio non emanabit?

Græcè τίς ἡ ἀποκλήρωσις. quæ iſta eſt exhæreditatio, ſeu ſortis priuatio vt eadem aliter in Patre, aliter in Filio intelligatur, quaſi dicat, quare priuatis, & exhæredatis Filium ea ſorte, vt quæ de ambobus Patre inquam, & Filio, ſimiliter ad rationem Spiritus Sancti dicuntur: non etiam ſimiliter intelligatur: quo eodem vocabulo vtitur Beſſarion in propugnatione, ac defenſione decimæ inſcriptionis

Vecci in Nonam.

PRæſentes litteris mandatæ ſententiæ, in quibus Patres Theologicè aſſerunt, cunctas proprietates Patris naturaliter tranſire ad Filium ex eo natum; collectæ ſunt hic in approbationem huius, quòd Spiritus ſit, proficiſcatur, atque profluat etiam ex Filio, quemadmodum ſanè & à Patre iuxta ſententiam Sancti Cyrilli. ſi enim dicendarum ſententiarum præſcripta paternitatem tantùm, & gignere à Filio excipiunt; perſpicuum eſt, atque patet Filium non eſſe quidem veluti Patrem, & genitorem; at Spiritum ex paterna ſubſtantia emanantem, etiam ex non generante ſubſtantia Filij emanare, atque profluere.

Palamæ.

REuera expers rationis, & imprudens eſt impietas. Cùm enim iſte Veccus audit proprietates Patris naturaliter, & eſſentialiter tranſire ad Filium, proprietates paternæ hypoſtaſeos, non autem naturæ opinatur. Ergo ſecun-

τῶν θεοφόρων κέκτηται θεολογίαις, τοῦ θείου Κυρίλλου γράφοντος ἐν τοῖς Θησαυροῖς, πῶς οὐκ ἔσται Θεὸς τὸ Πνεῦμα, ὅλην ἔχον οὐσιώδη τὴν ἰδιότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, τὴν ἰδιότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἔχει. γέννημά τε καὶ γεννήτωρ ἔσται καὶ πατὴρ τῶν φώτων, τὸ γεννᾶν καὶ ἐκπορεύειν ἔχον, οὗ τί ἂν ἀκουσθείη δυσσεβέστερόν τε καὶ καινότερον; τὸ αὐτὸ δὲ πείσεται πάλιν ὁ αὐτὸς σχεδὸν, καὶ ὅταν ἀκούσῃ τοῦ μὲν ἱεροῦ Δαμασκηνοῦ λέγοντος ἐν τῷ η. τῶν δογματικῶν πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ καὶ τοῦ Πνεύματός ἐστι, πλὴν τῆς ἀγεννησίας. Καὶ τοῦ τῆς θεολογίας Ἐπωνύμου Γρηγορίου γράφοντος, ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἐπ' Αἰγύπτου πλεύσαντας, πάντα ὅσα τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, πλὴν τῆς υἱότητος. πόσης δὲ ἀνοίας πάλιν, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ἀκούειν, καὶ ἐκ τῆς τοῦ υἱοῦ ὑποστάσεως δοξάζειν· ὥσπερ εἰ μία ἦν καθάπερ οὐσία, οὕτω καὶ ὑπόστασις ἐπὶ Θεοῦ. πρὸς δὲ καὶ τὸ μὴ συνορᾶν ὡς ἐπεὶ πατρὸς καὶ ἐκ πατρὸς λέγεται τὸ Πνεῦμα, οἱ πατέρα εἶναι τὸν υἱὸν ἀπαγορεύοντες, συναπαγορεύουσι καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα κοινωνίαν, κατὰ τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα.

Τοῦ Νικαίας.

ΜΗ οὕτως ἐκεῖνον οἴου τὸν σοφὸν ἄνδρα περὶ τὰ θεολογικὰ ἀμαθαίνειν, ὡς τὰ τοῦ πατρὸς ὑποστατικὰ διαβαίνειν κἀπὶ τὸν υἱὸν οἴεσθαι. τὸ μέντοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύειν, οὐχ ᾗ πατὴρ ὁ πατὴρ ἔχει. ἡ γὰρ τοιοῦτος πρὸς τὸν υἱὸν ἀναφέρεται, ἀλλ' ᾗ προβολεύς. τὸ δὲ προβολεὺς μὴ ὑποστατικὸν τοῦ πατρὸς ὄνομα εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ἀδύνατον εἶναι καὶ τῷ υἱῷ συνηθεῖν· εἴπερ Κυρίλλῳ πιστέον βέλτιον ἢ καθ' ἡμᾶς τεθεολογηκότι· πάντα γάρ ἐστιν εἰπὼν ὁ υἱὸς ὅσα καὶ ὁ πατὴρ,
„ δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατὴρ. Εἶτα ἐπάγει, ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ
„ καὶ ἐν αὐτῷ ἐμπεφυκὸς ἅγιον Πνεῦμα. καὶ οὐκ ἐνόμισε μάχεσθαι, τὸ μήτε πατέρα τὸν υἱὸν εἶναι, καὶ ἐξ αὐτοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, δηλονότι ἕτερον εἶναι νομίζων, καθὸ πατὴρ ἐστὶν ὁ πατὴρ, καὶ ἄλλο καθὸ προβολεύς, κἀκεῖνο μὲν τῷ υἱῷ ἀκοινώνητον εἶναι, τοῦτο

ὃ

cundùm ſuam prudentiam, quam in Theologicis ſcriptionibus Deiferorum Patrum tenet ac poſſidet, cum D. Cyrillus ſcribat in Theſauris, Quomodo Spiritus non erit Deus, totam habens eſſentialem proprietatem Patris ac Filij? Proprietatem Patris, ac Filij habebit Spiritus, eritque Filius, & genitor, Paterque luminum, gignere, & producere habens quo, quid magis impium, atque abſurdiùs audiri poteſt? Quod idem ferè accidet ipſi etiam, cùm audierit ſacrum Damaſcenum, affirmantem in octauo dogmaticorum, Omnia quæcumque habet Pater, habere & Spiritum, excepta ratione ingeniti. Et Gregorium cognomento Theologum, ſcribentem in oratione ad eos, qui ab Aegypto nauigarant, Omnia quæ ſunt Filij, eſſe quoque Spiritus Sancti, excepta filiatione. Rurſus verò, quantæ eſt ſtultitiæ, ex ſubſtantia audire, & ex Filij perſona opinari? quaſi verò vna ſit in Deo tanquam eſſentia, ita & hypoſtaſis. præterquam quòd etiam non animaduertat, quòd cùm Spiritus Patris eſſe, & ex Patre dicatur, qui negant Filium eſſe Patrem, ſimul etiam negant communem eſſe Filio cum Patre proprietatem productiuam.

Vecci. Nos tamen vtrobique in verſione non verba, ſed ſenſum ſequuti ſumus.

Beſſarionis.

NE putes illum virum doctum, rerum Theologicarum ſic rudem, & imperitum eſſe, vt proprietates hypoſtaticas Patris, etiam tranſire ad Filium opinetur. Attamen producere Spiritum Sanctum Pater habet, non quatenus Pater eſt; quà enim talis, refertur ad Filium: ſed qua productor. Nomen autem productoris, non eſt hypoſtaticum Patris: & propterea fieri poteſt, vt Filio conueniat. ſiquidem Cyrillo credendum eſt, qui de rebus Theologicis meliùs quàm nos diſſeruit. Cùm enim dixiſſet: Omnia eſt Filius, quæ & Pater, eò ſolo excepto, quòd ſit Pater, poſtea ſubiungit, Proprium habens Spiritum Sanctum, qui ex ipſo, & in ipſo inſitus, atque innatus eſt. Neque iſta putauit ſecum pugnare, Filium non eſſe Patrem, & ab ipſo eſſe Spiritum. nimirum aliud eſſe exiſtimans Patrem, qua Pater eſt, & aliud quà productor. Illudque commune eſſe Filio cum Patre minimè poſſe: hoc verò maximè illi conuenire. Porrò autem alibi & magis cla-

δὲ καὶ μάλα συμβαίνει. ἀλλαχοῦ δὲ καὶ σαφέστερον τοῦτο ποιῶν, οὐ δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατὴρ λέγει, ἀλλὰ δίχα μόνου τοῦ τεκεῖν. δῆλον ὡς τὸ τεκεῖν μόνον αὐτοῦ, καὶ τὴν πατρότητα ἀφαιρεῖν, οὐ μέντοι γε τὸ προβάλλειν. σὺ δὲ καὶ περαιτέρω παραλογίζεσθαι οὐκ οἶδ' ἡμᾶς εἴτε σαυτὸν, διά τινος ῥητοῦ τοῦ θείου Κυρίλλου. δοκοῦντος μέν τι ὅμοιον ἔχειν τοῖς προκειμένοις, πολὺ δὲ ὅμως τὸ ἀνόμοιον παραφέροντος. πάμπολυ γὰρ διαφέρει τὴν φυσικὴν ἰδιότητα τοῦ δέ τινος λέγειν ἔχειν τὸν δεῖνα, ἢ τὰ αὐτοῦ ἰδιώματα φυσικῶς. τὸ μὲν γὰρ πρὸς τὴν τῆς οὐσίας μόνον φέρει ταυτότητα. τὸ δὲ τὴν τινῶν μὲν προσωπικῶν γνωρισμάτων κοινωνίαν σημαίνει. φυσικῶς μέντοι γε ταύτην καὶ οὐσιωδῶς οὔσας, ἵνα μὴ τὰ συμβεβηκότα, καὶ τὰ κατὰ μέθεξιν χώραν δοθείη. Τὸ δὲ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, ἢ πάντα τὰ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος εἶναι πλὴν τῆς υἱότητος. οὐκ οἶδ' ὅτου χάριν τῷ λόγῳ παρέρριπται· ἡμεῖς μὲν γὰρ εὐσεβῶς ταῦτα νοοῦμεν. εἰ δέ τις ἢ μὴ αὐτὸς ὑγιαίνῃ περὶ τὴν τῶν ἁγίων διάνοιαν, ἢ ἑτέροις συκοφαντῇ, ἐκείνου τὸ ἔγκλημα. ἀφελὼν γάρ τις τοῦ Πνεύματος τὸ ἀγέννητον ἰδίωμα τοῦ πατρὸς, τοῦτο δέ ἐστιν τὸ ἀναίτιον εἶναι, αὐτὸν δὲ αἴτιον εἶναι τῶν ἄλλων προσώπων, ποῖον ἔτι ὑποστατικὸν ἰδίωμα τοῦ πατρὸς αὐτῷ καταλείψει. Ὁμοίως αὖ τις τὸν υἱὸν πρὸς τὸ Πνεῦμα συγκρίνων, καὶ ταῦτα μόνα πρὸς ἄλληλα παραβάλλων, τὸν υἱὸν εἶναι τὸ Πνεῦμα ἀρνοῖτο, τἄλλα πάντα κατὰ τὸν υἱὸν εἶναι πιστεύων αὐτό· τίνος ἔτι αὐτῷ μεταδώσει ὑποστατικοῦ ἰδιώματος; πατρικοῦ μὲν γὰρ οὐκ ἂν μεταδοίη. ἔτι γὰρ περὶ πατρὸς ἦν ὁ λόγος, οὐδὲ πρὸς τοῦτον ἡ παραβολή. Οὔτε καὶ εἰ πρὸς τοῦτον ἦν, οὐδ' οὕτως αὐτῷ οὐδένα ἰδίωμα λειφθήσεται τοῦ πατρὸς, πλὴν τοῦ υἱὸς εἶναι, τἄλλα πάντα κατὰ τὸν υἱὸν ὄντι, καὶ αἰτιατῷ τοῦ πατρὸς πάντως ὡς υἱὸς ὄντι. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ υἱϊκοῦ τινος γὰρ, εἴπερ τοῦτ' ἐστὶ τῷ υἱῷ ὑποστατικὸν, τὸ εἶναι υἱός. ὃ φθάσαντες ἀφαιροῦμεν τοῦ Πνεύματος; πρὸς δὲ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ ἀκούοντας, ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ νοεῖν, μὴ θαυμαστὸν εἶναι, ἱκανῶς εἴρηται πρότερον. ὁ δὲ καὶ πολλῆς ἀνοίας εἶναι φησὶ τὸ

clarum hoc faciens, non dicit eò ſolo excepto, quòd ſit Pater; ſed excepto ſolo gignere. videlicet, ſolùm generare, ac paternitatem, non tamen producere excipens. tu verò, & conaris decipere nos ne, an teipſum, neſcio, ſententia quadam D. Cyrilli, quæ quidem videtur ſimile quid habere rei propoſitæ, multum tamen diſſimilitudinis in ſe continet. plurimum enim intereſt dicere, proprietatem naturalem alicuius habere aliquem, & eius proprietates naturaliter. illud enim ſolummodo ad identitatem ſubſtantiæ pertinet; hoc verò quaſdam notiones perſonales communes eſſe ſignificat; naturaliter tamen quæ ſint, & eſſentialiter, ne accidenti, & quod eſt per participationem, detur locus. Illud autem omnia, quæ ſunt Patris, eſſe etiam Spiritus, præter rationem ingeniti, & illud omnia Filij eſſe quoque Spiritus, excepta filiatione, neſcio cur temere diſputationi à te iniecta ſint. Etenim nos, piè quidem iſta intelligimus: ſi verò aliquis non rectè ſentiat de mente Sanctorum, vel alios calumnietur, ipſe ſit in culpa. ſi quis enim adimat Spiritui proprietatem ingenitam Patris, hoc autem eſt eum, qui ſine cauſa ſit, cauſam aliarum perſonarum exiſtere; qualem amplius hypoſtaticam proprietatem Patris ipſi relinquet? itemque ſi quis Filium cum Spiritu conferens, atque alterum cum altero, ſolum cum ſolo comparans, Spiritum eſſe Filium neget, in cæteris omnibus æquè, atque Filium eum eſſe credens; quamnam amplius ipſi proprietatem hypoſtaticam impertiet? ſiquidem paternam non impertiet? Neque enim de Patre agebatur, neque cum ipſo comparatio facta eſt: fac tamen cum eo factam eſſe: neque ſic ipſi vlla proprietas Patris relinquetur. cùm in omnibus ſit iuxta Filium, eo excepto, quòd ſit Filius. Atque proinde cauſatus à Patre prorſus exiſtat, ſicut & Filius. At neque vllam proprietatem Filij ipſi tribuet. quam enim? ſiquidem hæc eſt proprietas hypoſtatica Filij, vt ſit Filius. quam quidem à Spiritu præuenientes excipimus. Ad illud autem cùm audimus, ex ſubſtantia eſſe Filij, ex illius quoque perſona intelligere, non eſſe mirum, ſatis antea dictum eſt. Quod verò ait magnæ eſſe dementiæ non animaduertere, quòd cùm Spiritus Patris eſſe, & ex Patre dicatur, qui Patrem eſſe Filium negant, ſimul

μὴ συνορᾷν, ὡς ἐπεὶ πατρὸς καὶ ἐκ πατρὸς λέγεται τὸ Πνεῦμα, οἱ πατέρες εἶναι τὸν υἱὸν ἀπαγορεύοντες, συναπαγορεύουσι καὶ τὴν κατὰ τὸ προβάλλειν τοῦ υἱοῦ κοινωνίαν πρὸς τὸν πατέρα, ἴσως; ἢ καὶ ἑαυτοῦ τὴν ἴσην ἐγκαλῶν ἄνοιαν, τάχα δὲ καὶ μείζονα, ὅσον συνιεὶς τὸ ἄτοπον δέχεται ὅμως, διὰ τὸ πνεῦμα, Πνεῦμα λέγεσθαι υἱοῦ. εἰ γὰρ πατρὸς καὶ ἐκ πατρὸς κατ' αὐτὸν λέγεται τὸ Πνεῦμα, οἱ πατέρες εἶναι τὸν υἱὸν ἀπαγορεύοντες, οὐ τὴν κατὰ τὸ προβάλλειν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα κοινωνίαν συναπαγορεύουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ Πνεῦμα υἱοῦ λέγεσθαι. ἢ ταύτην φεύγων τὴν ἄνοιαν, εἰς ἑτέραν πολλῷ μείζονα ἐμπεσεῖται, μὴ λέγειν, μηδὲ φρονεῖν τὸ Πνεῦμα, Πνεῦμα υἱοῦ. καὶ οὕτως ἁπάσῃ γραφῇ τἀναντία ἐρεῖ. οὕτω καὶ τοῦτο ὁ λόγος ἐλέλεγκται πολὺ τὸ ἀνεπίστατον περιφέρων.

Τοῦ Βέκκου εἰς τὴν ι.

ΑΙ παροῦσαι γραφικαὶ ῥήσεις, ἐν αἷς οἱ πατέρες ἐθεολόγησαν ἴδιον τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν εἶναι, ὡς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ὄντα, καὶ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ὡς ἴδιον ὄντα τῆς οὐσίας αὐτοῦ, κατεστρώθησαν ἐνταῦθα ἵν' εἴη τοῖς βουλομένοις ἐν τούτῳ διαγινώσκειν, ὡς καὶ τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦτο ἴδιον τοῦ υἱοῦ λέγεται εἶναι, διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἶναι. Καὶ αὖ διὰ τοῦτο ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ λέγεται εἶναι, διὰ τὸ τῆς τοιαύτης οὐσίας ἴδιον ἀγαθὸν εἶναι αὐτό. ὅπερ ἐμφαίνει καὶ τὴν πρὸς τὸν υἱὸν τοῦ Πνεύματος ὁμοουσιότητα. εἰ γὰρ κατ' ἄλλον τινὰ λόγον ὁμοουσιότητος, ὁ ποῖός ἐστιν ὁ περὶ δύο τινῶν ὁμοουσίων λεγόμενος, ἐν οἷς οὐκ ἔστι διὰ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, ἦν ἂν τὸ Πνεῦμα ἴδιον τοῦ υἱοῦ καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ, ἦν ἂν καὶ ὁ υἱὸς ἴδιος τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πνεύματος, διὰ τὸ ἀντίστροφον τῆς τοιαύτης ὁμοουσιότητος. ὅπερ οὔτε ἐῤῥέθη παρά τινος τῶν ἁγίων, οὔτε ῥηθήσεταί ποτε παρά τινος τῶν εὐσεβεῖν καὶ ὀρθοδοξεῖν αἱρουμένων. οὐδὲ τοιαύτη ὁμοουσιότης, οὐδὲ κυρίως ὁμοουσιότης ἐστίν. ἀλλ' ἡ συνάπτουσα τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, ὡς δι' αὐτοῦ ἢ ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχειν φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς. Καὶ μαρτυρήσει τοῦτο ἡ ἐνταῦθα κατεστρω-

μένη

etiam negant ipſi commune eſſe cum Patre producere; fortaſſis vel etiam ſibi æqualem amentiam obijcit, forſan etiam & maiorem, quo intelligeres abſurditatem, tamen eam admittit: propterea, quòd Spiritus, Filij Spiritus eſſe dicatur. Si enim Spiritus iuxta ſuam ſententiam Patris, & ex Patre eſſe dicitur, qui Patrem eſſe Filium negant, non tantùm ſimul negant communem eſſe Filio cum Patre vim producendi, ſed etiam negant Spiritum dici Filij. Vel ſi hanc amentiam vitare voluerit, in aliam longè maiorem incidet; vt non dicat neque ſentiat Spiritum eſſe Filij Spiritum. Atque ita affirmabit ea, quæ toti Scripturæ Sacræ contraria ſint. Hunc in modum iſtam quoque rationem confutauimus, cùm multum inconſiderantiæ in ſe contineat.

Vecci in Decimam.

PRæſentes, quas Patres ſcripto prodiderunt, ſententias, in quibus Theologicè aſſeruerunt Filium eſſe proprium Patris, vtpotè, qui ex ipſius eſſentia ſit, & ex ipſo eſſe, quippe proprius ipſius eſſentiæ exiſtat, hic ſubiecimus; vt hinc liceat volenti agnoſcere Spiritum, ob eam cauſam dici proprium eſſe Filij, propterea quòd ab ipſius eſſentia ſit. Et rurſus, idcirco dici ex ſubſtantia Filij eſſe, quia talis ſubſtantiæ proprium bonum ipſe conſtat. Quæ res indicat etiam conſubſtantialitatem Spiritus ad Filium. ſi enim ſecundùm quandam aliam conſubſtantialitatis rationem, qualis eſt inter duo conſubſtantialia, in quibus non eſt alterum per alterum, Spiritus eſſet proprius Filij, & ex ſubſtantia Filij, etiam Filius eſſet proprius Spiritus Sancti, & ex ſubſtantia Spiritus. ſiquidem eiuſmodi conſubſtantialitas reciprocatur: quod nemo Sanctorum dixit: neque aliquis vnquam dicet, qui inter pios, & orthodoxos adſcribi voluerit. Eiuſmodi autem conſubſtantialitas, neque propriè eſt conſubſtantialitas, ſed ea, quæ alterum cum altero coniungat, vtpotè quod per ipſum, vel ex ipſo naturaliter atque ſubſtantialiter exiſtat. Idque teſtabitur, quæ hic ſubijcitur Baſilij Magni ſententia, quæ apertè indicat, ea,

μένη τοῦ μεγάλου Βασιλείου ῥῆσις, ἡ προδήλως λέγουσα μὴ τὰ ἀδελφὰ ἀλλήλοις ὁμοούσια λέγεσθαι. προστίθενται δὲ τῆς τοιαύταις ῥήσεσι καὶ ἕτεραι ῥήσεις, αἱ δηλοῦσαι διὰ τοῦτο εἶναι τὸν υἱὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἶναι. ἵν' εἴη τοῖς βουλομένοις ἐντεῦθεν διαγινώσκειν, ὡς καὶ τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦτο ἐστὶ τῷ υἱῷ ὁμοούσιον, ὅτι ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας ἐστίν. Ἔτι δὲ προσεπισυνείρονται ταύταις καὶ ἕτεραι ῥήσεις, αἱ δηλοῦσαι τὸ τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ὁμοούσιον, διὰ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ εἶναι αὐτό.

Τοῦ Παλαμᾶ.

Ἴδιος ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, ὡς ἐξ αὐτοῦ γεννηθείς. ὡς δ' αὔτως καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον καθὰ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς πρὸς Εὐνομιανοὺς φησὶ κεφαλαίοις, γράφων, τὴν πρὸς τὸν πατέρα οἰκειότητα νοῶ τοῦ Πνεύματος, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. λέγεται δὲ τοῦ υἱοῦ Πνεῦμα, καθάπερ ὁ αὐτὸς ἐν η. κεφαλαίῳ τῶν πρὸς ἀμφιλόχιον φησὶν, ὡς κατὰ φύσιν ᾠκειωμένον αὐτῷ. ἔστι δὲ τῶν ἀδυνάτων τὰ τῇ φύσει ἑαυτὰ μὴ καὶ ἀλλήλοις οἰκεῖα εἶναι. οὐ λέγεται δὲ ὁ υἱὸς τοῦ Πνεύματος, ἵνα μὴ δόξῃ πατὴρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἅτε τοῦ υἱοῦ πατέρα δεικνύντος τοῦ ὅπερ ἂν λέγοιτο ὁ υἱός. ὁ δὲ Βέκκος οὐδὲ ἐκ τῶν ὑγιῶς ἐνταῦθα κατειρημένων ῥήσεων, οὐδὲν συνάγει ὑγιές. ἐξελέγχεται μέντοι καὶ παρ' αὐτοῦ λέγων, διὰ τὸ ὁμοούσιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ λέγεσθαι τὸ Πνεῦμα. οὐ γὰρ ἔσται διὰ τοῦτο καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως. συμβήσεται γὰρ ἐξ ἀλλήλων εἶναι ταῦτα. διὸ οὐδεὶς οὐδέποτε τῶν ἁπάντων τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴρηκεν ἐκ τῆς ὑποστάσεως εἶναι τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρός.

Τοῦ Νικαίας.

Οὐκ ἀρκεῖ μόνον τὸ φάναι. δεῖ δὲ καὶ τὴν ἀνάγκην προσθεῖναι. τίς γὰρ ἡ ἀποκλήρωσις, ἴδιον μὲν τοῦ πατρὸς λέγοντας τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι αὐτὸ ἀκούειν, ἴδιον δὲ τοῦ

υἱοῦ

quæ germana, fraternaque ſunt, minimè conſubſtantialia dici. Ad hæc dicta Sanctorum, alias præterea addidimus ſententias, quæ ſignificant propterea eſſe Filium conſubſtantialem Patri, quia ex ipſius ſubſtantia ſit. Vt hinc liceat volenti agnoſcere, Spiritum quoque ob eam cauſam eſſe conſubſtantialem Filio, quia ex ipſius ſubſtantia eſt. Præterea cùm his aliæ ſententiæ connectuntur, quæ declarant conſubſtantialitatem Spiritus ad Patrem, & Filium, quia ex Patre per Filium ipſe ſit.

Palamæ.

PRoprius eſt Filius Patris, tanquam ab ipſo genitus. ſimiliter & Spiritus Sanctus eſt proprius, quippe qui ab ipſo procedit: ſicut & Magnus Baſilius in capitibus aduerſus Eunomium ſcribens ait: Proprietatem Spiritus ad Patrem intelligo, quoniam ex Patre procedit. Dicitur autem Spiritus Filij, quemadmodum idem ipſe Baſilius in octauo capite, ad Amphilochium affirmat, quippe ipſi natura coniunctus ſit. Nullo autem modo fieri poteſt, vt quæ natura eadem ſunt, non etiam inter ſe coniuncta exiſtant. Cæterùm, Filius. Spiritus Sancti eſſe non dicitur, ne Spiritus Sanctus Pater eſſe videatur: quippe Filius Patrem cum oſtenderet, cuius diceretur Filius. Verùm iſte Veccus ex ijs, quas hic ſubiecit, litteris conſcriptis ſententijs, nihil veri colligit. Attamen coarguitur & à ſe ipſo, cùm dicat propter conſubſtantialitatem Spiritum dici Filij: ſic enim non erit & ex hypoſtaſi; continget enim vt alter ab altero exiſtat. Proinde nemo vnquam omnium dixit, Spiritum Sanctum ex hypoſtaſi eſſe Filij, ſed Patris.

Beſſarionis.

NOn eſt ſatis tantùm affirmare, verùm opus eſt neceſſitatem quoque addere, quid enim eſt cauſæ, cur, cùm dicimus Spiritum proprium eſſe Patris, etiam ex Patre eſſe in- Græcè τῆς ἢ ἀπεκλήρωσις.

υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἀκούοντας, μὴ τὸν αὐτὸν νοεῖν τρόπον, ὡς ἐξ υἱοῦ δηλαδὴ ἔχον τὸ εἶναι, ἀλλ᾽ ὃν αὐτὸς ἕτερον ἀναπλάττεις ὡς ἐν ὀνείροις κατ᾽ ἐξουσίαν. ὃ γὰρ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐπάγεις ὑπὲρ ἡμῶν μᾶλλον, καὶ κατὰ σαυτοῦ λέληθας προκομίζων. ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ ὄντος κατὰ φύσιν ὠκειῶσθαι πατρὶ καὶ υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποδεῖξαι ζητῶν ὁ διδάσκαλος, τό, τε ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, καὶ τοῦ υἱοῦ λέγεσθαί τε καὶ εἶναι, προσάγει, εἰς ταυτὸ φέρειν, καὶ ταυτὸ δύνασθαι καὶ ἄμφω οἰόμενος. οὐ γὰρ λέγεται Πνεῦμα ἐξ ἐκείνου δήπου καὶ πνεῖται. σὺ δὲ τὸ ἑπόμενον ἄτοπον καὶ τὴν ἀναγκαίαν ἀντιστροφὴν τοῖς σοῖς λόγοις ἀκολουθοῦσαν ἐκφεύγειν πειρώμενος, καὶ μὴ σφόδρα βουλόμενος τοῖς ἐναντίοις συνηγορεῖν. οὐ γὰρ λέγεται φῂς τοῦ Πνεύματος ὁ υἱός, ἵνα μὴ πατὴρ αὐτοῦ δόξῃ τὸ Πνεῦμα. ὁμολογῶν καὶ αὐτὸς τὰ ἀναφορικὰ πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεσθαι. ὡς καὶ τὸ τοῦ Πνεύματος ὄνομα ἀναφορικὸν ὄν, ὡς καὶ αὐτὸς ἑκὼν ἢ ἄκων ὁμολογήσεις, πρὸς τὸν πνέοντα ἀναφέρεσθαι, πνεῖσθαί τε ἐξ ἐκείνου, οὗ καὶ λέγεται Πνεῦμα. τὸ δ᾽ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ λέγειν εἶναι τὸ Πνεῦμα, μὴ ἀναγκάζειν οἰόμενος καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως εἶναι αὐτοῦ, καὶ ἄτοπόν τι συνάγειν δοκεῖς, οὐκ οἶδ᾽ ὅθεν εἰς τὴν τούτου [illegible]. οὕτω γὰρ ἔσονται φῂς ἐξ ἀλλήλων, ὡς ἐγχωρεῖν δηλαδὴ καὶ τὸν υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος οὐσίας λέγεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως, ἐπὶ τῆς σῆς διανοίας ἐγὼ στοχάζομαι. οὐδὲν γὰρ αὐτὸς ἀποσαφεῖς. Καί τοι τοῦτ᾽ αὐτὸ τοῦ ἡμετέρου λόγου μέγα μαρτύριον. οὐδέποτε γοῦν οὐδαμοῦ τὸν υἱὸν ἢ τὸν πατέρα εὑρήσεις, οὐ παρὰ τῇ γραφῇ, οὐ παρὰ τοῖς διδασκάλοις ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος οὐσίας εἶναι λεγόμενον, διὰ τὸ μὴ δ᾽ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ δύνασθαι εἶναι. Καί τοι εἰ τὸ ὁμοούσιον μόνον, ὡς ὑμεῖς βούλεσθε αὕτη ἡ λέξις, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ υἱοῦ ἢ τοῦ πατρὸς λέγω, ἐσήμαινεν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε καὶ τοῦτο ῥηθῆναι. Εἰ δὲ μηδεὶς τῶν ἁγίων ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐκήρυξεν, ἀλλ᾽ εἶπον ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι, καὶ ὑπάρχειν ἐκ τοῦ υἱοῦ, ἃ μάλιστα τῶν ῥημάτων τὴν τοῦ Πνεύματος σημαίνουσιν ὕπαρξιν. οἱ δὲ δυτικοὶ πατέρες τε καὶ διδάσκαλοι, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. ἐκ τοῦ υἱοῦ δ᾽ ἂν ἀκούων, εἰ μὴ τὴν τοῦ υἱοῦ νοήσαι, ὑπόσταсιν

σιν

intelligamus? Cùm verò audimus Spiritum proprium eſſe Filij, non eodem modo interpretemur, tanquam & ex Filio videlicet habeat eſſe? Sed ſecundùm aliam rationem, quam ipſe velut in ſomnis ad arbitrium fingis. Dictum enim Magni Baſilij, quod adducis, nobiſcum potiùs facit, & imprudens contra te illud affers. Cùm enim vnius atque eiuſdem rei, nimirum huius, quod eſt Spiritum Sanctum natura cum Patre Filioque coniungi, demonſtrationes requirat Doctor, illud quod eſt ex Patre procedere, & illud Filij dici, atque eſſe, producit, ad idem pertinere, atque idem valere, & ambo exiſtimans. cuius enim dicitur Spiritus, ab eo ſanè & ſpiratur. tu verò abſurdum, quod ſequitur, & illud quod neceſſariò reciprocatur, eſtque tuis dictis conſentaneum, cùm ſubterfugere coneris, etiamſi valde nolis, aduerſarijs patrocinaris. Non enim, inquis, Filius dicitur Spiritus Sancti, ne Spiritus Pater ipſius eſſe videatur: etiam tu ipſe concedens relatiua reciprocari, quemadmodum & nomen Spiritus, cum ſit relatiuum, vt etiam tu velis nolis fateberis, ad ſpirantem infertur, ab eoque ſpiratur, cuius & dicitur Spiritus. Exiſtimas autem, cùm ex ſubſtantia Filij eſſe Spiritum dicimus, etiam ex perſona illius eſſe minimè fateri nos cogi: & ad hoc probandum, neſcio vnde abſurdum aliquod videris colligere. Sic enim inquis: Alter ab altero erit: tanquam videlicet fieri poſſit, vt & Filius ex ſubſtantia Spiritus, & propterea etiam ex ipſius hypoſtaſi dicatur; quantum ego coniectura perſpicio, & ex tua mente intelligo: nihil enim ipſe declaras. Atqui hoc idem noſtræ ſententiæ magnum eſt argumentum. ſiquidem nunquam vſpiam reperies, non in ſacris litteris, non apud Doctores, Filium, vel Patrem, qui ex ſubſtantia Spiritus dicantur: quia nimirum neque ex hypoſtaſi illius ſint. At ſi ſolam conſubſtantialitatem, vt vos vultis, hæc vox, Ex ſubſtantia, inquam, eſſe Filij, vel Patris ſignificaret; nil obſtaret, quo minus hoc etiam de illis diceretur. Quòd ſi nemo Sanctorum ex hypoſtaſi Filij eſſe Spiritum dixit; at ex Filio eſſe, & à Filio exiſtere faſſi ſunt. Quæ verba maximè exiſtentiam Spiritus ſignificant. Occidentales autem Patres, atque Doctores etiam ex Filio procedere affirmant. Ex Filio autem cùm audis, ni perſonam

σιν θαῦμα αὖ ἔχη. ἢ σίγα οὐδ' ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως εἶπέ τις αὖ εἶναι τὸ Πνεῦμα, εἰ μὴ ὁ Νύσσης Γρηγόριος μόνος, καὶ τοῦτο ἅπαξ που τῶν ἑαυτοῦ λόγων, Πνεῦμα τὸ τῆς πατρικῆς ἐκπορευόμενον ὑποστάσεως εἴρηκεν. ἀλλὰ τὸ ἐκ πατρὸς ἀκούων, οὗ πλήρης πᾶσα γραφή, παίζει αὖ μᾶλλον ἢ τὴν τοῦ πατρὸς ἐνόησε ὑπόστασιν. ὡς σφόδρα γ' αὐτὴ παιδικῆς διανοίας. πότερος οὖν ὑμῶν οὐδὲν ὑγιὲς συνάγει, εἴτε αὐτός, εἴτε Βέκκος, ὁ λόγος ἀρκεῖ παραστῆσαι.

Τοῦ Βέκκου εἰς τὴν ια.

Ἐπειδὴ ἀκούοντές τινες τὸ Πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ. λέγουσιν ἄλλο εἶναι τὸ ἐκ τῆς οὐσίας. καὶ ἄλλο τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως, μὴ δυνάμενοι συνιδεῖν ὡς τὸ υἱὸς ὄνομα ὑποστατικὸν ἐστὶν ὄνομα, καὶ ὁ λέγων ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ. ὅλον δηλοῖ τὸν υἱόν, οὐσίαν δηλαδὴ ἐνυπόστατον, εἰς λαμπρὸν ἔλεγχον τῆς ἀτόπου αὐτῶν ἐπινοίας, συνήγμεναι αἱ παροῦσαι γραφικαὶ ῥήσεις, αἱ διαλοῦσαι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν γεννᾶσθαι. ὁμολογουμένου γὰρ μίαν εἶναι τὴν ἐκ πατρὸς γέννησιν τοῦ υἱοῦ. πῶς ἐστὶ διαφέρειν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας, καὶ τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως; Εἰ μή τις βλασφημεῖν προδήλως, ἐθέλοι λέγειν ἄλλην μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς γέννησιν τοῦ υἱοῦ. ἄλλην δ' ἐκ τῆς ὑποστάσεως, προστίθενται δὲ ταῖς τοιαύταις ῥήσεσιν εἰς συγκρότησιν τῆς τοιαύτης ἐννοίας καὶ ῥήσεις ἕτεραι, δηλοῦσαι τελείαν οὐσίαν, καὶ τέλειον Θεὸν λέγεσθαι τὸν πατέρα. καὶ τελείαν οὐσίαν τὸν υἱόν, καὶ τελείαν οὐσίαν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Τοῦ Παλαμᾶ.

Ὅταν τι μιᾶς οὐσίας ᾖ καὶ ὑποστάσεως, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ἐκείνης φυσικῶς ἔχον ὅπως δήποτε τὴν ὕπαρξιν, καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως ἐκείνης ταύτην ἔχει. καὶ ἀντιστρόφως πάλιν, ὃ γὰρ ἂν ἐκ τῆς ὑποστάσεως ἐκείνης ᾖ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας ἐκείνης ἐστίν. ὅταν δὲ μιᾶς μὲν οὐσίας ᾖ, οὐδεμιᾶς δὲ ὑποστάσεως, ἀλλὰ πλεό-

νων,

Filij intellexeris, mirùm ſanè ſit. Alioquin tu neque ex hypoſtaſi Patris, diceres eſſe Spiritum, niſi Gregorius Nyſſenus, & is ferè ſemel, in ſuis orationibus dixiſſet, Spiritum ex paterna hypoſtaſi procedere. Verùm ex Patre audiens, cuius rei plena eſt omnis Scriptura, cuncta alia priùs, quàm hypoſtaſim Patris intelligeres, quàm planè puerilis ſunt iſta mentis. Vter igitur veſtrum, tunè, an Veccus, nihil ſani colligat, ratione ipſa ſatis demonſtratum eſt.

Vecci in Vndecimam.

QVoniam quidam, cùm audiunt, Spiritum Sanctum ex ſubſtantia eſſe Filij, aliud aiunt eſſe ex ſubſtantia, & aliud ex perſona, cùm perſpicere non valeat, nomen Filij hypoſtaticum eſſe nomen, & qui dicit, ex ſubſtantia Filij, totum ſignificat Filium; nimirum ſubſtantiam ſubſiſtentiam habentem. Ad ſuam abſurdam opinionem egregiè coarguendam, & confutandam, collectæ ſunt præſentes à Sanctis in ſcriptis relictæ ſententiæ, quæ indicant ex ſubſtantia Patris Filium gigni. conceſſo enim vnam eſſe generationem Filij x Patre; qui fieri poteſt, vt illud ex ſubſtantia, & illud ex hypoſtaſi inter ſe differant? Niſi quis manifeſtè blaſphemans dicere velit, aliam eſſe generationem Filij ex ſubſtantia Patris, aliam ex hypoſtaſi. Ad hæc dicta in approbationem huius intelligentiæ addimus alia, quæ denotant perfectam ſubſtantiam, perfectumque Deum dici Patrem, & perfectam ſubſtantiam Filium, atque perfectam ſubſtantiam Spiritum Sanctum.

Palamæ.

CVm aliquid ex vna ſubſtantia, & hypoſtaſi conſtat, quòd ab illa ſubſtantia naturaliter quomodocumque exiſtentiam habet, ex illa quoque hypoſtaſi eam habet, Et contrà: quod enim ex illa hypoſtaſi eſt, etiam ex illa ſubſtantia exiſtit. At verò, cum aliquid vnius quidem eſt ſubſtantiæ, nullius autem hypoſtaſeos, ſed plurium, quod ex illa

vna

των, τὸ ἐκ τῆς μιᾶς ἐκείνης οὐσίας, οὐκ ἐκ τῶν λοιπῶν ὑποστάσεων ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ μιᾶς τινὸς αὐτῶν. Ἐπεὶ οὖν ἡ ἁγιωτάτη καὶ προσκυνητὴ Τριὰς ἡμῶν μία φύσις ἐστὶν ἐν ὑποστάσεσι τρισὶν, οὐ πᾶν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τὴν ὑπόστασιν ἔχον, ἐκ τῶν λοιπῶν ὑποστάσεων ἐστίν. ἀλλ' ἐκ μιᾶς τινὸς αὐτῶν δηλαδὴ τῆς πατρικῆς· ἐκ ταύτης γὰρ μὴ εἶναι οὐκ ἐνδέχεται. οὐκοῦν οὐχὶ καὶ ἐξ ἑτέρας. ἀλλ' ἐκ μόνης, εἴπερ ἐκ μιᾶς. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων· ἕκαστος γὰρ ἡμῶν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Ἀδὰμ, οὐκέτι δὲ καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, διότι μία μὲν οὐσία ἡ τῶν ἀνθρώπων ἦν, πολλαὶ δὲ ὑποστάσεις. ἀνθρωπίνης δὲ τὴν ἀρχὴν μιᾶς οὔσης οὐσίας τε καὶ ὑποστάσεως, ἐκ μιᾶς, καὶ τῆς αὐτῆς ὁ Κάϊν ἀνδρικῆς οὐσίας τε καὶ ὑποστάσεως ὑπῆρχε τοῦ Ἀδάμ. δυοῖν δὲ ἀνδρῶν ἤδη καθ' ὑπόστασιν τελούντων, ὁ Ἐνὼχ ἐκ τῆς οὐσίας μὲν ὑπῆρχε τοῦ Ἀδάμ, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. ἀλλ' ἐκ μόνης τοῦ Κάϊν. ὁ οὖν Βέκκος ἐστὶ διατεινόμενος ἐνταῦθα καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως εἶναι τοῦ υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, εἴπερ εἶναι θεολογεῖται ἐκ τῆς φύσεως, μίαν εἶναι δείκνυσι φρονῶν ὥσπερ οὐσίαν οὕτω καὶ ὑπόστασιν ἐπὶ Θεοῦ, τὸν υἱὸν ἢ τὸν πατέρα τελείως ἀθετῶν ὁ τάλας. περὶ δὲ τούτῳ καὶ ἐκ μόνου τοῦ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν εἶναι τοῦ θείου Πνεύματος δεικνύς. ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ῥητῶν, ἃ τελείαν θεολογοῦσιν οὐσίαν εἶναι τὸν πατέρα, καὶ τελείαν οὐσίαν τὸν υἱὸν, ὡσαύτως καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ τὸ ἑνιαῖον καὶ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας ἐπιγινώσκειν τῶν τριῶν, ἀλλ' ἐνθεωρεῖν πειρᾶται πληθυσμόν τινα, καὶ διαφορὰν κατ' αὐτὴν ἀφρόνως.

Τοῦ σοφοῦ Νικαίας.

ΩΣ σφόδρα γε ἐοικότα εἰς τὴν θεολογίαν εἰσάγετε παραδείγματα. τοῦτο ὑμῖν ὁμολογουμένως τῆς πλάνης τὸ αἴτιον, ὅτι περὶ τῶν θείων φρονεῖτε ἀνθρώπινα. κἀκεῖ τὰ ἐνταῦθα καὶ πᾶν ἕλκετε τὸ νεύμενον. ἀλλὰ μὴ οὐ θεμιτὸν ἦ τοιαῦτα περὶ τῆς ἀπορρήτου Τριάδος ἐκείνης φρονεῖν. δεῖ γὰρ αὐτῇ καὶ τὴν μονάδα φυλάττειν, καὶ τὸ ἑνικὸν τῆς θεότητος περὶ τῇ τῶν

προ-

vna ſubſtantia, non etiam ex reliquis perſonis, ſed ex vna aliqua illarum eſt. Quoniam igitur ſuprema atque colenda noſtra Trinitas vna conſtat natura in tribus hypoſtaſibus, non omne, quod ex ſubſtantia hypoſtaſim habet, ex reliquis perſonis exiſtit, ſed ex vna aliqua illarum. paterna videlicet. Vt enim ab illa non ſit, fieri non poteſt. Non igitur & ex alia, ſed a ſola, ſiquidem ex vna. idque patet in hominibus. vnuſquiſque enim noſtrum ex Adami ſubſtantia eſt, non amplius autem & ex perſona illius. quia vna eſt hominum ſubſtantia, multæ perſonæ. Cùm autem à principio vna ſubſtantia & perſona humana conſtaret; ex vna eademque virili ſubſtantia & perſona Adami productus eſt Cain. At verò duobus hominibus, ſecundum perſonas in rerum naturam iam conſtitutis, Enoch ex ſubſtantia quidem Adami, non autem & ex ſua perſona, ſed ex perſona ſolius Cain conſtabat. Itaque iſte Veccus hoc loco aſſeuerans, etiam ex perſona Filij eſſe Spiritum, ſiquidem, vt aſſerunt Theologi, eſt ex natura; oſtendit ſe in ea eſſe ſententia, vt opinetur, vnam eſſe in Deo, tanquam ſubſtantiam, ſic & perſonam; Filium vel Patrem penitus reijciens miſer. & præterea ex ſolo Filio exiſtere diuinum Spiritum docens. Quin etiam ex ſententijs, quibus perfectam ſubſtantiam eſſe Patrem, & perfectam ſubſtantiam Filium, atque ſimiliter Spiritum Sanctum ſacri Theologi oſtendunt; non vnicam & indifferentem trium perſonarum agnoſcit ſubſtantiam, ſed multitudinem quandam ipſius, ac differentiam imprudenter obſeruare conatur.

Beſſarionis.

QVàm valdè conuenientia exempla in Theologiam introducitis. id profectò vobis cauſa extat erroris, quoniam de diuinis humana ſapitis, & quæ hic ſunt iuxta id omne, quod intelligi poteſt, eò transfertis. At enim cauendum, ne ſit nefas talia de illa ineffabili Trinitate ſentire, oportet enim etiam vnitatem, atque ſingulare Deitatis præter Trinitatem perſonarum ipſi ſeruare: Non autem in-

tri-

προσώπων Τριάδι, ἀλλὰ μὴ εἰς τριθεΐαν ἐκπίπτειν, ὃ πρώτοις ὑμῖν τοῖς λόγοις κατασκευάζετε. οὐ γὰρ ὥσπερ οἱ τρεῖς ἄνθρωποι τῆς κοινῆς αὐτῶν οὐσίας τὴν ἀνθρωπότητα κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις, οὕτω καὶ τὰ θεῖα τῆς Τριάδος πρόσωπα, τῆς θείας οὐσίας. ἀλλ' ἐκείνων μὲν εἴδει, οὐκ ἀριθμῷ ἡ αὐτὴ ἀνθρωπότης ἐστί. διὸ καὶ τρεῖς εἰσὶ τῷ ἀριθμῷ ἄνθρωποι. τῇ δὲ θείᾳ Τριάδι, ἡ αὐτὴ ἀριθμῷ ἐστὶν ἡ θεία οὐσία, εἴτουν θεότης. καὶ διὰ τοῦτο καὶ μία οὐσία καὶ Θεὸς εἷς ἀριθμῷ. καὶ αὕτη μὲν ὑφεστῶσα ἐν ταῖς θείαις ἐστὶν ὑποστάσεσιν, καὶ ἓν ὑφεστὸς μεθ' ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων. ἡ δὲ ἀνθρωπότης, οὔτε ὑφεστῶσα ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἀνθρώποις, οὔτε ἓν ὑφεστός ἐστι μεθ' ἑκάστου ἀτόμου. ὅθεν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῶν ὄν, οὐ καὶ ἐκ τῆς παρ' αὐτῶν ἐστὶν ὑποστάσεως, Κάϊν γὰρ ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ Ἄβελ οὐσίας ἢ φύσεως ὤν· ἐκ μὲν τοῦ Ἀδὰμ, εἴη ἂν καὶ τῆς ὑποστάσεως, οὐχ ὅτι ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας, ἀλλ' ὅτι ὅλως ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐστὶν ὑποστάσεως, αὐτὸν ἐσχηκὼς αἴτιον. ἐκ δὲ τοῦ Ἄβελ τῆς οὐσίας ὤν, οὐκ ἔστι καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως, εἴπερ ἡ τοῦ Ἄβελ ὑπόστασις, οὔτ' ἀριθμῷ ἀλλ' εἴδει μόνον τῆς αὐτῆς κοινωνεῖ τῷ Ἀδὰμ οὐσίας. οὔτε δὲ ὑφεστῶσαν ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. οὔτε ἓν ὑφεστὸς μετὰ τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως. τὸ δὲ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ οὐσίας, καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν ὑποστάσεως, οὐδὲν κωλύει. μᾶλλον δὲ καὶ πᾶσα ἀνάγκη εἶναι, ταύτης τῆς οὐσίας ἀριθμῷ τῆς αὐτῆς καὶ κοινῆς οὔσης τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, ἀλλ' οὐκ εἴδει μόνον κατὰ τὸ τῶν ἀνθρώπων παράδειγμα, καὶ ἔτι ὑφεστηκυίας ἐν ταῖς θείαις ὑποστάσεσι ταύταις τῇ πατρότητι, καὶ υἱότητι λέγω. ὥστ' ἂν καὶ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ἦν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ μὴ τῇ τούτου ἀπέπιπτεν ἰδιότητι, τῆς αὐτῆς τ' ἀριθμῷ καὶ κατὰ τοῦτο τῆς οὐσίας κατηγορουμένης ἐκείνης. καὶ ὑφεστώσης ὁμοίως κἀν τούτῳ· οὐκ οἶδα οὖν τί τὰ ἀνόμοια ταῦτα παραδείγματα βούλεται. ἢ τί δυνατὸν συμπεραίνειν ἐκ τούτων. ἀλλ' ἴσως τοιοῦτόν ἐστιν ἅπαξ ἐρίζειν προθεμένη ψυχή. καὶ πρὸς τὰ δῆλα ἐνίσταται, καὶ τὴν ἀλήθειαν δυσχεραίνει, οὐκ ὀκνοῦσα καὶ κατὰ μεγάλων κρημνῶν κυβιστᾶν, ἂν μόνον τι δρᾶν οἴηται κατ' ἐκείνων, οὓς αὐτῇ μαχομένους ἡγεῖται,

οἷος

trinos Deos incurrere. Quod vos iſtis rationibus aſtruitis. Non enim veluti tres homines, communem ſuam ſubſtantiam, humanitatem inter ſe communicant, ſic etiam diuinæ perſonæ Trinitatis diuinam eſſentiam participant; ſed illorum quidem eadem eſt non numero, ſed ſpecie humanitas: idcirco etiam tres numero conſtant homines. Sacroſanctæ autem Trinitati eadem numero eſt diuina eſſentia, & vnus ſunt numero Deus. & ipſa quidem in diuinis perſonis ſubſiſtit, eſtque vnum ſubſiſtens cum ſingulis perſonis. Humanitas autem neque eſt ſubſiſtens in particularibus hominibus, neque vnum ſubſiſtens cum ſingulis indiuiduis conſtituit. Ex quo fit, vt quod ex ſubſtantia horum eſt, non etiam ex perſona omnium ſit. Etenim Cain, cùm ex ſubſtantia, ſeu natura ſit Adami, atque Abelis: ex Adami quidem natura cùm ſit, etiam ex illius perſona foret. non quia ex ipſius ſubſtantia ſit, ſed quoniam omninò ex ipſius perſona eſt, cùm ipſum nactus fuerit ſuam cauſam. ex ſubſtantia verò Abelis conſtans, non etiam ex ipſius perſona eſt; ſiquidem Abelis perſona non numero, ſed ſolùmmodo ſpecie ſubſtantiam cum Adamo participat. Neque verò ſubſiſtentem in ſe habet ſuam ſubſtantiam. Neque vnum ſubſiſtens cum ſua perſona conſtituit. Quòd autem ex Patris, & Filij eſt ſubſtantia; nihil obſtat, quominus & ex perſona illorum ſit. Quin etiam maximè eſt neceſſarium, cùm hæc ſubſtantia Patri ac Filio, non tantùm ſpecie ſecundùm hominum exemplum, ſed eadem numero, atque communis exiſtat. Et in ipſis præterea diuinis hypoſtaſibus, paternitate, inquam, & filiatione ſubſiſtat. Neſcio igitur, quid ſibi velint exempla iſta diſcrepantia. Vel quid ex ipſis aliquis concludere queat? At fortaſſis talis eſt animus, qui ſemel concertare conſtituerit; & perſpicuis, euidentibuſque rebus aduerſetur, & à veritate abhorret; vt etiam in prærupta horrendaque ſaxa præcipitare ſeſe non extimeſcat, dummodo ijs nocere ſe credat, quos ſibi aduerſarios arbitratur; qualis eſt & præſens argumentatio, quibus hoc in loco agit, apertè in temarium numerum Deorum decidens. is autem & ſuum ipſius crimen alijs adſcribere non erubeſcit. Et illi ſanè, qui antea

οἷος ἐστὶ καὶ ὁ παρὼν λόγος, εἰς εὐήθειαν περιδήλως ἐκπίπτων οἷς ἐνταῦθα φησίν. ὁ δὲ, καὶ ἄνευ τοῦ αἰσχύνεσθαι, ἑτέροις τὸ ἴδιον ἔγκλημα ἐπιγράφεται φέρων. Καὶ οἱ μὲν πρὶν μαχόμενοι τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτὸ ἀκούοντες, ἢ τοῦ υἱοῦ, τὸ μὲν ἐκ τῆς ὑποστάσεως ἀπεδέχοντο. τὸ δὲ ἐκ τῆς φύσεως αὐτῶν, τοῦτο δὲ ἀπηρνοῦντο. Νῦν δὲ πόλεμον τοῦτον ἕτερον αὐτῷ πολεμοῦσι. τὸ μὲν ἐκ τῆς οὐσίας δεχόμενοι, ἀρνούμενοι δὲ τὸ ἐκ τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως. οὕτως οὐδέποτε διαλείπει σκάνδαλα ὁ ἐχθρὸς τῇ ἐκκλησίᾳ ἐγείρων. ἃ ἀνάγκη μὲν ἐλθεῖν, οὐαὶ δὲ ὅμως δι᾽ οὗ ἔρχεται. Καίτοι ἐκείνοις μὲν, καὶ τις ὑπῆρχεν ἴσως συγγνώμη, μᾶλλον δ᾽ ἴχνος συγγνώμης, ἔχουσι τινὰ πρόφασιν εἰς μαρτυρίαν, ἐκ μὲν τῶν θείων ὑποστάσεων ὄντα, μὴ μέντοι καὶ τῆς οὐσίας. τούτοις δὲ ποία ἔσται παραίτησις, ἐκ μὲν τῆς οὐσίας ὁμολογοῦσιν, ἀρνουμένοις δὲ τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως εἶναι, ὧν τὴν αὐτὴν τῷ ἀριθμῷ οὐσίαν συντίθενται. οὕτως ἀσύμβατα καὶ ἑαυτοῖς καὶ τῇ ἀληθείᾳ φασί.

Τοῦ Βέκκου εἰς τὴν ιϛ.

Ἐπειδή εἰσί τινες ἀποτολμῶντες λέγειν, τὸ ἀναβλύζειν, καὶ προϊέναι, καὶ ἐκλάμπειν, καὶ πεφηνέναι ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, μὴ δηλοῦν τὸ οὐσιωδῶς καὶ ἐνυποστάτως ὑπάρχειν αὐτὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ. ἀλλὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ τῶν Πνευματικῶν χαρισμάτων διανομήν, εἰς ἔλεγχον τῆς τοιαύτης ἀνοίας, ἐξελέχθησαν αἱ παροῦσαι γραφικαὶ ῥήσεις. αἱ δηλοῦσαι ἀναβλύζειν, καὶ ἐκλάμπειν καὶ πεφηνέναι τὸν υἱὸν ἐκ πατρός, οὐ γὰρ δή τις ἐρεῖ, ὡς οὐχ ὁ υἱός ἐστιν ὁ ἀναβλύζων καὶ ἐκλάμπων, καὶ πεφηνὼς ἐκ τοῦ πατρὸς οὐσιωδῶς καὶ ἐνυποστάτως, ἀλλὰ τὰ χαρίσματα.

Τοῦ Παλαμᾶ.

Τὸ γεννητῶς ἔκ τινος, ἢ ἐκπορευτῶς τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ἐξ αὐτοῦ καὶ προϊέναι λέγεται καὶ ἐκπέμπεσθαι καὶ ἐκλάμπειν. εἴπερ φῶς ἐστι, καὶ ὅσα παραπλήσια τούτοις. οὐ μὴν πᾶν

τὸ

tea Spiritum Sanctum impugnabant, cùm ex Patre vel Filio ipſum eſſe audirent, illud quidem ex hypoſtaſi admittebant: At ex natura ipſorum eſſe, hoc vero aſpernabantur. Nunc alterum iſtud bellum cum eo gerunt, cùm illud ſanè ex ſubſtantia laudent, ac probent, illud ex hypoſtaſi reſpuant. Ita nunquam intermittit hoſtis Eccleſiæ ſcandala excitare: quæ quidem neceſſe eſt euenire, heu tamen illum, ex quo proueniunt! Quanquam illis quidem dicta quædam, quæ ex diuinis perſonis habeant, non tamen, & ex ſubſtantia in teſtimonium adducere valentibus, forte aliqua venia danda erat, ſeù potiùs veſtigium veniæ. At verò iſtis ex ſubſtantia quidem eſſe concedentibus, ex perſonis autem negantibus, quarum eandem numero ſubſtantiam fatentur, quænam erit excuſatio? Ita tum à ſe ipſis, tum à veritate plurimum diſſident, atque diſcordant.

Vecci in Duodecimam.

QVoniam ſunt nonnulli, qui temere dicere audeant, emanare Spiritum ex Filio, ac procedere, & elucere, atque eſſe non ſubſtantialiter, & per modum ſubſiſtendi ipſum eſſe à Filio; ſed ab ipſo donorum ſpiritalium diuiſionem ſignificare. in confutationem eiuſmodi amentiæ, collectæ ſunt præſentes litteris conſecratæ ſententiæ, quæ Filium ex Patre emanare, & elucere, atque eſſe planè oſtendunt. Non enim certè dicet aliquis dona, ſed non Filium eſſe, qui ſubſtantialiter à Patre, & per modum ſubſiſtendi emanet, eluceat, atque exiſtat.

Palamæ.

QVod per modum generationis, ſeu proceſſionis ab aliquo exiſtit, ab eo quoque procedere, ac mitti, atque elucere dicitur. quandoquidem lumen extat, & quæcumque alia his ſimilia. Non tamen omne quod proce-

τὸ προϊὸν, ἢ ἐκπεμπόμενον, ἢ ἐκλάμπον ἔκ τινος, καὶ ἐξ ἐκείνου γεννητῶς, ἢ ἐκπορευτῶς τὴν ὕπαρξιν ἔχει, καὶ ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει ἐστίν. οὗτος δὲ ὁ τὰς ἐπιγραφὰς ταύτας συγγραψάμενος, τόλμαν ἐγκαλεῖ τοῖς εὐσεβῶς, καὶ γνησίως φρονοῦσι τολμητίας ὢν περὶ τὸ δυσσεβεῖν αὐτός.

Τοῦ Νικαίας.

Φάθι καὶ τὴν ἀνάγκην, δι᾽ ἣν ἐπὶ μὲν τῆς ἐκ πατρὸς προόδου υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος, ταυτὸν ταῦτα δηλοῦται τὰ ὀνόματα· τὸ, τε γεννητῶς ἢ ἐκπορευτῶς προϊέναι. καὶ τὸ ἀναβλύζειν, ἢ πηγάζειν καὶ τἄλλα. ἐπὶ δὲ τῆς ἐκ τοῦ υἱοῦ τοῦ Πνεύματος προαγωγῆς, οὐ ταυτὸν τὸ πηγάζειν καὶ τἄλλα τῷ ἐκπορεύεσθαι. ἢ διατί τὸ μὲν ἐκπορευόμενον καὶ πηγάζει, οὐ μέντοι καὶ τὸ ἀνάπαλιν; ἀλλὰ μὴ οὕτως ἁπλῶς συμπέραινε χαίρειν τοὺς ἀκροωμένους αἰτῶν. εἰ δ᾽ αὐτὸς ἄνευ ἀποδείξεως λέγων, οἴει τι γενναῖον ποιεῖν, ἐροῦμεν καὶ ἡμεῖς ἁπλῶς οὕτως, ὧν σὺ φῂς τἀναντία. Καὶ ἴσως πιστευθησόμεθα μᾶλλον, καθόσον ἐροῦμεν καὶ βέλτιον. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν κτισμάτων, ἴσως τοῦθ᾽ εὑρεθήσεται, τὸ πεμπόμενον ἔκ τινος, ἢ προϊόν, ἢ πηγάζον, ἢ ἀναβλύζον, μὴ ἐξ ἐκείνου τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. ἐφ᾽ ὧν ἄλλο ἐστὶ πρᾶγμα τὸ εἶναι, καὶ τὸ πέμπεσθαι ἕτερον. Καίτοι γε οὐδὲ διὰ πάντων ἐφαρμόζει τοῦτο τῶν ὀνομάτων. τὸ γὰρ ἔκ του πηγάζον, ἢ ἀναβλύζον, μὴ καὶ ἐξ ἐκείνου ὑπάρχειν, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἂν εἴποιμεν. ἐπὶ δὲ τῆς θείας Τριάδος, τίς ὁ λόγος, τὸ μὲν ἔχον ἔκ τινος τὸ εἶναι, καὶ ἐξ ἐκείνου πηγάζειν. τὸ δὲ πηγάζον, μὴ καὶ ἐκ τούτου ὑπάρχειν; ἐφ᾽ ἧς τὸ πηγάζειν καὶ προϊέναι, καὶ ἐκπορεύεσθαι, ἔτι δὲ καὶ τὸ πέμπεσθαι ἓν πρᾶγμα σημαίνει; εἰ καὶ ἐνίοτε διαφέρει τῷ λόγῳ. Ὥστε οὐδ᾽ οὗτος ὁ λόγος καλῶς εἴρηται, οὐδὲ φησὶν οὐδὲν ἀναγκαῖον οὐδὲ ὑγιές, ἀκολούθως τοῖς ἀδήλοις τε καὶ φθάσασι, καὶ μαρτυρεῖν ἑαυτοῖς τὴν ἴσην ἑαυτῷ ἀθετῆσαί τε καὶ ἠθέτησαν.

cedit, ſeu mittitur, ſeu elucet ab aliquo, ab ipſo quoque per modum generationis, vel proceſſionis conſtat, atque in propria perſona exiſtit. Iſte autem, qui has inſcriptiones compoſuit, eos, qui piè prudenterque ſentiunt, audaciæ, atque temeritatis accuſat, cùm ipſe ſit audax ad impietatem.

Beſſarionis.

NEceſſitatem quoque afferas, propter quam in Filij, & Spiritus ex Patre proceſſu, iſta nomina per modum generationis ſeu proceſſionis procedere, & emanare, vel ſcaturire, cæteraq; idem inter ſe valent; in productione autem Spiritus ex Filio emanare, & id genus reliqua, non idem ſunt cum procedere. Vel exponas rationem, cur, quod procedit, etiam emanat, non tamen & contrà? Non autem ita ſimpliciter concludas, quod probandum eſt, gratis ab auditoribus tibi concedi poſtulans. ſin autem tu nihil probando, tantùm dicendo, præclarum aliquid facere te exiſtimas; dicemus etiam nos ita ſimpliciter eorum contraria, quæ tu aſſeris. fortè etiam maiorem nobis præſtabunt fidem, quatenus dicemus & melius. Etenim in creaturis id forſan inuenietur, quod ab aliquo mittitur, vel procedit, vel emanat, ſeu ſcaturit, vt non etiam ab ipſo exiſtentiam habeat; in quibus aliud eſt eſſe, & aliud mitti. Quanquam etiam neque ipſis rebus creatis vniuersè, atque per omnia id nominum congruit. Quod enim ex aliquo emanat, atque inſtar fontis ſcatet, vt non etiam ab ipſo ſit, neſcio quomodo dixerim. At verò in ſanctiſſima Trinitate, vbi ſcaturire, & proficiſci, atque procedere, adhuc autem & mitti vnam rem ſignificant, licèt quandoque ratione differant; quæ ratio eſt, vt quod ab aliquo habet eſſe, ab eo quoque profluat, quod autem profluit, non etiam ab eo exiſtat? Ergo neque iſta ratio rectè à te dicta eſt, neque aliquid quod ſanum atque ſolidum ſit, vel neceſſarium affert. Nimirum ſibi germanis, & antecedentibus rationibus reſpondet, & æqualem illis, atque ſibi ipſi imbecillitatem, ac vanitatem teſtatur.

BEſſarion Cardinalis viſis inſcriptionibus Patriarchæ Vecci & ineptiſſima contra eas confutatione Gregorij Palamæ, aliam ipſe confutationem aduerſus Palamam tuendo Veccum Græcè compoſuit. Quæ omnia, vt manifeſta fierent doctis, ipſemet Latina reddidit. Orationem quoque Grecam, quam miſerat Laſcari Philanthropino Latinè vertit. Epiſtolam item exhortatoriam, creatus iam Patriarcha Conſtantinopolitanus Græcè ſcriptam ad omnes Græcos in Latinum tranſtulit. Quæ Latina verſio cùm minimè nota eſſet Petro Arcudio, ipſe quoque eadem Græca Beſſarionis Latina fecit. Et quoniam Latina Beſſarionis vitio Amanuenſis multis mendis ſcatent, vt videre eſt in Bibliotheca Vaticana; Arcudius verò ad maiorem claritatem quaſi verbatim ea conuertit: Quidam vtraq; Typis eſſe cudenda cenſuerunt. Hoc itaque non te lateat benigne Lector.

BESSARIONIS DEFENSIONES recti, Catholicique dogmatis Latinorum, videlicet de proceſſione Spiritus ſancti contra Hæreticum illud impugnantem Græcè, Latinèque per eum Editæ.

POST, Concilium Lugdunenſe, tempore Gregorij X. celebratum; in quo per ſuos Oratores Græci vniti fuerunt Eccleſiæ Romanæ: Spiritumq; ſanctum ex Patre, & Filio procedere profeſſi ſunt, prout Eccleſia Catholica credit, & profitetur: quidam Patriarcha Conſtantinopolitanus nomine Veccus, huic veritati adhærens ad impugnationem aduerſariorum: quorum adhuc magnus extabat numerus, omnium Græcorum Doctorum volumina magno ſtudio reuoluens, cunctas eorum auctoritates ad hanc rem facientes, in vnum collegit, & aliquibus per eum titulis præpoſitis, prout ex continua contentione, quæ tunc fiebat, videbatur neceſſarium eſſe, vtputa quod Spiritus Sanctus ſit ex Patre, & Filio: quod ex Patre per Filium, quod immediatè ex Patre, & ſic de ſimilibus. Vniuſcuiuſque horum titulorum varias diuerſorum Doctorum auctoritates adaptauit; probans per eas quod ſibi propoſitum erat: verbi gratia in primo Capitulo adducit auctoritates, quibus probatur Spiritum Sanctum eſſe etiam ex Filio. Alias deinde probantes ex Patre eſſe per Filium, Demum ad demonſtrandum idem eſſe dicere ex Patre, & Filio, atque ex Patre per Filium, vt inſtruat nos, cum audimus Doctores Græcos Spiritum Sanctum ex Patre per Filium Theologantes idem intelligere nos debere, ac ſi audiremus ex Patre, & Filio eos dicentes; alias auctoritates adducit æquiualentiam iſtarum præpoſitionum in Theologia ſignificantes. Et huic titulo, cæteriſque omnibus quoddam

argumentum ſuum præpoſuit, ſuam intentionem declarans, & auctoritatum intelligentiam optimè hoc modo quod ſibi erat propoſitum concludens. Poſt Veccum prædictum nonnullis annis quidam apud Græcos Gregorius nomine, cognomine Palamas, de quo magna exiſtimatio apud Græcos fuit, veritati Catholicæ circa hunc articulum contrarius, & hoſtis apertus, paucis volens omnem Vecci prædicti laborem eneruare, argumentis, prologiſq; eius contradixit: volens probare auctoritates propoſitas, non eam, quam ille dicebat, ſed longè aliam intentionem habere. Quæ ſi vera fuiſſent, totus labor Patriarchæ prædicti euanuiſſet. In hac tamen opinione multis annis homines permanſerunt. Cum autem hoc vtriuſque opus ad manus mei Beſſarionis S. R. E. Cardinalis Epiſcopi Tuſculani, tunc Archiepiſcopi Nicæni perueniſſet, non paſſus ſum, nec æquo animo tuli, vt & communem Doctores calumniam paterentur, & pro conuicto, atque profligato falsò ab aliquibus hic ſapientiſſimus vir Veccus Patriarcha putaretur. Quare contra Palamam & eius fucoſas, & apparentes contradictiones me oppoſui, probans pro poſſe auctoritates productas illam intentionem habere, quam Veccus ſapientiſſimè dicit; non quam Palamas calumnioſè exponit. Quo præſuppoſito omnes auctoritates optimè faciunt ad propoſitam rem, & veritas per omnia luce clarius apparet intuentibus. Proponuntur igitur primum argumenta, ſiue prologi Vecci, deinde Palamæ ad ea contradictiones, demum noſtræ defenſiones, quibus Veccum defendentes Palamæ cauillationes aperimus, & eas pro poſſe eneruamus. Si rectè, & ſufficienter aliorum ſit iudicium.

Vecci primum Argumentum.

VAriæ diuerſorum Doctorum auctoritates collectæ, quibus probatur Spiritus ſanctus etiam ex Filio eſſe. Aliæ quoque poſt eas hoc in volumine inferuntur ad demonſtrandum Spiritum ſanctum eſſe per Filium ex Patre. Cumque illæ ex Filio, hæ per Filium eundem Spiritum eſſe

eſſe demonſtrent. ad æquiualentiam harum prępoſitionum probandam, *per*, ſcilicet, &, *ex*; aliæ deinceps inferuntur Doctorum auctoritates, quibus harum præpoſitionum æquiualentia demonſtratur.

Palamæ Contradictio.

CVm in Theologia inuicem æquiualeant ex præpoſitiones, *per*, &, *ex*, neque diuiſionem vllam, neque differentiam Sanctæ Trinitatis ſignificant, ſed vnionem, & immutabilitatem ſecundùm naturam videlicet & voluntatem eius. Hinc enim ſanè oſtenditur vnius, eiuſdemque naturæ potentiæ, operationis, & voluntatis Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus eſſe. Qui verò hic Sanctorum dicta ſumpſit, atque inſcripſit, diuinarum perſonarum differentiam malè, impièque per eiuſcemodi præpoſitionum æquiualentiam conatur oſtendere, & quod à duabus perſonis, & ab vtraque earum vna trium diuinarum perſonarum Spiritus videlicet Sanctus differenter eſſentiam habeat. Dilucidum igitur eſt Sanctorum ſententias benè, ac piè ſe habere; ſed ab eo, qui illas ſic aggregauit, atque conſcripſit malè, atque impiè accipi. Quod autem eiuſmodi, *per*, præpoſitio vnionem, & omninò immutabilitatem ſignificet, quando ſcilicet iſti, *ex*, æquiualet, Diuinus Maximus quam apertiſſimè oſtendit, cùm ad Marinum ſcribit de quibuſdam dicentibus ex Filio Spiritum eſſe. Ait etenim, quod non facerent Filium cauſam, vnam enim nouerant Filij, & Spiritus Sancti cauſam, Patrem videlicet eſſe, ſed vt per ipſum prodire oſtenderent, & per hanc præpoſitionem coniunctionem ſubſtantiæ, & immutabilitatem probarent. Ex ijs igitur patet Veccum iſtum infideliter, atque impiè eiuſmodi dicta accipere. Non enim coniunctionem, & immutabilitatem, ſed perſonarum differentiam ex ijs adducere conatur, neque magnum Baſilium audit, qui quadam in parte ad Amphilochium, quod Pater, inquit, per Filium creet, neque imperfectam Patris creationem ſignificat, neque ſuperuacuam, eneruemque Filij operationem

 oſten-

oſtendit, ſed vnionem ſignificat voluntatis: itaq; vox iſta per Filiū primæ principaliſque cauſæ confeſſionem habet: non ſumitur ad efficientem cauſam inueniendam. Quod igitur aſſerit per Filium, & ex Filio Spiritum ſecundùm temporalem miſſionem prodire, eandem Patris, & Filij voluntatem peroptimè probat: bona enim Patris, & Filij voluntate eodem quoque cooperante Spiritu dignis hominibus Spiritus Sanctus donatur, atque largitur. Hi verò, qui Latinos ſequuntur temulentia quadam per Filium, & ex Filio Spiritum Sanctum putantes eſſentiam habere, opus eum eſſe beneplaciti, & voluntatis, atque ex neceſſitate creaturam, ſed non diuinæ naturæ fructum impiè aſſerunt. Sacer enim Damaſcenus inquit, opus diuinæ voluntatis creatura eſt, ſed non diuinitatis, abſit. Et rurſus non voluntatis, ſed diuinæ naturæ tàm generatio, quàm proceſſio eſt, quæ ante ſæcula, & ſempiterna eſt.

Nicæni Defenſio.

STrenuus iſte vir ad eas quidem auctoritates, quæ ex Filio eſſe, & per Filium ex Patre procedere Spiritum Sanctum affirmant, quodque ex ijs colligitur, minimè contra ipſe poteſt. Quo enim pacto ad tantam tam dilucidam veritatem? æquiualentiæ verò harum præpoſitionum *per*, & *ex*, neque benè, neque vlla cum ratione inhæret, & contumelijs, ac maledictis aduerſarium proſequitur, putat ſe operæ pretium facere cum peruerſè, atque impiè Sanctorum mentem expoſuiſſe, eorumque dicta aggregaſſe virum hunc ſapientem calumniatur, ipſe verò de his rationem reddere nequeat, putatque hanc præpoſitionem *per*, & ſi vnionem, immutabilitatem, identitatemque voluntatis in Sancta Trinitate ſignificet, cum in Theologia illi præpoſitioni *ex* æquiualere dignoſcatur, non poſſe quempiam ſecundum hoc ſignificatum eam accipere etiam de Spiritus Sancti proceſſione ex Patre per Filium, vel non iſta ratione etiam nos id intelligere: ſed diſtinctionem, ac diuiſionem magis inducere, oppoſitionemque, & diſcordiam. Quod ex prædictis ipſe intelligere videtur; imò verò quàm apertiſſimè aſſerit, per

hoc

hoc omnes nos velle ex duabus perſonis Patre, Filioque Spiritum Sanctum eſſentiam differenter habere: neſcio vnde, vel à quo hoc verbum differenter dici audiens. Ita nos putat Theologiæ expertes: fortaſſis autem & ipſe hoc ſentit, ex Patre per Filium aſſerens mundum creatum fuiſſe: nec enim vllam cerno neceſſitatem cur de creatura quidem, *per*, æquiualens, *ex* identitatem ſignificet perſonarum: tamen oſtendens diſcretionem (hoc enim neque ipſe negabit) de Spiritu verò diuerſitatem, & omninò diſcretionem. Neque eum pudet contra ſe Magni Baſilij teſtimonium afferre: vocem eam *per Filium* profeſſionem principalis cauſæ habere. At nos ex duabus quidem perſonis Patre, ac Filio Spiritum Sanctum exiſtentiam dicimus habere, & toto corde confitemur. Nihil enim operatur, niſi inquantum hoc aliquid, & indiuiduum ſit. Inquantum autem eiuſmodi Pater, & Filius duo ſunt: at differenter ex ijs procedere, hoc nequaquam concedemus. Siquidem vt Patris, ita & Filij operationem naturalem, Sanctos audimus dicentes Spiritum Sanctum eſſe. Vnam autem operationem Patris, & Filij eſſe præcipuè credimus, niſi & is cùm ex Patre, & Filio, & Spiritu, vel ex Patre per Filium in Spiritu dicit mundum ſubſiſtere; non ex tribus ſolis perſonis aſſerat effici: hoc enim vtique fateretur, ſed etiam differenter ex tribus. quod ſi miretur quo pacto hac præpoſitione *per* voluntatis vnitatem, & identitatem repræſentante, nos per eam Filium eſſe cauſam exiſtentiæ Spiritus Sancti velle demonſtrare; primum ſemetipſum miretur, quomodo per Filium fieri dicens mundum, deinde eum cauſam putet productionis mundi, per hanc præpoſitionem oſtendi; vel dicat non eſſe cauſam entium Filium, & malo malum curret. Affert quoque diuini Maximi teſtimonium, quòd minimè ad propoſitum facit. Et nos enim fatemur hanc præpoſitionem, *per*, & vnitatem, & immutabilitatem ſubſtantiæ Patris, ac Filij ſignificare: nouimus etenim per hanc dictionem, *per*, ordinem quendam & reſpectum eius, de quo hæc dicitur ad illum: de quo hac dictione, *ex*, vtimur, maximè demonſtrari: eandem tamen ipſam identitatem, immutabilitatemque cauſam eſſe, & quod Filius idem poſſit quod Pater, quodque per eum procedat Spiritus Sanctus. Secundùm enim diuinum

Cyrillum ex vtroque ex Patre per Filium: ſecundum verò eundem Maximum ex Patre, & Filio, ſiue ex Patre per Filium procedit, id eſt exiſtentiam habet: ſiquidem procedere iſte quoque aſſerat ſignificare exiſtentiam habere præſertim ſecundum illos, qui hoc nomen dumtaxat exiſtentiæ Spiritus tribuunt. Quod autem dicat Sanctus Doctor, Filium non facit cauſam Spiritus Sancti, ſed Patrem, minimè miraberis; ſi Græcam linguam conſiderabis, & de quo ipſa propriè hoc nomine cauſa vti conſueuit. Notiſſimum namque eſt primam, & principalem cauſam, & fontem, & radicem vniuſcuiuſque hanc propriè cauſam vocari, qualem ſolum Patrem eſſe quis non concederet, quod dilucidum hinc eſt: ſiquidem creaturæ & Spiritum Sanctum cauſam eſſe nemo; qui Chriſtiano nomine cenſeatur, negaret. At Theologus Gregorius: Deus, inquit, in tribus conſiſtit maximis: cauſa & opifice, & perficiente Patre ſcilicet & Filio, & Spiritu Sancto. Cùm autem audias Patrem principalem cauſam, ne putes nos iam etiam nolentes differenter dicere, Filium producere Spiritum, cùm non ſit cauſa principalis. Idem enim nihilominus etiam de creatura ſequitur, atque omnibus ſimpliciter, quæ Filius habet, quæcumque & Pater habet: nec enim creaturæ principalis cauſa Filius eſt, ſiquidem tanquam cauſaliter & vt Filius omnia habet, quæcumque & Pater habet paternaliter, & non cauſaliter: tamen & ipſe cauſa eſt, & vnà cum Patre entium cauſa. Ac eorum identitatem, & voluntatis vnitatem, nec minus perſonarum diſtinctionem, *per*, præpoſitio repræſentat. Quæ autem, inquit, quod opus diuinæ voluntatis, & idcircò creaturam dicimus Spiritum propter hanc dictionem, *per*, quæ identitatem voluntatis repræſentat. Haud ſcio ſi alicui alteri præter ſe ipſum videri poſſint. Si enim propterea quod, *per*, voluntatis identitatem oſtendit, ſecundum iſtum Spiritus creatura eſſe colligitur: cur non potius diuina erit natura, & putabitur à nobis, cum eadem, *per*, etiam ſubſtantiæ identitatem repræſentet? Quippe cùm Beati Maximi ſententia, quam ipſe pro ſe attulit, potius doceat identitatem ſubſtantiæ: vt enim inquit, coniunctionem ſubſtantiæ oſtendat: quamquam & ſi ſolum identitatem voluntatis, *per*, oſtenderet: nihil etiam ſic abſurdi

ſe-

ſequeretur, cum eadem res, & eſſentia, & voluntas de Deo dicatur. Hanc enim potentiam ſimpliciorem, ſublimioremque omnibus eſſe, nemo eſt, qui ignoret. Vnamquamque verò potentiam tantò ad plura ſe habere quantò ſimplicior, & ſublimior ſit, omnibus palam eſt. Quare Dei quoque voluntatem ad Filium, & Spiritum Sanctum, vt naturam, ſeù eſſentiam ſe habere, ſed vt voluntatem ad creaturam. Notiſſimum enim eſt, quod omnis & voluntas etiam diuina ad finem vt natura ſe habet determinatè ipſum appetens, quemadmodum & natura ad vnum determinatè ſe habet: finis autem voluntatis Dei, & Patris, Filius & Spiritus Sanctus eſt: ad quos neceſſe eſt eum ſe habere vt naturam. Ad ea verò, quæ ſunt ad finem; & præſertim ad ea, ſine quibus poteſt finem attingere, vt ſunt creaturæ, nihil enim hæc nec ad eſſe Dei conferunt, nec ad melius eſſe: ad hæc, inquam, non determinatè, & idcircò vt voluntas ſe habet, patet enim ea & nolle, & velle. Vnde & Damaſceni ſententia ſoluatur, & nos ab omni repræhenſione ſoluti ſumus, cùm verba illa quæ contra nos eſſe videbantur, nihil afferant neceſſarij. Itaque iſte cum aliquid dixiſſe videbatur, contra ſe omninò concludit.

Secundum Vecci Argumentum.

CVm ſint quidam, qui ſcripturarum ſententijs aduerſantur, quæ propterea per Filium Spiritum Sanctum ex Patre eſſe indicant, collectæ ſunt & hæ ſententiæ, quæ immediatè Filium ex Patre eſſe oſtendunt, ad ſententias illas confirmandas: quæ per Filium Spiritum Sanctum eſſe demonſtrant. Nam niſi per Filium Spiritus Sanctus eſſet, cur non & ipſe immediatè ex Patre eſſe diceretur.

Palamæ Contradictio.

ESt quoque Spiritus Sanctus immediatè ex Patre dictus, ex quo tua illa ſententia, omniſque interimitur conatus Gregorius, qui ſua excellentia Theologus eſt nuncupatus ſe-

ſecundum eſſe in ſuis carminibus, inquit, Spiritum Sanctum à Patre quemadmodum & Filium. Nyſſenus verò vnà cum pluribus alijs ad vnam Patris perſonam eodem modo vtrumque ſe habere inquit, præter ſubſiſtentiæ modum. Quid autem illi qui dicunt Spiritum Sanctum ex Patre procedere, atque in Filio permanere, & ex Patre in Filium penetrare, ac ex Patre eſſe, Verboque concomitari. Item qui communionem charitatem Patris, & Filij eſſe Spiritum Sanctum aſſerunt, prætera qui vnamquamque perſonam ad alteram ſe habere non minùs quàm ad ſe ipſam. Quid denique ille, qui cantat: Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me? nonne igitur hi omnes immediatè Spiritum Sanctum ex Patre eſſe oſtendunt.

Nicæni Defenſio.

NEc verò omninò nos negamus Spiritum Sanctum immediatè ex Patre, quamquam non id expreſsè dictum à Doctoribus attuliſti. Si igitur etiam ipſe nobiſcum eum mediatè eſſe fateris, pro nobis ſermo eſt: ſin autem id caues, ſequentia reformidans, Doctorum tibi repreheſio præſto, qui & Filium ex Patre immediatè eſſe docent, atque inter eos nihil eſſe medij, ac Spiritum eſſe per Filium, mediamque perſonam Filij inter Patrem, & Spiritum Sanctum. Fit autem tibi hinc deceptio, cum diſtinguere id non poſſis, quo pacto ex Patre immediatè Spiritus ſit, quo pacto etiam mediatè. Nam ſi vel duabus, & differentibus proceſſionibus ex Patre, Filioque Spiritum Sanctum eſſe fateremur, vt ex Patre quidem imperfectè, perfectè verò procederet ex Filio: vel ſi ex Filio tantum prodire poneremus, tum ſolum mediatè ex Patre procederet. Nunc verò ſi quis ad vnicam productionem, proceſſioniſque identitatem ex vtroque proſpiciat, itemque quod Pater & cauſa, & fons Diuinitatis ſit, ita vt ſi is non eſſet, etiam ipſe Filius neque eſſet; neque alicuius cauſa eſſet, immediatè ex Patre reperiet Spiritum; & ad hæc ducunt quæ ipſe inducis dicta. At ſi ordinem quiſque ſpeculetur, qui re in Trinitate eſt, nec ſolum noſtra intentione conſtat, Filium medium cernet, & tertium à Pa-

tre

tre Spiritum, ac per Filium ex Patre procedentem, habentemque ante ſe præintellectum Filium, ſicut Filius habet Patrem præ ſe intellectum. Quod ipſe minimè cogitans concludis non neceſſariò.

Tertium Argumentum Vecci.

Congeſtæ ſunt & hæ ſcripturarum ſententiæ, quæ conferunt ad mentem Doctorum probantium non immediatè, ſed per Filium ex Patre Spiritum eſſe. Nam ſi immediatè Spiritus foret ex Patre, non diceretur eſſe Filius imago Patris, & Spiritus imago Filij, Filius operatio Patris, & Spiritus operatio Filij, Filius perſona Patris, Spiritus perſona Filij.

Palamæ Contradictio.

Amentiſſimè, qui impiè hic deſcribis, quæ à Sanctis rectè, ac piè dicuntur. quomodo non conſpicis, quod Sanctæ Trinitati communia, & naturalia nullam habent differentiam: ſiquidem vnus Deus eſt, vna imago, vna voluntas, vna denique Patris, & Filij, & Spiritus Sancti operatio: igitur vna cum alijs etiam cum perſona altera alterius harum dicitur, naturalis eſt, & non perſonalis, atque oſtenſiua immutabilis ſimilitudinis, ſed non modum ſubſiſtentis demonſtrat, abſit. Tu verò non ſic perſonam alteram alterius dicens; ſed hypoſtaticè hæc intelligens: non potes eſſe deinceps prædicator Trinitatis. Nam ſi Filius eſt perſona Patris, vt ex eo, & Spiritus Filij, non erit deinceps Pater perſona altera præter Filium, neque Filius præter Spiritum Sanctum. Vides ne quo pacto Sanctorum quidem dicta piè, ac rectè ſe habent, abs te verò impiè, & peruersè ſuſcipiuntur.

Ni-

Nicæni Defenſio.

SIccine tu Beatum etiam Paulum, qui Filium inuiſibilis Dei imaginem affirmat, & eius perſonæ ſplendorem, gloriæque ſplendorem audis; ac ſi diceret eum eiuſdem perſonæ cum Patre eſſe, naturæque ſolum oſtenderet identitatem, non diſtinctionem quoque perſonarum. At nos, qui fide, ac ratione ducimur, & identitatem naturæ per hæc nomina intelligimus imaginem, ſcilicet perſonam, & operationem: ita vt poſſumus etiam dicere vnam eſſe Sanctæ Trinitatis & imaginem, & Diuinitatem pro exemplari, imaginem recipientes eodem modo, & perſonam Patris dicentes, Patris ſubſtantiam demonſtramus, cùm in Deo ſubſtantia idem ſit cum perſona eius, nec eo minus & perſonarum oſtendimus diſtinctionem. Nam & tres perſonas Sancta in Trinitate fatemur, non identitatem per hoc, ſed diſtinctionem demonſtrantes: imagoque certè non ad ſe ipſam, ſed ad illam refertur, cuius & imago eſt: & idcircò hypoſtaſim ſignificat, cum relatiuum nomen ſit: & perſonam conſtituat. Tu verò quo pacto id intelligas, neſcio; cùm naturaliter dici non hypoſtaticè affirmes: quando alter perſona alterius dicitur, atque inconueniens quoddam contra nos afferre putas, quod liquidò contra te eſt. Nam nobis dicentibus Filium perſonam eſſe Patris, ex eo prodeuntem, Filij rurſus Spiritum Sanctum, vt ex eo procedentem, ſequi putas ex hoc non dicere Patrem aliam perſonam eſſe, & Filium aliam, & Spiritum Sanctum. Ego autem ſi benè tuam intelligo rationem, ex tua quidem hac poſitione id abſurdiſſimum ſequi aſſererem; è noſtra verò omninò contrarium. Sic enim alteram perſonam alterius dici identitatem dumtaxat, ac immutabilem ſimilitudinem oſtendit, vt ipſe ponis: eſt autem perſona Patris Filius, vt idem ei ſecundum ſubſtantiam, itemque Filij Spiritus, vt eiuſdem ſolum cum eo ſubſtantiæ; profectò non eſſet alia perſona Patris, quàm Filij, & Spiritus Sancti, nec illorum ab inuicem. Neque enim alterius ſubſtantiæ ſunt, ſed cùm perſonam Patris, vel perſonam Filij audiemus, itemque Spiritus Sancti identitatem ſubſtantiæ intel-

tel-

telligimus; ita vt ſecundum te Trinitas perimatur ad vnicum circumſcripta Deum. Sin autem, vt nos fatemur, alteram perſonam alterius dici, ex illo eſſe ſignificat, cuius & eſſe dicitur, ſimulque eiuſdem eſſe ſubſtantiæ: quoniam quicquid ex aliquo eſt, aliud dilucidè eſt, ſaltem ſubſtantia, & perſona, quam illud, ex quo dicitur eſſe, quomodo non erit Pater alia perſona, & Filius, & Spiritus ſanctus? itaque nos quidem hæc aſſerentes Trinitatem, quam maximè ſeruamus: tu verò caue ne contrarium facias, iniuſtèq; nos redarguas, quibus ipſe dignus es, improperia in nos inferens. Quod autem cum aliquid perſona, vel potentia, vel operatio dicitur cuiuſpiam, ad hoc aliam hypoſtaſim ſiue perſonam ſignificet: etiam ex eo eſſe ſignificat, cuius & eſſe dicitur. Audi quid omnes dicant: Chriſtum ſcilicet Dei potentiam, & Dei ſapientiam; itemq; viuentem, & ſubſiſtentem operationem, & potentiam Patris Filium. Et rurſus Spiritum ſanctum non alienum à Filio, ſed in eo, & ex eo, atque vt naturalem operationem. Patet enim quod cum Filius ſubſiſtens potentia Patris ſit, ab eo etiam differt inquantum hypoſtaſis eſt, & ſecundum hoc etiam ex eo eſt, & Spiritum ſanctum naturalem Filij operationem, neque hanc non ſubſiſtentem, & ex eo eſſe, & hac ratione ab eo diſtingui. Quare non tantum naturæ identitatem hæc nomina oſtendunt, in quo ipſe te laudas, ſed etiam diſtinctionem perſonarum. Hac igitur ratione deuicta, omnia etiam, quæ ſequuntur ſimul conflicta, diſſipataq; ſunt.

Quartum Argumentum Vecci.

CVm quidam nolint profiteri Filium in Trinitate medium eſſe, quod tamen manifeſtè à ſanctis Patribus inſtitutum in Theologia eſt, non omninò velint in Trinitate nomen ordinis aſſerere; & hæ Doctorum auctoritates collectæ ſunt, tum ad oſtendendum Spiritum ſanctum per Filium connexum eſſe Patri; tum ad liquidò demonſtrandum ordinem eſſe in Trinitate.

Palamæ Contradictio.

MEntiris contra pios, fideleſq; hominum miſerrimè: Haud enim ignari ſumus, ordinem in Trinitate eſſe; ſed pium, atque fidelem. Qui verò tertium à Patre Spiritum ſanctum ex neceſſitate eſſe oſtendit, tanquam impium, quem tu cum Eunomio aſſeris, minimè recipimus. Atque contra ſcripturarum ſententias mentiris. Quæ non modo Filium, ſed interdum etiam Patrem Filio, Spirituiq; ſancto nexum eſſe aiunt: interdum quoque Filij, & Patris Spiritum ſanctum medium, communemq; affirmant. Et quem liquidò dici ordinem aſſeris, manifeſtum eſt, quod non de Filio, & Spiritu ſancto eſt. Conceditur tamen & Filium eſſe medium, ſed non quoad exiſtentiam Spiritus ab eis, qui Diuina nouerunt. Sed ſecundum confeſſionem, non immediatè Spiritum ſanctum ponentibus, ne & ipſe genitus videatur. Itaque eiuſmodi dicta à viris ſanctis benè, ac rectè repoſita ſunt. Sed qui in hoc loco illa collegit atque ad ſuam, hic falſam opinionem inſeruit malè, impièque his vtitur.

Nicæni Defenſio.

AT homo quiſquis es, qui hæc dicis, huiuſmodi ordo, quem attuliſti, tuoſq; doces auditores, non ordo, ſed potius inordinatio nuncupanda foret. Nam ſi propter confeſſionem, vt ais, ordinem affirmas; Filiumq; medium eſſe aſſeris, ne immediatè Spiritum ponens eum genitum cogaris opinari, videris neque re in Diuinam Trinitatem ordinem ponere: ſed ipſe id concipiendo quaſi dono concedere, ac putare in te eſſe, cum volueris permutando ordinem nominum poſtponere. Si enim ob nomen Patris (nam hoc arbitror confeſſionem vocas) non effers immediatè Spiritum ſanctum, ne genitus putetur, licet ſi eum ſpirantem nominabimus, Spiritum ſtatim inferre, & per Spiritum ex ſpirante Filium eſſe, Filiumq. per ſe ex Patre, ſed per accidens ex ſpirante: Spiritum autem ſanctum per ſe ex ſpirante, ſed ex Pa-

tre

tre per accidens. Atque in nobis eſſe ordinem alterantibus. Interdum Filium medium Patris, & Spiritus ponere, cum primam cauſam nominemus Patrem. Interdum verò Patris, & Filij medium Spiritum, cum eum ſpirantem affirmemus. Quæ quidem omnia & abſurda ſunt, & magis inordinationem, quàm ordinem inducunt. At nos huiuſcemodi ordinem negamus. Nec verò arbitreris nos cum Eunomio eum ordinem ſentire, tertiumq; ex neceſſitate à Patre Spiritum putare. Nam tertium eſſe ipſum maximè quidem credimus, & hoc ex neceſſitate. Modo hoc tibi verbum ex neceſſitate non ſignificet idem, atque ex natura, cum illi credamus, qui eum tertium eſſe tradidit in ſalutaris baptiſmatis traditione. Ite, inquit, & baptizate in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Tertium autem natura eſſe nunquam dicimus, nec vnquam incidemus in alterum contrariorum fugiendo alterum, vt ipſe agis. Siquidem tertium natura ipſe fugiens, ipſum etiam diſcretiuum perſonarum ordinem negas: neque potes in medio manere: quam melius tibi fuiſſet ambo fugere extrema: ſtareq; in medio, vt noſtra ſententia eſt: qui nec omninò tertium eſſe negamus, neque tertium eſſe natura concedimus: ſed tertium quidem eum ponentes, non ſolum dici, ſed etiam eſſe atque ordinem diſcretiuum recipientes perſonarum, non naturarum: quem quidem ipſum ex neceſſitate eſſe quis contradicat. Quamquam ipſe omnem ordinem quoquomodo ex neceſſitate demonſtrantem, hunc eſſe tertium non concedas, nec Patrem noſtrum Chryſoſtomum audias, cum dicat: diſcretiuus itaque diuinarum perſonarum ordo ſanctis notus conſiſtit: ſed diſcretiuus naturæ ordo in ſancta Trinitate reijciendus eſt: diſcretiuum autem perſonarum ordinem naturæ quidem non eſſe, ſed natura tamen eſſe quilibet ſanæ mentis concederet, ac ſecundum hanc rationem eſſe & naturalem, non ſecundum quod naturam diſcernit, ſed ſecundum quod natura non poſitione noſtra eſt. Id autem affirmant & Doctores Eccleſiæ Principes Athanaſius, atque Baſilius: hic maiorem propoſitionem tradens, Athanaſius minorem inducens: & ſyllogiſmum ambo vnum complectentes demonſtrantem natura Spiritum ſanctum ad Filium ordinari: ad Patrem enim Filium natura ordinari: & ita quidem natura; vt

omne

omne cauſatum ad propriam cauſam; vtque id, quod ex igne producitur ad ipſum ignem; docet Baſilius: Spiritum autem eiuſmodi naturam, ordinemq; ad Filium habere, quem Filius ad Patrem, Athanaſius litteris mandauit, qui cum naturalis ſit, non inquantum naturam diſcernit. Sæpè namque id dicatur, vt calumniantium obſtruantur ora, ſed quia natura non poſitione noſtra eſt; re quidem eſſe, & non intentione noſtra, neque in nobis eſſe, vt ipſe arbitraris, cum velimus permutare; interdumque ita ordinare, interdum aliter: nemo eſt, qui non fateretur: Si itaque huiuſcemodi ordinem & ipſe fateris, ſcripturarum ſententias non peruertimus; nec vllis, qui mentem habeant, videbitur; ſed benè, ac rectè, qui eas collegit, fecit; atque pro nobis hæ rationes ſunt. Sin autem hunc negas, qui dicit te eum negare, verum dicit, nec mentitur, ſed benè te vulnerat verbis collectis Doctorum. Vilè etiam hæc ſanè agis, cum ad aliam ſententiam dictas auctoritates ipſe colligis; & per eas putas refellere hanc inſolubilem auream ordinis catenam. Spiritus namque medius inter Filium, & Patrem tanquam ingenitum, genitumq; eſſe dicitur, cum ipſe neque genitus ſit, neque ingenitus ſecundum Gregorium Nazianzenum: Pater autem Filij, & Spiritus Sancti nexus, vt ipſe fons eis exiſtens, & vt ſint, & vt vnum ſint: Quæ cum abs te ſuperuacanea, nec ad propoſitum producantur, non minus contra producentem, quàm contra eos, aduerſus quos inductæ ſunt, & reprehenſionis, & ruditatis demonſtrationem habent.

Quintum Vecci Argumentum.

CVm quidam ſint, qui illud Euangelij dictum, quod Spiritum ſanctum, Spiritum veritatis nominat, non concedunt idem valere, quod valet & dictum, ex Patre ipſum procedere. Itemq; nec illud æquiualere aſſerunt, ex Patre videlicet procedere, & ex Filio accipere Spiritum ſanctum. Collectæ ſunt & ex auctoritates Doctorum ad æquiualentiam oſtendendam eiuſmodi dictorum Euangelicorum.

Pa-

Palamæ Contradictio.

O Hominis amentiam. Cum enim æquiualent hæc dicta, vnitatem, ſiue conſubſtantialitatem diuini Spiritus repræſentant, differunt autem quaſi non ab vtroque, Patre ſcilicet & Filio ſubſiſtentiam Spiritus demonſtrent. Quod quidem ab eiſdem ſcripturarum ſententijs notum eſt: qui autem has ſententias aggregauit, ad differentiam horum dictorum, quaſi ſurdus effectus eſt.

Nicæni Defenſio.

IN his nec apparentem quidem argumentationem affert, qua ſola in alijs vtitur, veri negligens, vel imperitus etiam in illis, in quibus illud reperire contingeret. In his enim neque ſi vehementer quæſiuiſſet, reperiſſet, contumelijs verò auctorem afficit: prout etiam in alijs facit: poſitionem etiam quandam ponit ad quam probandam nihil inducit neceſſitatis. Siquidem auctoritatem illam, quæ Spiritus veritatis fatetur Spiritum Sanctum, eſſe illi æqualem, quæ ipſum ex Patre procedere ponit, vel ex Filio accipere, nobis dicentibus: his vnitatem, inquit, & conſubſtantialitatem Spiritus oſtendere; non tamen eis proceſſionem ex Patre, & Filio, ſecundum hoc enim differre: ſed quomodo non demonſtrat, verum auctoritates illas, ac dicta teſtatur, quæ tamen dilucidè in contrarium, quàm ipſe velit ducunt. Quod enim communitatem quandam, conſubſtantialitatemque ad inuicem ſignificantes æquiualeant, hoc veriſſimum eſt. Quod autem ex Patre Filioque Spiritus Sancti proceſſionem non oſtendant, hoc certè à temetipſo affers, aduerſum omnem veritatem pugnans. Nam id ipſum conſubſtantiale cauſa eſt, vt Spiritus ex Filio, vel ex Patre per Filium producatur: prout Diuus Cyrillus dilucidè oſtendit: proprius, inquit, Patris, & Filij eſt Spiritus Sanctus, & vnus ex Patre per Filium propter ſubſtantiæ identitatem, ſiue Patris ſcilicet & Filij, ſiue & horum ad Spiritum. Hoc enim modo, vel illo pro nobis hæ ratio-

nes faciunt. Conſubſtantialitas enim Spiritus ad Patrem, & Filium, quodque eorum propius dicatur, non excludit ipſum ex Filio, vel per Filium ex Patre eſſe; imò verò concludit, atque probat: quod etiam & alibi idem ipſe inquit: Dei Patris etiam, & Filij Spiritum Sanctum eſſe qui conſubſtantialiter ex vtroque ſcilicet ex Patre per Filium profunditur. Si enim ſimpliciter ſolum conſubſtantialitas cauſa eſſet, quod Spiritus Sanctus proprius Filij diceretur; vtique & Filius Spiritus Sancti proprius diceretur, cum ei conſubſtantialis ſit, quod nemo vnquam affirmare auſus eſt. Si verò ob illud, quod Filius ad Patrem referatur, non poſſe inquit, Filium proprium Spiritus dici, ne eius eſſe Pater Spiritus Sanctus videatur; Teſtantur nobis ex neceſſitate Filium ſpirantem, aut producentem eſſe, propterea quod Spiritus cùm relatiuum nomen ſit, ad ſpirantem referatur, neceſſe eſt, atque ex illo ſpirari, cuius etiam dicitur eſſe. Et ita contra ſeipſos talia iactantes reperientur, cum putent aduerſarios oppugnare. Quod autem non ſolum dici Spiritum proprium Filij in eundem ſenſum cadit, atque ex Patre procedere, ſed nihilminus & accipere ex Filio, id etiam rurſus vnà cum multis alijs Doctoribus ipſe Cyrillus teſtatur: vt enim procedens per ipſum naturaliter tanquam proprium eius, inquit, cum omnibus, quæ habet, perfectè accipere dicitur, quæ illius ſunt.

Sextum Argumentum Vecci.

CVm quidam ſint, qui affirment hæc verba ad inuicem differre, prodire ſcilicet, profluere, & procedere, collectæ ſunt ad irrefragabilem eorum æquiualentiæ demonſtrationem propoſitæ Sancti Cyrilli ſententiæ: deinde aliorum dicta Patrum, qui de Sancta Trinitate tractarunt, affirmantium ex Patre prodire, & emitti, & profluere Spiritum Sanctum in illis locis, quibus dicturi erant, eum ex Patre procedere,

Palamæ Contradictio.

O Dementiam, quis enim tam ignarus eſt, quin ſciat hoc verbum prodire de Filio etiam dici, ſed procedere, aut profluere de eo ipſo nunquam. Quemadmodum & profluere propriè de temporali miſſione Spiritus, interdum, tum etiam de proceſſione dicitur. Veccus tamen iſte, & qui eum ſequuntur hæc nihil adinuicem differre affirmant, impiè, pariter, atque impudenter. Siquidem Sanctorum dicta hoc in loco collecta, & ſi oſtendunt in quibus interdum hæc verba concurrunt, eorum tamen ad inuicem differentiam minimè interimunt.

Nicæni Defenſio:

AT ſi attentè beatum Cyrillum legiſſes, de Filio etiam reperiſſes eum vſum hac dictione procedere in tractatu, quem fecit ſuper Ioannem, in ea parte videlicet, cum venerit Paraclitus: nam ſi ex Patre, inquit, non procedit, id eſt ex eius ſubſtantia Filius ſecundum nos: ſi verò de Filio profluere non dicitur, cum tamen dicatur de Spiritu, minimè mirandum eſt; cum figuræ nominis Spiritus hæc dictio accommodatur, non autem Filij: quemadmodum etiam dictio generatio Filij quidem nomini accommodatur, non autem Spiritus nomini conuenit: non tamen idcircò iuſtè diceret quiſquam, quod cum ipſum generari ex cauſa eſſe ſignificet: Spiritus autem non generatur ex Patre, ſed procedit, ipſum procedere non ſignificet tanquam ex cauſa eſſe ex eo, a quo procedit. Hoc enim dicere ſtolidum eſt. Quare differentiam harum dictionum hinc probare minimè potes. Cum autem & de Filio, & de Spiritu Sancto pariter hæc dicantur: item cum emanatio Spiritus, & proceſſio vocetur, & profluentia, & progreſſus tanquam idem hæc omnia ſignificent, nihil omninò differre hæc nomina ab inuicem videntur. Quod ſi non differunt, eodem igitur modo audienda ſunt, cum de Filio, vel per Filium procedere

Spiritus Sanctus dicitur, quemadmodum cum de Patre: ſed cum de Patre dicuntur, per ea intelligimus Sancti Spiritus proceſſionem ex eo; eadem igitur & ex Filio, ideſt per Filium intelligenda eſt: profluit enim Spiritus Sanctus, vt Cyrillus fatetur, à Filio; quemadmodum etiam ex Deo, & Patre nullum dubitationis veſtigium relinquens. Quod ſi tu demonſtraueris, hæc nomina vel non idem ſignificare, vel ſi idem aliter tamen de Filio aliter de Patre intelligi debere, quamquam noſter Doctor clamitet, ita à Filio profluere, quemadmodum intelligitur ex ipſo Deo, & Patre: abſoluemus te huius iniuſtæ blaſphemiæ in Veccum, & amentiæ, cuius eum, non rectè conſiderans, accuſas.

Septimum Argumentum Vecci.

CVm quidam audientes Spiritum Sanctum ex Filio etiam emanare, atque prodire, non diuinam Spiritus naturam ex diuina ſubſtantia, naturaque Filij oriri, atque emanare inſulsè concedunt: Sed ſpirituale quoddam munus illis, qui digni ſunt, ſuperueniens, ob idque illa, quæ in eis fit inhabitatio vbique præſentis diuinitatis Sancti Spiritus habitudinaliter fiat: ita eiuſmodi munus intelligentes ac ſi ſeiunctum, ſeparatumque à diuina Spiritus ſubſtantia intelligeretur. Collectæ ſunt & ex auctoritates, ex quibus id intelligi poteſt. Quod Sancti Spiritus inhabitatio, quæ fidelibus, digniſque fit, quamquam habitudinalis ineffabiliter, & ſuper ratione eſt: tamen quia eo hæc dona Spiritus profluunt, vbi diuina eius natura habitudinaliter inhabitabit ipſe Spiritus Sanctus, qui in Trinitate & vna perſona, & eius completiuus, quique diuina natura perfectuſq; Deus eſt prout Pater, & Filius demonſtratur; cum aliquis Spiritum Sanctum emanare, prodire, & eſſe ex Filio dicat.

Pa-

Palamæ Contradictio.

NEque quid dicat profectò nouit, neque quid affirmare velit, qui hanc ſcripturam compoſuit. Nemo namque qui piè intelliget quæ dicta ſunt, ſemotam eſſe à diuina natura diuinam gratiam, & operationem putaret. Nec ea de cauſa, quia inſeparabilis eſt à diuina natura diuina operatio, propterea & natura eſt operatio nihil ab ea differens. Siquidem diuina operatio ex natura eſt, & ei ineſſe vt Theologi affirmant, ſed per ſe non eſt. Diuina verò natura nec ex operatione eſt, & eſt per ſe, & locus eſt diuinarum operationum. Sed & Spiritum Sanctum nequaquam ex perſona eſſe Filij affirmamus. Iſte autem cum eum dicat ex natura eſſe Filij; nobis contradicere, atque aduerſari arbitratur: nihil differre, vt videtur putans naturam à ſubſiſtentia, vel & differentiam inſipienter naturæ afferens in Sancta Trinitate, quia differentia perſonarum eſt.

Nicæni Defenſio.

SI ergo ſemotam diuinam Spiritus gratiam ab eius natura, perſonaque non arbitraris: quid intelligis audiens ex Filio Spiritum Sanctum mitti: patet quod etiam volens nolens illius perſonam, ſiquidem gratia ſine perſona non mittitur: quia vt Cyrillo placet, non ſubſiſtente gratia minimè participamus: ſed id eſt, quod mittitur diuina natura, & ſubſiſtens, quod completiuum eſt Trinitatis, perſona videlicet Spiritus Sancti. Quo igitur pacto & Filium hunc mittere intelliges. Haud enim aliter quàm Patrem: alterius enim etiam potentiæ foret. Manifeſtum eſt igitur quod ſicut & Pater: ſed Pater mittit producens & ipſam perſonam: Igitur & Filius eum ipſum mittit producens & ipſam perſonam, niſi tanquam miniſtrum eum dicas Spiritum, qui ex Patre procedit poſtea mittere. Quod vt abſurdum ita, & impium eſt. Concedatur enim non idem eſſe diuinæ ſubſtantiæ diuinam operationem: quidnam concludere tum ex hoc conaris, ſi cum

Spiritus Sanctus mittatur, non inſubſiſtentem gratiam, verum ipſam diuinam ſubſiſtentem naturam mitti, & ipſe concedis manifeſtum eſt; ſi etiam ignorare ipſe diſſimulas, Sancti Spiritus diuinam hypoſtaſim ex Filio eſſe, emanare, atque mitti, quemadmodum etiam ex Patre, quod ſibi oſtendendum propoſuit, qui Doctorum collegit ſententias. Quod ſi miraris quo pacto nos ex natura Filij Spiritum Sanctum aſſerentes oriri, atque emanare, & ex eius perſona eſſe putamus, ac ſi propter identitatem naturæ, & perſonarum identitatem poneremus, vel propter eorum differentiam, alteritatem etiam naturæ introduceremus. Multò profectò magis nos tuam perfidiam miramur. Si cum Filij naturam audias cum hac additione Filij, eam tanquam quid ſimpliciter abſolutum intelligas, & non cum proprietate Filij, nec id quidem comprehendere potuiſti, quod per ſe natura abſolutè, communiterque ſumpta neque mittere, neque producere quicquam poteſt, neque omninò eſſe cauſa eſſendi, quæ non ſit cum aliqua proprietate ſumpta, quæ perſonam conſtituat. Nam quod indiuiduorum ſint operationes tota Philoſophia clamat.

Octauum Argumentum Vecci.

AD demonſtrandum Spiritum Sanctum ex Patre, Filioque eſſe: collectæ ſunt & ex auctoritates ſcripturarum, quæ oſtendunt eum eſſe qualitatem ſubſtantiæ Patris & Filij. Itemque fragrantiam, ſpirationem, & odorem. iuxta autem eiuſmodi ſententias, & alia dicta excerpta ſunt: quæ in eundem ſenſum ducunt, quæ & Patrem Spiritus Sancti fontem, & Filium Spiritus Sancti fontem pijſſimè aſſeuerant.

Palamæ Contradictio.

SEntentiæ hic Scriptorum collectæ per exempla quædam quoad fieri poteſt, Spiritum Sanctum Patri, Filioque conſubſtantialem eſſe oſtendunt. Nec enim exemplum reperire quiſquam poteſt, quod omnimodam habeat ſimilitudinem.

Et

Et cum interdum Spiritus Sanctus aqua viua vocetur ſecundum gratiam, & operationem, huius aquæ & Pater, & Filius fons nuncupatur. Interdum & idem Spiritus Sanctus. Qui verò eiuſmodi dicta hic attulit, horum quædam præterijt, quibuſdam abuſus eſt. Et hoc modo allicere, & trahere putat ad ſuum peruerſum ſenſum audientes.

Nicæni Defenſio.

DEmonſtrant quidem ſententiæ prædictæ Spiritus Sancti cum Patre Filioque conſubſtantialitatem, nec id tamen ſolum, ſed quod etiam ex eis ſit, atque procedat. Nam ex Patre vtique eſſe, & ipſemet tu ſignificare concedis. Hoc autem cum dederis, non poteris reddere rationem, cur eadem de Patre quidem dicta non modo conſubſtantialitatem, ſed etiam ex eo eſſe demonſtrent: de Filio verò ſolam conſubſtantialitatem, præſertim cum hæc nomina non conuertantur. Siquidem conſubſtantialis Spiritui Filius dicitur: forma verò, aut fragrantia, aut eius ſpiratio nunquam dictus eſt. Vt igitur Filium formam Patris, vel fragrantiam, vel qualitatem legentes, non tantum ei conſubſtantialem hunc intelligimus, ſed ex eo etiam prodeuntem: ita & Spiritum Sanctum ſpirationem, formam, fragrantiam, atque operationem Filij vtroque modo prædicto putamus dici. Quæ enim ratio eſt aliter de Patre ad Filium, Spiritumque, aliter de Filio ad Spiritum hæc intelligere? Tu verò & eorum, quæ antea fatebaris, oblitus, rurſum Spiritum Sanctum affirmas ſecundum gratiam tantùm aquam viuam vocari, & huius dumtaxat Filium eſſe fontem. Sed ſi gratia hæc à ſubſtantia, ſubſiſtentiáque minimè ſeiungitur (nam hoc iam conceſſiſti) quomodo non & diuinam Spiritus Sancti perſonam cum hac gratia Filius vt fons emittis?

Nonum Argumentum Vecci.

HÆ Scripturarum ſententiæ, in quibus Patres Sacræ Theologiæ profeſſores, cuncta, quæ propria ſunt Patris, naturaliter tranſire in Filium, & ex eo genitum demonſtrarunt, hic collectæ ſunt ad demonſtrandum Spiritum Sanctum eſſe, prodire, atque oriri etiam ex Filio perinde ve ex Patre: ſicut D. Cyrillus litteris mandauit. Si enim dictarum ſententiarum determinationes paternitatem ſolum, generationemque à Filio auferunt; manifeſtum eſt, quod Filius quidem non erit Pater, Spiritus verò ex paterna ſubſtantia emanans, & ex ſubſtantia Filij non generante & emanat, & profluit.

Palamæ Contradictio.

NVlla profectò ratione impietas corroboratur; tranſire enim audiens Veccus iſte in Filium paternas proprietates, & naturaliter, & eſſentialiter de illis proprijs, quæ paternæ ſubſtantiæ ſunt, putauit Doctores dicere, non de illis, quæ natura propria ſunt. Secundùm ergo eius in Theologia peritiam D. Cyrillo in ſuis theſauris ſcribente, quomodo non erit Deus Spiritus, cum totam habeat ſubſtantialem proprietatem Patris, & Filij? Perſonalia Patris, & Filij Spiritus habebit, & genitus, & genitor erit luminum Pater, & vim generandi, & producendi habens. Qua quidem re quid magis impium quiduè magis ſuperuacaneum dici poteſt? Idem rurſus ferè intelliget iſta, cum audiret Damaſcenum dicentem in 8. Dogmatum eius; quæcumque habet Pater, & Spiritus Sanctus præterquam quod non eſt ingenitus. Et Nazianzenum Gregorium in eo ſermone, quem ad eos, qui ab Ægypto venerunt, ſcribit: quæcumque ſunt Filij, ſunt & Spiritus præter filiationem. Quantæ iterum amentiæ putandum eſt, cum ex ſubſtantia Filij eſſe audiat, etiam ex eius perſona eſſe putare? Ac ſi quemadmodum vna ſubſtantia, ſic etiam ſubſiſtentia eſſet de Deo. Præterea non conſpicit, quod

cum de Patre, & ex Patre dicitur Spiritus, qui Patrem eſſe Filium negant, pariter & Filij ad Patrem communitatem negant ſecundum proceſſiuam proprietatem.

Nicæni Defenſio.

NOn adeò illum ſapientem virum putes ignarum Theologiæ eſſe, vt quæ paternæ ſubſtantiæ propria ſunt, ea in Filium tranſire debere arbitretur. Quod autem Pater producat Spiritum Sanctum, non id inquantum Pater habet, ſed inquantum ſpirator. Hoc autem nomen ſpirator nequaquam conſtitutiuum perſonæ nomen eſt. Qua de cauſa impoſſibile non eſt, hoc etiam Filio eſſe commune; ſi ſanctiſſimo Patri Cyrillo credendum eſt, qui multò melius quam nos de Theologia ſentit. Omnia, inquit, eſt Filius quæcumque Pater eſt, præter id ſolum, quod non ſit Pater. Deinde addit, proprium habens & ex eo, & in eo in natura Spiritum Sanctum. Neque hæc aduerſari inter ſe putauit, Filium non eſſe Patrem: & tamen ex eo Spiritum eſſe. Aliud ſcilicet eſt arbitratus inquantum Pater eſt, & aliud inquantum ſpirator eſt, & illud quidem Filio incommunicabile eſſe, hoc verò quam maximè conuenire. Quod etiam alibi enucleatius exponens, non præter id ſolum, inquit, quod non ſit Pater, ſed præterquam quod non generet. Manifeſtè paternitatem tantum & ſolam generandi vim, non ſpirandi ab eo auferens. Tu verò verum nos an te ipſum decipere conaris, neſcio per illud D. Cyrilli dictum. Quod & ſi propoſitis rebus aliquid ſimile habere videtur, multò tamen diſcrepare, ſi benè aduertatur, reperiemus. Quam maximè enim differt, dicere quempiam habere naturalem alicuius proprietatem, vel eius naturaliter proprietates. Nam illud, ſolum ad ſubſtantiæ reſpicit identitatem: hoc aliquarum perſonalium notionum communitatem ſignificat, quæ naturaliter, & ſubſtantialiter fit, ne cuipiam accidenti, aut participationi locus detur. Illud autem omnia ſcilicet quæ Patris ſunt, & Spiritus eſſe præter ingenitum eſſe; & quæcumque Filij ſunt etiam Spiritus eſſe præter filiationem, neſcio cuius rei gratia ſuperaddidit. Nos enim feliciter,

ac piè hæc omnia intelligimus. Quod ſi quiſquam aut ipſe non benè ſentit, aut cæteros decipere conatur, illius eſt crimen. Nam ſi quis à Spiritu proprietatem Patris auferat, quæ eſt ingenitum eſſe: cauſamque ſiue principium aliarum perſonarum, qualem amplius perſonalem Patris proprietatem ei derelinquet? Similiter ſi quis Filium Spiritui hoſque ſolos ad inuicem comparans, negaret Spiritum eſſe Filium, cæteris verò in rebus eum omninò ſimilem Filio eſſe crederet: quam ei perſonalem proprietatem tribueret? nec enim paternam tribueret. Nam neque de Patre erat ſermo, neque ad hunc illa comparatio, neque licet ad hunc fuiſſet, aliquid ei proprietatis Patris relinqueret. Cum præterquam quod non ſit Filius, cætera omnia ſecundum Filium ſit. Cumque omninò prout Filius ita & ipſe cauſatus à Patre ſit: at neq; filialis, cuius etenim? Siquidem id perſonale eſt Filio, eſſe Filium. Quod iam à Spiritu adepti fuimus. ad illud autem quod ſi cum audiat quiſquam ex ſubſtãtia Filij Spiritum, etiam ex eius perſona eum intelliget, non mirandum eſſe, ſatis prius dictum eſt. Hic verò & magnæ dementiæ eſt, inquit, non reſpicere quod cum de Patre, & ex Patre Spiritus dicitur, qui Filium negant eſſe Patrem, ſimul quoque negant vim ſpirandi communem eſſe Filio cum Patre. Eiuſdem fortaſſe dementiæ ſemetipſum accuſans, & forſitan maioris, dum hoc abſurdum intelligens nihilominus non fugit illud, cum Spiritum dicat Spiritum Filij. Nam ſi Patris, & ex Patre, vt iſte fatetur, dicitur Spiritus: qui Filium negant eſſe Patrem: non ſolum vim ſpirandi communem eſſe Filio cum Patre negant, ſed etiam Spiritum Filij dici. Quod ſi benè hanc dementiam fugiat, in alteram incidit, multò magis deteſtandum, ſi Spiritum Sanctum ſcilicet non dicat, neque ſentiat Filij Spiritum; quod denique ſcripturæ omni aduerſari quis non dicat? Itaq; iſte etiam ſermo manifeſtiſſimè deprehenditur omni vndique ignorantia plenus eſſe.

De-

Decimum Argumentum Vecci.

HÆ ſcripturarum ſententiæ, in quibus Patres de diuinitate tractantes proprium Patris Filium eſſe aſſerunt, vt ex eius eſſentia exiſtentem, ex eoque eſſe vt proprium ſubſtantiæ eius, hic collectæ ſunt, vt cuique volenti facultas ſit, hinc manifeſtè noſſe, Spiritum etiam, idcircò proprium Filij dici, quod ex ſubſtantia eius eſt. Itemque eadem de cauſa ex ſubſtantia Filij eſſe dicitur, quod eiuſmodi ſubſtantiæ proprium bonum eſt. Quod etiam conſubſtantialitatem Spiritus cum Filio oſtendit. Si enim ſecundum quandam aliam rationem conſubſtantialitatis, qualis eſt, quæ de duobus conſubſtantialitatibus dicitur; in quibus non eſt alterum per alterum, Spiritus eſſet proprius Filij, ex Filijque ſubſtantia eſſet, etiam Filius proprius Spiritus Sancti, & ex eius ſubſtantia ob conuerſionem eiuſmodi conſubſtantialitatis, quod nemo Sanctorum Patrum vnquam dixit, neque dicetur ab aliquo, qui rectè, ac piè de fide ſentiret. Talis autem conſubſtantialitas neque propriè conſubſtantialitas eſt. Sed illa, quæ alterum alteri copulat tanquam per eum ex eo exiſtens naturaliter, & ſubſtantialiter. Quod quidem probabit magni Baſilij hic adducta ſententia, qui manifeſtè aſſerit, fratres non dici propriè inuicem conſubſtantiales. Adduntur autem eiuſmodi ſententijs, & aliæ ſententiæ, quæ ob hoc oſtendunt Filium eſſe conſubſtantialem Patri, quia ex eius ſubſtantia eſt, vt omnes, qui velint, hinc intelligere poſſint, idcircò Spiritum Sanctum cum Filio conſubſtantialem eſſe, quia ex eius ſubſtantia eſt. Item ad has ſententias roborandas & alia Patrum dicta afferentur, quæ conſubſtantialitatem Spiritus ad Patrem, Filiumque inde oſtendunt, quod is ex Patre per Filium ſit.

Palamæ Contradictio.

PRoprius eſt Filius Patris vt ex eo genitus, eodemque modo & Spiritus Sanctus eſt, vt ex Patre procedens. Quemadmodum magnus Baſilius aduerſus Eunomianos litteris mandauit; proprietatem, inquit, ad Patrem Spiritus Sancti noui, quia à Patre procedit. Dicitur tamen Filij Spiritus, ſicut idem Sanctus capite octauo ad Amphilochium aſſerit, vt ſecundum naturam ei coniunctus, fieri enim minimè poteſt, ea, quæ natura idem ſunt, non eſſe inuicem coniuncta. Non dicitur autem Filius Spiritus Sancti, ne Spiritus Sanctus Pater eſſe videatur, cum Filius ad Patrem referatur, cuius Filius diceretur. Veccus autem iſte ex ſententijs hic ſanè collectis nihil ſani colligit; reprehenditur tamen à ſemetipſo, cum dicat ob conſubſtantialitatem ex ſubſtantia Filij Spiritum dici. Nec enim ea de cauſa etiam ex perſona Filij eſſet: continget enim ex inuicem hæc eſſe. idcirco nemo id vnquam aſſeruit, Spiritum ex perſona eſſe Filij, ſed ex perſona Patris.

Nicæni Defenſio.

NOn ſolum dixiſſe ſatis eſt: ſed etiam rationem addere oportet. Quænam iſthæc voluntaria poſitio eſt, proprium Patris Filium, aut Spiritum Sanctum dicere, vt eſſentiam habentes ex Patre: ſed proprium Filij Spiritum dicentes non eodem modo intelligere, quod ex Filio ſcilicet eſſentiam habeat: ſed quem ipſe pro libito quaſi in ſomnijs fingis. Nam quod magni Baſilij dictum in medium ducis, pro nobis potius, & contra te adduxiſti. Vnius etenim, & eiuſdem rei, quod ſcilicet Spiritus Sanctus naturaliter Patri, & Filio coniunctus ſit, probationes quærens Doctor ſanctiſſimus, hanc tanquam potiſſimam, quod ſcilicet ex Patre procedat, Filijq; dicatur, & ſit, producit in medium, putans ad idem referre; idemque hæc ambo poſſe. Nam cuius Spiritus dicitur, ex illo denique ſpiratur. Tu verò abſurditatem rei, tuaſque poſitiones ſequentem, ac neceſſariam conuerſionem,

quæ

quæ ex tuis ſequitur verbis effugere cum conaris; etiam nolens tuis aduerſarijs faues. Non enim dicitur (ais) Spiritus Sancti Filius: ne huius Pater Filius videatur, aſſerens ſcilicet & ipſe relatiua debere ad inuicem conuerti, vt cum & Spiritus nomen relatiuum ſit: quemadmodum & ipſe volens, nolens fateris, ad ſpirantem referri, atque ex illo ſpirari debere, cuius & dicitur Spiritus. Quod autem & ſi ex ſubſtantia Filij Spiritus Sanctus dicatur, non tamen ideò neceſſarium arbitratur etiam ex eius perſona eſſe, abſurdum etiam quiddam; vnde equidem neſcio ad hoc demonſtrandum conaris colligere. Sic enim ais ex inuicem eſſent tanquam poſſibile ſcilicet etiam Filium ex Spiritus ſubſtantia dici; & idcircò etiam ex eius perſona. Si ego te benè percipio: nihil enim ipſe clarum dicis: atqui noſtra ratio indè firmiſſimè roboratur; Nuſquam enim reperies vel Filium, vel Patrem, neque ſacris in litteris, neque apud Doctores ex ſubſtantia Spiritus Sancti dictum eſſe. At ſi hæc dictio, hæc ſubſtantia videlicet Filij, aut Patris eſſe, ſolam conſubſtantialitatem, quemadmodum vos vultis, ſignificaret, illud etiam profectò dici debebat. Si autem nemo Sanctorum ex perſona Filij Spiritum eſſe prædicauit: attamen ex Filio eſſe, atque ex Filio exiſtere affirmarunt, quæ maximè exiſtentiam Spiritus ſignificant. Occidentales autem Patres, atque Doctores etiam ex Filio eum procedere aſſerunt. Per nomen autem Filij niſi perſonam Filij intelligas, miraculum eſſet, tu neque ex Patris perſona Spiritum eſſe dixiſſes, niſi ſolus Gregorius Nyſſenus, & is quidem ſemel ſuis in ſermonibus Spiritum ex paterna perſona procedere dixiſſet: ſed cum ex Patre audires (qua ſententia plena omnis ſcriptura eſt) cuncta potius quam perſonam Patris intelligeres. At hoc quam maximè puerile eſt. Quis igitur veſtrum nihil ſani concludat, tune, an Veccus, ſermo noſter dilucidè demonſtrauit.

Vndecimum Argumentum Vecci.

CVm quidam audientes Spiritum Sanctum ex ſubſtantia eſſe Filij: aliud ex ſubſtantia eſſe dicunt, aliud ex perſona: nec illud comprehendere poſſunt hoc nomen Filius per-

perſonale nomen eſſe, & qui ex ſubſtantia dicit Filij, totum Filium oſtendit ſubſtantiam ſcilicet ſubſiſtentem. Ad eorum igitur ineptos, abſurdoſque ſenſus redarguendos collectæ ſunt & ex ſcripturarum ſententiæ: quæ ex ſubſtantia Patris Filium generari oſtendunt. Nam ſi vnam eſſe natiuitatem Filij ex Patre fatemur, quo pacto illa differre poſſunt, eſſe ſcilicet ex ſubſtantia, & eſſe ex perſona. Niſi quiſquam manifeſtiſſimè blaſphemaret, auderetque dicere, aliam Filij eſſe ex ſubſtantia Patris natiuitatem, aliam ex perſona. Adducuntur etiam & ijs ſententijs alia Patrum dicta, quæ perfectam ſubſtantiam, & Deum perfectum Patrem, & perfectum ſubſtantiam Filium, & perfectam ſubſtantiam Spiritum Sanctum oſtendunt.

Palamæ Contradictio.

CVm aliquid vnius ſubſtantiæ, perſonæque eſt, tunc quod ex illa ſubſtantia naturaliter eſſentiam habet, ex illa etiam perſona eandem habet, & è conuerſo, Quod enim extitit ex illa perſona, etiam ex illa ſubſtantia eſt. Perſonarum autem plurium quod eſt ex illa vna ſubſtantia, non ex cæteris omnibus perſonis, ſed ex vna quadam earum eſt. Cum igitur ſuprema, venerandaque Trinitas vna natura in tribus perſonis ſit; non omne, quod ex ſubſiſtentia habet ex cæteris, etiam ex omnibus perſonis eſt; ſed ex vna quadam earum ſcilicet prima. Nam ex hac non eſſe nequaquam poteſt. Non igitur ex alia; ſed ex hac ſola, ſiquidem ex vna. Quod quidem in hominibus patet. Nam vnuſquiſque noſtrum ex ſubſtantia quidem Adæ eſt, ſed non eſt ex eius perſona, cum vna ſubſtantia hominum ſit, ſed multæ perſonæ: à principio verò cum humana ſubſtantia ſit, atque perſona ſcilicet Adæ vna eſſet, Euaq. ex eius ſubſtantia fuit, ex perſona quoque eius formata eſt. Atque priuſquam Caim eſſet cum vna ſola virili ſubſtantia perſonaq. exiſteret, ex ea vna virili Adæ ſubſtantia, perſonaque genitus eſt Caim. Duobus autem viris iam ſecundum perſonam exiſtentibus Enoch ex Adæ ſubſtantia quidem, non autem ex perſona fuit, ſed de Caim ſola perſona genitus eſt. Veccus autem iſte hoc in loco aſſerens ex Filij perſona Spiritum eſſe, eo quod ex eius ſubſtantia à Theologis eſſe dicitur, vnam in Deo perſonam ſicut ſubſtantiam eſſe ponit Fili-

lium, aut Patrem omninò negans miſer. Itemque à ſolo Filio Spiritus Sancti eſſentiam eſſe oſtendit. Atque ab eorum dictis, qui in Diuinis perfectæ ſubſtantiæ eſſe Patrem, perfectæque Filium, & ſimiliter Spiritum Sanctum affirmant, non ſubſtantiæ vnitatem, ac trium perſonarum incommutabilitatem intelligit: ſed in eadem Trinitate multiplicitatem quandam, & differentiam inſipienter ſpeculari conatur.

Nicæni Defenſio.

QVam ſimilia decoraque in Theologia exempla inducitis? id vobis certiſſimè cauſa erroris eſt. Quod de Diuinis perinde ac de humanis ſapitis: & totam hinc ad ea ſimilitudinem trahitis. At caue ne de ineffabili illa Trinitate nefas ſit ita ſentire. Nam vt ei diuinitatis vnitas, ſic perſonarum Trinitas eſt ſeruanda, ne tres eſſe Deos aſſerere cogeremini, vt iſtis vos verbis manifeſtè facitis. Non enim quemadmodum tres homines ad inuicem communem ſuam habent ſubſtantiam: ita & Sanctæ Trinitatis perſonæ diuinam eſſentiam. Siquidem ſpecie illis, non numero eadem humanitas eſt. Sanctæ verò Trinitati eadem numero eſt diuina eſſentia, ſiue diuinitas: & idcircò tres illæ perſonæ & vna eſſentia, & vnus Deus eſt. Et hæc quidem tribus ſubſtat diuinis perſonis, & cum ſingulis earum vnũ ſubſiſtens eſt. Humanitas verò neque particularibus hominibus ſubſtat, neque vnũ ſubſiſtens eſt cum indiuiduis ſingulis. Quamobrem quod ex eorum ſubſtantia eſt, haud quaquam ex omnium etiam perſona eſt. Cain quippe cum ex Adæ, atque Abel ſubſtantia, naturaq. ſit, ex Adę quidem etiam perſona eſt; nõ quoniam ex illius ſubſtantia fuit, ſed quia ex eius perſona eſt, eum ipſum cauſam habens. Ex Abel autem ſubſtantia cum ſit; nõ tamen ex eius perſona eſt, quia perſona Abel non numero, ſed ſpecie tantum Adæ ſubſtantiæ communicat. Neq; ſubſiſtentem in ſe habet ſuam ſubſtantiam. Neque vnum ſubſiſtens cum perſona ſecunda. At verò quod ex Patris, Filijq; ſubſtantia eſt, ex eorum etiam perſona nihil prohibet quia illud ſit. Imò verò neceſſe eſt omninò eſſe, cum ex ſubſtantia numero eadem communiq. ſit Patri, & Filio, non ſpecie ſolum ſecundum illud hominum exemplum: & etiam ſubſtet diuinis his perſonis paternitati ſcilicet,

& Fi-

& Filiationi. Itaque etiam ex ſua ſubſtantia, perſonaque eſſet Spiritus Sanctus, niſi ſuæ proprietati oppugnaret: cum eadem numero ſubſtantia illa eo etiam prædicetur, ac in eo ſimiliter ſubſtet. Quid igitur velint diſſimilia exempla, aut quid ex his iſte concludere poſſit, neſcio. Verum hic eſt contentioſorum mos, quod etiam manifeſtis ſe opponunt, & veritati aures claudunt, nec intelligunt magna etiam præcipitia adire, dummodo contra illos quicquam agere poſſint, quos putant ſibi aduerſarios eſſe. Qualis & præſens ſermo eſt. Qui manifeſtè in eorum, qui tres Deos putant, incidit hæreſim. Hic verò quam imprudentiſſimè ſuum Deum in alios inferre conatur: & illi quidem, qui prius Spiritui Sancto aduerſabantur, ex Patre, vel Filio eſſe eum audientes, quod ex perſona quidem eorum eſſet, recipiebant: Quod autem ex eorum ſubſtantia, negabant. Nunc verò alterum ij atrocius bellum inferunt. Recipiunt enim ex ſubſtantia eorum eum eſſe; ſed ex eorum perſona minimè. Ita nunquam deſiſtit Eccleſiæ Sanctæ hoſtis ſcandala diſſeminare. Quæ quidem vt veniant neceſſe eſt, ſed vè homini illi, per quem veniunt. Quamquam & illis quidem venia fortaſſe aliqua danda eſſet, imò verò aliquod veniæ veſtigium: cum quædam in teſtimonium adducere haberent, quæ ex perſonis diuinis eſſent, non autem ex ſubſtantia, quod de creaturis patet. Iſtis verò quænam excuſatio erit, cum ex ſubſtantia eum eſſe fateantur, ex perſona verò eius, ex cuius ſubſtantia illum eſſe concedunt, negent. Ita & ſibi ipſis, & veritati contraria pugnantiaque dicunt.

Duodecimum Argumentum Vecci.

CVm quidam dicere audeant illud emanare ex Filio Spiritum Sanctum, prodire, ſplendere atque manifeſtari, non ſignificare eum ſubſtantialiter, & perſonaliter ex Filio eſſe: ſed gratiarum ex eo ſpiritualium quandam tributionem. Ad eam opinionem redarguendam collectæ ſunt præſentes auctoritates, quæ ſplendere, emanare, atque manifeſtari Filium ex Patre oſtendunt. Nemo enim vnquam diceret non emanare, non ſplendere, non manifeſtari ſubſtantialiter ex Patre Filium, ſed eius gratias, aut dona.

Pa-

Palamæ Contradictio.

QVod ex aliquo aut generatione, aut proceſſione eſſentiam habet, ex eo etiam prodire, & emitti, & ſplendere dicitur, & eiuſmodi. non tamen quicquid prodit, aut emittitur, aut ſplendet ex alio, habet etiam ex illo per generationem, vel proceſſionem eſſentiam, atque in propria ſubſiſtentia eſt. At iſte, qui has collegit auctoritates, impudens ipſe, ac temerarius cum ſit, temeritatis illos accuſat, qui piè, ac rectè de diuinis ſapiunt.

Nicæni Defenſio.

AFfer etiam neceſſitatem, qua de cauſa de Filij progreſſu ex Patre, & Spiritus Sancti æquiualeant cuncta hæc nomina generari ſcilicet, procedere, prodire, emanare, oriri, & eiuſmodi. De productione verò Spiritus ex Filio non idem ſint oriri, & cætera eiuſmodi cum procedere. Aut quid cauſæ eſt cur quod procedit, etiam emanet, nec tamen è conuerſo? Non ita ſimpliciter, & ſine ratione conclude quaſi petens vt auditores ex gratia quicquid velis admittant. Quod ſi ipſe illa ſine demonſtratione loquens, ſtrenuum quiddam feciſſe arbitraris, etiam ipſi eodem modo ſimpliciter tibi contradicemus; & fortaſſis tantò magis nobis adhibebitur fides, quantò nos melius, veriuſque ipſi dicemus. Nam de creaturis quidem fortaſſis hoc reperietur: quod videlicet ex aliquo mittitur, vel prodit, vel emanat, vel oritur non etiam ex illo eſſentiam habet, in quibus aliud eſt eſſe, aliud mitti: quamquam neq; de ijs vniuerſaliter, neq; de cunctis hoc nominibus apertè dici poſſit. Quippe cũ aliquid ex re quadã oritur, aut emanat: vt etiam ex illa ſit neceſſe eſt. De Sancta verò Trinitate quænam ratio eſt, cur quod ex aliquo habet eſſe, oriatur, & emanet etiam ex illo neceſſe ſit: id autẽ quod oritur, & emanat non etiã ſit ex eo præſertim cum in ea hæc nomina, oriri videlicet, prodire, ac procedere, itemque & mitti vnam rem ſignificent; & ſi interdum ratione differat. Quare manifeſtè patet quod iſte etiã ſermo neq; benè dicitur, neque neceſſarij quicquam nec deniq; aliquid veri affert. Qui cum ſuperioribus ſimilis ſit, ſimilem etiam ſibi, atque illis infirmitatem, & errorem teſtatur.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΒΕΚΚΟΥ

ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΡΗΣΕΩΝ ΓΡΑΦΙΚΩΝ,

δι' ὧν συνίσταται τὸ τῶν Λατίνων δόγμα.

Ο ΜΕΓΑΣ Βασίλειος ἐν τῷ β. τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικῶν, οὗ ἡ ἀρχὴ, ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ τῶν ὅλων λόγοις, οὕτω φησίν. ἐκεῖνο δὲ τίνι τῶν πάντων ἄδηλον, ὅτι οὐδεμία ἐνέργεια τοῦ υἱοῦ ἀποτετμημένη ἐστὶ τοῦ πατρὸς, οὐδὲ ἔστι τι ἐν τοῖς οὖσι τῷ υἱῷ ὑπάρχον, ὃ τοῦ πατρὸς ἠλλοτρίωται. πάντα γάρ φησι τὰ ἐμὰ, σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά. πῶς οὖν τοῦ πνεύματος τὴν αἰτίαν τῷ μονογενεῖ μόνῳ προστίθησι, καὶ κατηγόρημα αὐτοῦ τὴν τούτου λαμβάνει δημιουργίας. Εἰ μὲν οὖν δύο ἀρχὰς ἀντιπαρεξάγων ἀλλήλαις ταῦτα φησὶ, μετὰ Μανιχαίου, καὶ Μαρκίωνος συντριβήσεται. εἰ δὲ μιᾶς ἐξάπτει τὰ ὄντα, τὸ παρὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι λεγόμενον, πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχει. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ γ. τῶν αὐτῶν, οὗ ἡ ἀρχή. μόλις δέ ποτε κορεσθεὶς, φησί. τίς γὰρ ἀνάγκη εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδιδόασιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος. φύσει δὲ τρίτη κεχρῆσθαι, οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων δεδιδάγμεθα γραφῶν, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίζεσθαι. ὡς γὰρ ὁ υἱὸς τάξει μὲν δεύτερος τοῦ πατρὸς, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία τοῦ εἶναι αὐτοῦ ὁ πατήρ· καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα. φύσει δὲ οὐκέτι δεύτερος, διότι ἡ

θεό-

IOANNIS VECCI.

Collectio ſententiarum ex Sanctorum ſcriptis, quibus Latinorum dogma ſtabilitur.

Quas ex Vaticana Bibliotheca Græcè deſcripſit Arcudius; & eas in Latinum vertit nonnullis alijs ſuperadditis.

MAGNVS Baſilius in ſecundo libro refutatorio aduerſus Eunomium, cuius initium, in ſermonibus igitur de Deo vniuerſorum, ſic ait, illud verò cui ex omnibus manifeſtum non eſt, quod nulla operatio Filij ſit indiuiſa à Patre, neque quidquam eſt in rebus quod Filij ſit, quod idem ſit alienum à Patre, omnia enim inquit, mea, tua ſunt, & tua mea ſunt. quomodo igitur Spiritus cauſam ſoli vnigenito attribuit, & ipſum Spiritum redarguit, quod creatura ſit Filij. ſi igitur duo principia opponens inuicem hæc ait, vnà cum Manichæo, & Marcione conterretur, ſin ex vno principio appendit entia, quod dicitur à Filio eſſe factum, ad primam cauſam relationem habet. Idem in tertio libro quibus confutat eundem Eunomium, cuius initium, vix tandem ſaturatus, ait, quæ enim neceſſitas, ſi dignitate, ac ordine tertius eſt Spiritus, tertius ſit & natura, dignitate enim ſecundum eſſe à Filio ab ipſo habentem eſſe, & ab ipſo accipientem, & annunciantem nobis, ac omninò ab ea cauſa dependentem, tradit pietatis ſermo. natura verò tertium eſſe, neque à ſacris Scripturis edocti ſumus, neque ex dictis neceſſaria con ſequutione concludi poteſt. Vt enim Filius ordine ſecundus eſt à Patre, quod ab eo ſit, ac dignitate, quod principium & cauſa ſit ipſius Pater, & quod ab ipſo ſit proceſſus & acceſſus ad Deum Patrem, natura verò minimè ſit ſecundus, quoniam diuinitas in vtroque vna; ita nimirum & Spiri-

θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία· οὐ τοῦ δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; εἰ δὲ ὑποβέβηκε τὸν υἱὸν τῇ τάξει δὲ τῷ ἀξιώματι, οὐκέτ' ἂν εἰκότως ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως ἀκληθείη. καὶ μετ' ὀλίγα, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰ καὶ ἀξιώματι καὶ τάξει ὑποβέβηκε, παρείληφα μὲν γὰρ αὐτὸ τρίτον ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἀριθμούμενον, αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἐν τῇ παραδόσει τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος παραδεδωκότος τὴν τάξιν, ἐν οἷς εἶπε, πορευθέντες βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἀλλ' εἰς φύσιν τινὰ τρίτην ἀπὸ υἱοῦ καὶ πατρὸς ἐκβαλλόμενον, οὐδαμοῦ μεμαθήκαμεν. ὁ αὐτὸς κἂν τῷ τετάρτῳ τῶν αὐτῶν, οὗ ἡ ἀρχή. Εἰ φύσει Θεὸς ὁ υἱὸς, ὡς ἐρώτησιν ὑπὸ τῶν ἐναντίων δῆθεν τιθεὶς, διατί μὴ ἔσται τὸ πνεῦμα υἱὸς τοῦ υἱοῦ; οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ φησὶν, ἀλλ' ἵνα ἡ Τριὰς μὴ νομισθῇ πλῆθος ἄπειρον υἱοὺς ἐξ υἱῶν ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις ἔχειν ὑποπτευθεῖσα. ἀλλὰ λέγεις εἰ Θεοῦ μὲν εἰκὼν ὁ υἱὸς, υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα, καὶ Θεοῦ μὲν λόγος ὁ υἱὸς, ῥῆμα δὲ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, διατί μὴ υἱὸς τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα εἴρηται; ὁ αὐτὸς καὶ ἐν ἑτέρῳ κεφαλαίῳ τοῦ αὐτοῦ λόγου, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, ὅτι θεία φύσις τὸ πνεῦμα, φησί. πνεῦμα γὰρ τῷ ζῶντι λόγῳ συμπαρατεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν, ζῶσα δύναμις καὶ θεία φύσις, ἄρρητος ἐξ ἀρρήτου στόματος πεφηνυῖα, ἀρρήτως καὶ κατὰ τὴν ἐμφύσησιν εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀπεσταλμένη. καὶ κατὰ δὲ σωματικῶς ὑπὸ τοῦ κυρίου δειχθέντα τύπον αὖθις ὑπ' αὐτοῦ διὰ ἐμφυσήσεως ἀποκαθισταμένη. συνέχειν γὰρ δεῖ τῇ κατ' ἀρχὰς καινότητι τὴν ἀνακαίνωσιν, καὶ τὴν συνδρομὴν, ἣν ἐξετύπωσεν ἐμφυσήσας, οὐχ ἕτερος ὢν παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐμφυσήσαντα, ἀλλ' αὐτὸς δι' οὗ Θεὸς δέδωκε τὴν ἐμφύσησιν. τότε μὲν μετὰ ψυχῆς, νῦν δὲ εἰς ψυχήν. ὁ αὐτὸς ἐν ἑτέρῳ κανόνι, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα ἐκ Θεοῦ λέγητε, οὐδὲ τὸν λόγον, φησὶ, πῶς ἂν χωρίζοιτο τὰ ἀχώριστα. λόγος Θεοῦ, καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ιζ. πρὸς Ἀμφιλόχιον κεφαλαίῳ, οὕτω φησὶν, ὡς τινὰ ἔχει ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα, οὕτως πρὸς τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἐν τῷ βαπτίσματι παραδιδομένην τοῦ λόγου σύνταξιν. οὐδὲ τὸ πνεῦμα τῷ υἱῷ συντέτακται, ὁ δὲ υἱὸς

τῷ

ritus Sanctus etiam ſi ſubſequatur Filium ordine ac dignitate, non tamen merito alienæ ipſum eſſe naturæ ſequetur. & poſt pauca, Spiritus Sanctus quamuis ordine ac dignitate ſubit Filium, ſiquidem accepimus eum tertium à Patre & Filio connumeratum, cum ipſe Dominus in traditione ſalutaris baptiſmatis aſſignauerit ordinem, in quibus dixit, Euntes docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ſed tertium in naturam quanquam à Filio, ac Patre reiectum, nuſquam didicimus. Idem etiam in quarto libro aduerſus eundem; qui incipit, An natura Filius ſit Deus. Vt interrogationem ab Aduerſarijs ſanè ponens, cur etiam Spiritus Filij Filius non ſit; Non quod non ſit, inquit, ex Deo per Filium, ſed ne Trinitas cenſeatur in infinitam multitudinem procedere, ac aliquis ſuſpicetur, vt in humanis eam habere Filios ex Filijs. ſed dicis, ſi Dei quidem Filius eſt Imago Dei (Patris) Filij vero eſt Spiritus, & Dei quidem Verbum Filius, Verbum verò Filij Spiritus, cur Spiritus non eſt dictus Filij Filius? Idem in alio capite, eiuſdem ſermonis, cuius inſcriptio, quod Spiritus Sanctus diuina ſit natura, ait, Spiritus enim eiuſdem ordinis eſt cum viuo Verbo ad procreandum. viua vis, & diuina natura ineffabilis ex ineffabili ore exiſtens, ineffabiliter & ſecundum inſufflationem in hominem miſſa, & ſecundum corporaliter à Domino oſtenſum typum rurſus ab eo per inſufflationem reſtituta. ſiquidem concurrere debent nouitas, quæ facta eſt à principio, & renouatio atque concurſus, quem expreſſit inſufflans, non alius exiſtens præter eum, qui à principio inſufflauit, ſed ipſe per quem Deus dedit inſufflationem, tum quidem vnà cum anima, nunc autem in animam. Idem in alio Canone; cuius Inſcriptio, Niſi Spiritum ex Deo dicit aliquis, neque Verbum, quomodo, inquit, ſeparentur, quæ ſeparari non poſſunt. Verbum Dei, & Spiritus Dei, & ex Deo per Filium. Idem in decimoſeptimo capite ad Amphilochium, ſic ait; quemadmodum igitur ſe habet Filius ad Patrem, ſic Spiritus ad Filium, ſecundum traditum in baptiſmate à Deo Verbo ordinem. Quod ſi Spiritus cum Filio componitur, Filius

τῷ πατρὶ, καὶ τὸ πνεῦμα τῷ πατρὶ δηλονότι. ἐν δὲ τῷ η. τῶν αὐτοῦ κεφαλαίων φησίν. ἓν δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δι᾽ ἑνὸς υἱοῦ τῷ ἑνὶ πατρὶ συναπτόμενον. Καὶ μετά τινα, ἡ τοίνυν ὁδὸς τῆς θεογνωσίας ἐστὶν, ἀπὸ τοῦ ἑνὸς πνεύματος, διὰ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ, ἐπὶ τὸν ἕνα πατέρα, καὶ ἀνάπαλιν ἡ φυσικὴ ἀγαθότης, καὶ ὁ κατὰ φύσιν ἁγιασμὸς καὶ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ μονογενοῦς ἐπὶ τὸ πνεῦμα διήκει. οὕτω καὶ αἱ ὑποστάσεις ὁμολογοῦνται, καὶ τὸ εὐσεβὲς δόγμα τῆς μοναρχίας οὐ διαπίπτει. ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς τὰς κανονικὰς ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, ὅσον ἠνίασεν ἡμᾶς πρότερον, φησίν. ὅταν δὲ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν εἶναι διδασκώμεθα, μὴ καταπίπτωμεν ἐπὶ τὰς σωματικὰς τῶν παθῶν ἐννοίας. οὐ γὰρ ἐμερίσθη ἡ οὐσία ἀπὸ πατρὸς πρὸς υἱὸν, οὐδὲ ῥυεῖσα ἐγέννησεν, οὐδὲ προβαλοῦσα ὡς φυτὰ τοὺς καρποὺς, ἀλλ᾽ ἄρρητος καὶ ἀνεπινόητος λογισμοῖς ἀνθρώπων τῆς θείας γεννήσεως ὁ τρόπος. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον πατρὶ μὲν καὶ υἱῷ συναριθμεῖται, διότι καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἐστί· τέτακται δὲ τρίτον, ὡς ἐν εὐαγγελίῳ δεδιδάγμεθα παρὰ τοῦ κυρίου εἰπόντος, πορευθέντες βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ δὲ προτιθεὶς τοῦ υἱοῦ, ἢ πρεσβύτερον λέγων τοῦ πατρὸς ἀνθίσταται τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ. ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Γρηγόριον τὸν ἀδελφὸν ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, ἐπειδὴ πολλοὶ, φησὶν, ἐπειδὴ τοῦ Χριστοῦ ἐστὶ τὸ πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἁλύσεως ὁ τοῦ ἑνὸς ἄκρου ἁψάμενος καὶ τὸ ἕτερον ἄκρον συνεπισπάσεται, οὕτως ὁ τὸ πνεῦμα ἑλκύσας δι᾽ αὐτοῦ καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα συνεφείλκυσε. καὶ εἰ τὸν υἱὸν ἀληθῶς τις λάβοι, ἕξει αὐτὸν ἑκατέρωθεν τῇ μὲν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, τῇ δὲ τὸ ἴδιον πνεῦμα συνεπαγόμενον. οὐ γάρ ἐστιν ἐπινοῆσαι τομὴν ἢ διαίρεσιν, ὡς ἢ υἱὸν χωρὶς πατρὸς νοηθῆναι, ἢ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ διαζευχθῆναι. Ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῇ εἰς τὸ πάτερ ἡμῶν τρίτῃ ὁμιλίᾳ αὐτοῦ, ἧς ἡ ἀρχὴ, ὁ τὴν σκιὰν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν περιέχων νόμος, φησὶν, ὁ γὰρ μονογενὴς υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς παρὰ τῆς ἁγίας γραφῆς ὀνομάζεται, καὶ μέχρι τούτου ἵστησιν ὁ λόγος αὐτοῦ τὸ ἰδίωμα. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ

ἐκ

autem cum Patre, etiam Spiritus cum Patre videlicet. In octauo eorumdem capitum ait, vnus autem & Spiritus Sanctus per vnum Filium vni Patri coniungitur. & poſt aliqua, Via igitur cognitionis Dei eſt ab vno Spiritu, per vnum Filium, ad vnum Patrem, & è contrario, Naturalis bonitas, & ſecundum naturam Sanctificatio, & regia dignitas à Patre per vnigenitum, ad Spiritum peruenit. ſic & hypoſtaſes confitemur, & pium dogma monarchiæ non ruit. Idem in Epiſtola ad Canonicas, cuius initium, quantum nobis prius triſtitiam attulit, ait, cum de ſubſtantia Patris Filium eſſe docemur, ne ad cogitationes labamur corporeas. neque enim eſſentia diuiſa eſt à Patre ad Filium, neque fluens genuit, neque produxit vt arbores fructum, ſed ineffabilis, ac inintelligibilis humano captu diuinæ generationis eſt modus. Spiritus verò Sanctus Patri quidem ac Filio co numeratur, quoniam & ſupra creaturam eſt, poſitus autem eſt tertius, vt in Euangelio edocti ſumus a Domino dicente; Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Qui verò præponit eum Filio, aut antiquiorem aſſerit eſſe Patre, is ſe opponit conſtitutioni Dei. Idem in Epiſtola ad Gregorium fratrem, cuius initium, quandoquidem plurimi, ait, quoniam Chriſti eſt Spiritus, & ex Deo eſt, vt ait Apoſtolus, quemadmodum in catena, qui vnum extremum apprehendit, & alterum extremum ſimul traxit; ita qui Spiritum traxit, per ipſum & Filium & Patrem ſimul vna traxit, & ſi Filium quiſpiam acceperit, habebit vtrinque hinc quidem ipſius Patrem, hinc verò proprium ipſius Spiritum ſimul adductum. Non enim excogitare poſſumus ſectionem, aut diuiſionem, vt vel Filius ſine Patre intelligatur, vel Spiritus à Filio diſiungatur. Gregorius Nyſſenus in Pater noſter homilia tertia cuius initium, lex futurorum bonorum continet vmbram, ait, Vnigenitus namque Filius ex Patre à Sacra Scriptura nominatur, & hucuſque ſiſtit ſermo (diuinus) ipſi proprietatem, Spiritus verò Sanctus & à Patre dicitur: & à Filio eſſe teſtimonium habet. Idem in primo libro contra

ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικῶν φησιν, ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων, οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ μονογενοῦς ἔχεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως. ὁ ἅγιος Ἀναστάσιος ἐν τῷ λόγῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, Κύριος ὁ Θεὸς μου δύναμίς μου, οὕτω φησί. Ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ πνεῦμα στόματος αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται, καὶ πνεῦμα πάλιν ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ ἀποστελλόμενον. οὐ μόνον παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ. Τοῦ αὐτοῦ παρὰ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων. καὶ μὴν ὁ Χριστὸς ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπάρχειν, ἐμφυσῶν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. Ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης Συνόδου, ἐν οἷς εἶπον οἱ πατέρες διὰ τοῦ Ἐπισκόπου Λεοντίου πρὸς τὸν Φιλόσοφον, εὕρηται τὸ πνεῦμα ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ πατρὸς, ἴδιον δὲ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζον. Ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῷ πρὸς Νεστόριον λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος, φησιν, εἰ καὶ ἔστι τὸ πνεῦμα ἐν ὑποστάσει ἰδικῇ, καὶ δὴ καὶ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ καθὸ πνεῦμα ἐστὶ καὶ οὐχ υἱὸς, ἀλλ' οὖν ἐστιν οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ πατρός. Ὁ αὐτὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῇ εἰς τὸν Προφήτην Ἰεζεκιήλ. ἦν μὲν γάρ ἐστι φησὶ Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ υἱός. γεγέννηται γὰρ ἐκ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἴδιον αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα ἐστὶν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸς βασιλέα Θεοδόσιον, οὗ ἡ ἀρχή. τῆς μὲν ἐν ἀνθρώποις εὐκλείας, φησί. βαπτίζονται ἔφη τὸν Ἰησοῦν ἐν πυρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι. οὐ τὸ ἀλλότριον τοῖς βαπτιζομένοις ἐνιέντα πνεῦμα δουλοπρεπῶς καὶ ὑπηρετικῶς, ἀλλ' ὡς Θεὸν κατὰ φύσιν μετ' ἐξουσίας τῆς ἀνωτάτω τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἴδιον αὐτοῦ. Καὶ μετ' ὀλίγα. ἀπολύων ἁμαρτίας τὸν αὐτῷ προσκείμενον, τῷ ἰδίῳ λοιπὸν καταχρίει πνεύματι, ὅπερ ἐνίησι μὲν αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, καὶ ἐξ ἰδίας ἡμῖν ἀναπηγάζει φύσεως. κοινὸν δὲ ὥσπερ τι χρῆμα τεθεὶς μετὰ τὸ ἐνανθρώ-

πη-

Eunomium, ait, Vt enim iungitur Patri Filius, & ab eo habere eſſe, non facit poſteriorem ſecundum exiſtentiam; ita rurſus Spiritus Sanctus cum vnigenito coniungitur, ſolo mentis conceptu ſecundum cauſæ rationem præintellecto (Filio) hypoſtaſi Spiritus. Sanctus Anaſtaſius in oratione, quæ incipit, Dominus Deus meus. virtus mea, ſic habet, ita enim & Spiritus oris eius, videlicet Dei Spiritus Sanctus dicitur, & rurſus Spiritus ab ipſo procedens, & miſſus non ſolum à Patre, ſed etiam à Filio. Eiuſdem in tractatu de rectis ſecundum nos dogmatibus veritatis. Porrò autem Chriſtus oſtendens ſe Spiritum Sanctum exiſtere, inſufflans diſcipulis aiebat, accipite Spiritum Sanctum. In actis primæ Nicænæ Synodi, in quibus dixerunt Patres per Epiſcopum Leontium ad Philoſophum, reperitur Spiritus procedens à Patre, ſed proprius eſſe Filij. & ab ipſo emanans. Sanctus Cyrillus in oratione ad Neſtorium, quæ incipit, Saluatore noſtro dicente, quamuis, inquit, Spiritus eſt in propria hypoſtaſi, & etiam intelligitur per ſe, quatenus Spiritus eſt, & non Filius, ſed tamen non eſt alienus à Filio, quippe Spiritus veritatis nominatus eſt, Chriſtus autem eſt veritas, & effunditur certè non aliter atque à Patre. Idem in expoſitione in Prophetam Ezechielem, quatenus quidem eſt Deus, inquit, ex Deo Filius ſecundum naturam, natus eſt enim ex Deo & Patre, propriuſque ipſius & in ipſo & ex ipſo Spiritus eſt, quemadmodum profectò & in ipſo intelligitur Deo & Patre. Idem in oratione ad Theodoſium Imperatorem, cuius principium, gloria humani ſplendoris, ait, baptizantem, inquit, Ieſum in igne & Spiritu, non alienum in baptizatos immittentem Spiritum ſeruiliter & famulorum inſtar, ſed vt Deum ſecundum naturam cum poteſtate ſuprema, qui Spiritus ex ipſo & proprius ipſius eſt. & poſt pauca. abſoluens à peccato eum, qui adhæret ipſi, deinceps proprio illinit Spiritu, quem quidem immittit ipſum quod ex Deo Verbum, & ex propria nobis natura inſtar fontis emittit. communem verò vt rem aliquam faciens poſt humanationem, etiam vt homo corporaliter

πηγήν, καὶ ὡς ἄνθρωπος ἐνέπνευσε σωματικῶς. ἐνεφύσησε γὰρ τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις εἰπὼν, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. Ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ ἑρμηνείας κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν λόγοις. ἔγγιστα τῆς ἀρχῆς φησί. ζητητέον δὲ ἔτι πῶς τὸ πνεῦμα ἐστίν, ἢ ὥσπερ τὸ ζητεῖσθαι νοεῖ, ἐπ' αὐτὴν ὁ μῶμος τῆς θείας ἀναδραμεῖται φύσιν, ἅπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ναὶ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορευόμενον πνεῦμα. Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ϛ. τῶν θησαυρῶν ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι, φησὶν, ὅτι τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ἡμῖν γινόμενον συμμόρφους ἡμᾶς ἀποδείκνυσι Θεοῦ, πρόεισι δὲ καὶ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, πρόδηλον ὅτι τῆς θείας ἐστὶν οὐσίας, οὐσιωδῶς ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς προϊόν. ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ τὸ ἐξ ἀνθρωπείου στόματος ἐκτρέχον ἐμφύσημα. εἰ καὶ μικρὸν καὶ οὐκ ἄξιον τοῦ λόγου τὸ ὑπόδειγμα. ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ τῆς ἐν σαρκὶ ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ λόγου, οὗ ἡ ἀρχή, οἱ κακοτέχνως τὰς θείας γραφὰς βουλόμενοι νοεῖν, φησὶν, αὐτὸς γὰρ αὐτὸ ἄνωθεν ἔπεμψεν ὡς Θεός, καὶ αὐτὸς αὐτὸ κάτωθεν ὑπεδέξατο ὡς ἄνθρωπος. ἐξ αὐτοῦ οὖν εἰς αὐτὸν κατῄει, ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ, εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ. Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ φησί. διὰ τοῦτο Δαβὶδ ψάλλων τῷ Θεῷ λέγει, ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς. ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. οἶδε γὰρ παρὰ Θεῷ πατρὶ ὄντα τὸν υἱὸν τὴν πηγὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸς ἀντιοχεῖς τόμῳ, οὗ ἡ ἀρχή, τοῖς ἀγαπητοῖς, καὶ ποθεινοτάτοις συλλειτουργοῖς, φησί, μηδὲν πλέον ἀπαιτήσητε παρ' αὐτῶν, ἢ ἀναθεματίζειν μὲν τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν, ὁμολογεῖν δὲ τὴν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ὁμολογηθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ πίστιν. ἀναθεματίζειν δὲ καὶ τοὺς λέγοντας κτίσμα εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ διῃρημένον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Χριστοῦ. ὁ αὐτὸς ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ. τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα, οὐ κτίσμα, οὐδὲ ξένον, ἀλλ' ἴδιον καὶ ἀδιαίρετον τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ. ὁ Χρυσόστομος ἐν τῷ λόγῳ εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸ ἑκάστῳ κλήματι ἐφεστήκασιν ἄγγελοι, φησίν, ἦλθεν ὁ Χριστὸς πρὸς ἡμᾶς, ἔδωκεν ἡμῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα, καὶ ἀνέλαβε τὸ ἡμέτερον σῶμα. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὸ

ter inſpirabat, quippe inſufflauit Sanctis Apoſtolis dicendo, accipite Spiritum Sanctum. Idem in ſermonibus ad Hermiam per interrogationem, & reſponſionem prope principium ait, non eſt autem Spiritus mutabilis, vel ſi hoc morbo laborat, in ipſam diuinam naturam cadet reprehenſio, ſiquidem Spiritus eſt Dei Patris, ita verò etiam Filij, qui ſubſtantialiter ex ambobus, hoc eſt, ex Patre per Filium eſt procedens. Idem in ſecundo Theſaurorum in oratione, cuius inſcriptio quod à ſubſtantia Patris & Filij Spiritus Sanctus eſt; ait, quando igitur Spiritus Sanctus in nobis exiſtens conformes nos facit Dei, prouenit autem & ex Patre ac Filio, permanifeſtum eſt, quod diuinæ ſit naturæ, ſubſtantialiter in ipſa & ex ipſa proueniens. quemadmodum profectò etiam inſufflatio ex ore humano excurrit, quamuis paruum, ac non ſatis aptum exemplum. Magnus Athanaſius in oratione de manifeſtatiore in carne Verbi Dei, cuius initium, qui malitioſè diuinas Scripturas intelligere volunt, ipſe enim (Chriſtus) ipſum (Spiritum) deſuper vt Deus mittebat, & ipſe ipſum inferius vt homo ſuſcipiebat. ex ipſo igitur in ipſum deſcendit, ex Deitate ſua, in ſuam humanitatem. & rurſus in eadem oratione ait, hac de cauſa Dauid canens Deo dicit, quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. nouerat enim apud Deum Patrem eſſe Filium fontem Sancti Spiritus. Idem in tomo ſeu Epiſtola ad Antiochenſes, cuius initium, Cariſſimis & deſideratiſſimis comminiſtris. nihil amplius ab illis exigatis, quàm vt anathematizent Arianorum hæreſim, confiteantur verò Sanctorum Patrum in Nicæa fidem. anathematizent etiam eos, qui dicunt, Spiritum Sanctum eſſe creaturam, & diuiſum à ſubſtantia Christi. Idem in eadem Epiſtola infra. Et Spiritum Sanctum (ſe agnoſcere) non creaturam, neque alienum, ſed proprium & indiuiſum à ſubſtantia Patris & Filij. Chryſoſtomus oratione in Natiuitatem Domini Noſtri Ieſu Christi: & quod vnicuique climati præſint Angeli. ait, Chriſtus venit ad nos, dedit nobis Spiritum, qui ab ipſo eſt, & aſſumpſit noſtrum corpus. Idem in oratione, quæ eſt, in my-

μυστήριον τοῦ βαπτίσματος, οὗ ἡ ἀρχή, πάλιν ἡμῖν ἡ τοῦ Μακαρίου Δαβὶδ πνευματικὴ κιθάρα, φησί. διὰ τοῦτο σωτὴρ δείκνυσιν αὐτὸν πηγὴν ζωῆς, καὶ ὕδωρ ζῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ τῶν δύο διαθηκῶν, οὗ ἡ ἀρχή, Θεὸν δὲ ἴσα καὶ τὸν αὐτὸν δεδηλώκασιν ἐξ ἀρχῆς νόμος, φησί, διὰ γὰρ τὸ γενέσθαι ναὸν τῆς θείας δυνάμεως τὸ σῶμα τοῦ κυρίου τὸ θεοφόρον. γίνῃ καὶ σὺ ναὸς καθ᾽ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. δέχῃ γὰρ ἐκπεμπόμενον παρ᾽ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα. ὥσπερ οὖν Χριστὸν ἐπιγνοὺς, ἐπέγνως Θεὸν, οὕτω καὶ πνεῦμα Χριστοῦ δεξάμενος, ἐδέξω Θεόν. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ β. περιφυλακτικῷ, οὗ ἡ ἀρχή, ἐπειδὴ τῷ ἀγαθῷ περιστερχόμεθα, φησί, καὶ οὕτως ἡμᾶς φυλάξει τὸ παρὰ Χριστοῦ πνεῦμα εἰς τὴν ἡμέραν τῆς μελλούσης ἀπολυτρώσεως. ὁ Θαυματουργὸς Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή, ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι, φησί, τοῦ κυρίου ὁ πατὴρ ἀρχὴ ἀϊδίως αὐτὸν γεννήσας, καὶ πρωτότυπος τοῦ πνεύματος ὁ Κύριος,
μένοντος. καὶ μετά τινα, ἀγεννήτου μὲν ὄντος τοῦ πατρὸς, γεννηθέντος δὲ τοῦ υἱοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς, τοῦ τε πνεύματος ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἀϊδίως ἐκπεμφθέντος· ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων τῶν θησαυρῶν τοῦ ε. φησὶν, ἴδιον δὲ πάντως τὸ πνεῦμα τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ, καὶ οὐκ ἔξωθεν ὑποστατόν. καὶ ἐν ἄλλῳ, νομοθετοῦντος τοιγαροῦν τοῦ Χριστοῦ ὡς ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς ὑπάρχον τὸ πνεῦμα αὐτοῦ νομοθετεῖ. καὶ ἐν ἄλλῳ, ὡς γὰρ ἐκ τῆς οὐσίας ὑπάρχον τῆς τοῦ χορηγοῦντος αὐτὸ τοῖς ἁγίοις Χριστοῦ δηλαδή. Καὶ ἐν ἄλλῳ. οὐδεμίαν ἄρα φύσεως οἶδεν ὁ Παῦλος διαφορὰν τοῦ τοῦ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, ἀλλ᾽ ὡς ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ὑπάρχον τῷ τῆς κυριότητος ὀνόματι καλεῖ. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ, οὐκοῦν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα. καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ, ἀνάγκη τὸ πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας ὑπάρχειν ὁμολογεῖν τοῦ υἱοῦ. ὁ αὐτὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην, φησί. τῶν γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς φυσικῶν ἀγαθῶν ὑπάρχων ὁ υἱὸς κοινωνὸς, ἔχει τὸ πνεῦμα, ὅπως καὶ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα συνέχει, καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων προάγων εἰς τὸ ἔξω προχεῖ αὐτό. διὸ καὶ σωματικῶς αὐτὸ τοῖς μαθηταῖς ἐμπεφύσηκεν. ὁ αὐτὸς ἐν ἑνὶ κεφαλαίῳ τοῦ β. τῶν θησαυρῶν, φησί, δείκνυται σαφῶς οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ

myſterium baptiſmi Cuius initium, iterum nobis beati Dauid ſpiritualis cithara, propter hoc, inquit, & Saluator oſtendit ſe ipſe fontem vitæ, & aquam viuam Spiritum Sanctum. Idem in oratione de duobus teſtamentis, cuius initium Deum verò vnum & eundem ſignificarunt à principio lex &c. ait, eo quod Corpus Domini Deiferum factum ſit templum Diuinæ potentiæ, eundis tu quoque templum ad ſimilitudinem ipſius; quippe recipis ab eo emiſſum Spiritum. Quemadmodum igitur Chriſtum agnoſcens agnouiſti Deum, ſic & Spiritum Chriſti recipiens, recepiſti Deum. Idem in ſecunda oratione præconſeruatiua, qua incipit, quoniam ad bonum accedimus, ait, ità nos conſeruet qui à Chriſto eſt Spiritus in diem futuræ redemptionis. Gregorius Thaumaturgus in oratione cuius initium, inimiciſſimi, & alieni, ait, Domini eſt Pater, qui ab æterno eum genuit, & Dominus eſt prototypus Spiritus Sancti, & poſt pauca: manente exiſtente quidem Patre ingenito, generato autem ex Patre Filio, Spiritu quoque ex ſubſtantia Patris & Filij æternè emiſſo. Sanctus Cyrillus in vno ex capitibus ſecundi libri Theſaurorum ait, proprius eſt autem omninò Spiritus ſubſtantiæ Filij, ac non ab extra conſtitutus; & in alio capite, cum legem ferat Chriſtus, tanquam in ipſo, & ex ipſo, naturaliter exiſtat Spiritus ipſius, legem ſancit. & in alio capite: Vt enim ex ſubſtantia exiſtens Spiritus Chriſti ſcilicet, qui ipſum erogat Sanctis. & in alio capite. nullam igitur naturæ differentiam nouit Paulus Filij, & Sancti Spiritus. Sed vtpotè qui ex ipſo, & in ipſo naturaliter exiſtat, Dominationis nomine appellate. Rurſus in alio capite igitur ex ſubſtantia Filij eſt Spiritus. Et rurſus in alio capite neceſſe eſt fateri Spiritum ex ſubſtantia eſſe Filii. Idem in expoſitione Euangelij ſecundum Ioannem cum enim, inquit, bonorum Dei, & Patris naturalium Filius ſit particeps, habet Spiritum Sanctum quemadmodum & vnuſquiſque noſtrum continet in ſe proprium Spiritum, ac ex intimis viſceribus ad extra eum effundit, quapropter etiam corporaliter ipſum diſcipulis inſufflauit. Idem in vno capite ſecundi libri Theſaurorum, ait, oſtenditur clarè

Spi-

τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ ὥσπερ ἐνέργειά τις φυσικὴ πάντα δυναμένη πληροῦν ὅσα καὶ βούλεται.

Ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα ἐπιστολῇ, ἐνέργειαν υἱοῦ τὸ πνεῦμα ὀνομάζει. ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν ὁ αὐτὸς μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν β. λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, ἐγὼ μὲν ᾤμην, ἐνέργειαν τοῦ πατρὸς ὀνομάζει ἐν οἷς φησὶν, οὐκ ἀμφίβολον ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ τοῦ πατρὸς ζῶσα βουλὴ, καὶ ἐνούσιος ἐνέργεια, καὶ λόγος ἀληθινός. ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων τοῦ α. τῶν θησαυρῶν, φησὶν, ὁ υἱός ἐστιν ἡ ζῶσα καὶ οὐσιώδης ἐνέργεια καὶ δύναμις καὶ σοφία τοῦ πατρός. ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ δ. περὶ υἱοῦ λόγῳ, φησὶν, εἰκὼν δὲ (τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς) ὡς ὁμοούσιον. καὶ ὅτι τοῦτο ἐκεῖθεν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτου πατήρ. αὕτη γὰρ εἰκόνος φύσις· μίμημα εἶναι τοῦ ἀρχετύπου, καὶ οὗ λέγεται. ἀλλὰ μὴν κατὰ τὸν Θαυματουργὸν Γρηγόριον καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰκών ἐστι τοῦ υἱοῦ. ἄρα, ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ λόγῳ τῷ καλουμένῳ ἀγκυρωτῷ, φησὶ, τὸ πνεῦμα ἀκατάληπτον, οὐκ ἀλλότριον πατρὸς καὶ υἱοῦ, οὐδὲ συναλοιφή ἐστι πατρὸς καὶ υἱοῦ. αὐτὸς γὰρ ὁ μονογενὴς λέγει, τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς· καὶ μετ' ὀλίγα, πνεῦμα ἅγιον, οὐ συνάδελφον, οὐ πατράδελφον, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ. καὶ κατωτέρω αὐτὸς γὰρ ὁ μονογενὴς λέγει, τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, ἵνα μὴ ἀλλότριον νομισθείη πατρὸς, μηδὲ υἱοῦ. καὶ μετ' ὀλίγα, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ. Καὶ μετὰ πάνυ πολλὰ, ἀμφότερα κατοικεῖ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ δικαίῳ, ὁ Χριστὸς καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ πατρὸς πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὥς φησιν ὁ Χριστὸς, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. καὶ μετ' ὀλίγα. ζωὴ δὲ ὅλως ὁ Θεός. οὐκοῦν ζωὴ ἐκ ζωῆς ὁ υἱός. τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα παρ' ἀμφοτέρων. καὶ μετ' ὀλίγα, ἀλλ' ἐρεῖ τις, οὐκοῦν φαμὲν δύο εἶναι υἱοὺς, καὶ πῶς μονογενής, μενοῦνγε, σὺ τίς εἶ, ὁ ἀντιλογιζόμενος τῷ Θεῷ. εἰ γὰρ τὸν υἱὸν καλεῖ τὸν ἐξ αὐτοῦ. τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα τὸ παρ' ἀμφοτέρων. ἃ μόνον πίστει νοούμενα ὑπὸ τῶν ἁγίων φωτίζεται φωτοδότα. Φωτίζειν

τὴν

Spiritus Sanctus non eſſe alienus à Filio, ſed in ipſo & ex ipſo, ac veluti operatio quædam naturalis, omnia potens implere, quæcumque vult.

Magnus Athanaſius in Epiſtola ad Serapionem, operationem Filij Spiritum appellat, ſed etiam Filium, idem Athanaſius in ſecunda oratione contra Arianos, cuius initium, ego quidem putabam, operationem Patris nominat in ijs in quibus dicit, non eſt ambiguum, quod ipſe eſt Patris viuum conſilium, & inexiſtens in ſubſtantia operatio, & Verbum verum. Sanctus Cyrillus in vno ex capitibus primi libri Theſaurorum ait, Filius eſt viua & ſubſtantialis operatio, & potentia & ſapientia Patris. Gregorius Theologus in ſecundo ſermone de Filio, ait, Imago eſt Patris vt conſubſtantialis, & quod iſte inde eſt, & non Pater ab ipſo. hæc enim eſt natura Imaginis, imitationem eſſe exemplaris, & cuius eſſe dicitur: ſed Spiritus Sanctus ſecundum Gregorium Thaumaturgum, & Magnum Baſilium dicitur Imago Filij, ergo. Sanctus Epiphanius in Ancorato ait, Spiritus Sanctus non vna frater, non patruus, ſed ex eadem ſubſtantia Patris & Filij. & paulò infra, ipſe enim vnigenitus ità loquitur, Spiritus Patris, item ex Patre procedens, & de meo accipiet, ne alienus à Patre & Filio crederetur. & poſt pauca, ex Patre & Filio tertius appellatione. & poſt valdè multa, ambo in iuſto habitant Chriſtus, eiuſque Spiritus, quod ſi Chriſtus ex Patre creditur Deus de Deo, & Spiritus à Chriſto, vel ex ambobus vt teſtatur Chriſtus, qui à Patre procedit. & hic de meo accipiet. & poſt pauca, vita totus eſt Deus. ergo vita eſt ex vita Filius. Ac Spiritus Sanctus ex ambobus. Et poſt pauca. ſed dicet aliquis, duos igitur aſſerimus Filios, & quomodo vnigenitus? Immo tu quis es, qui contradicis Deo? ſi enim Filium vocat eum, qui ex ipſo oritur, Spiritum verò Sanctum qui ab vtroque. ex tres perſonæ ſola fide à Sanctis viris perceptæ, lucidæ, ac lucis auctores, lucida ſunt actione præditæ. Et paulò poſt. Spiritus Sanctus Spiritus veritatis eſt lumen tertium à Patre, ac Filio. & poſt pauca, quemadmodum

ne-

τὴν ἐνέργειαν ἔχει. καὶ μετ' ὀλίγα, πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα ἀληθείας ἐστὶ, φῶς τρίτον παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ. καὶ μετ' ὀλίγα, ὃν γὰρ τρόπον οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, οὐδὲ τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, οὕτω τολμῶ λέγειν, οὐδὲ τὸ πνεῦμα, εἰ μὴ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς παρ' οὗ ἐκπορεύεται, καὶ παρ' οὗ λαμβάνει, καὶ οὐδὲ τὸν υἱὸν οὐδὲ τὸν πατέρα, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ δοξάζον ἀληθῶς, τὸ διδασκὸν σὺν πάντας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. Καὶ μετά τινα· τοίνυν πατὴρ ἦν ἀεί, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ πνεῖ. ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ περὶ πνεύματος λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, δεῖ τὸν λόγον καὶ πνεῦμα ἔχειν, φησὶ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ πνοὴν ἀνυπόστατον ἐννοοῦμεν, ἀλλὰ δύναμιν οὐσιώδη ἐκ τοῦ πατρὸς προερχομένην, μήτε ἀρχὴν ἔχουσαν μήτε τέλος. οὐ γὰρ ἐνέλιπέ ποτε τῷ πατρὶ λόγος, οὔτε τῷ λόγῳ πνεῦμα, περὶ οὗ πνεύματος ὁ Ἰὼβ ἔφη. πνεῦμα θεῖον τὸ πλάσαν με, πνοὴ δὲ παντοκράτορος ἡ διδάσκουσά με. ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, ἴσως θαυμάσεις, φησὶ καὶ γὰρ τὸ χρίσμα τοῦτο πνοή ἐστι τοῦ υἱοῦ. ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς τοὺς κατ' Αἴγυπτον καὶ Συρίαν καθολικῇ ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, ὅσοι τὴν ἀσέβειαν συνορᾶτε, φύσιν, ὅμως γονὴν ὡς γέννησιν ἀπαθῆ διὰ τοιαύτης ἐξηγήσεως τὴν τοῦ υἱοῦ νοοῦντες πρόοδον, τὸ πνεῦμα ἀλλότριον πατρὸς καὶ υἱοῦ, ὅτι μὴ γεννητὴ ἡ τούτου πρόοδος, ἀλλὰ πνευστὴ ὁμοιοῦται διὰ τὴν μετάληψιν ὡς πνοῆς ἐκ στόματος ἐρχομένης, καὶ τὸν μεταλαμβάνοντα ἁγιαζούσης, καθὰ δὴ λέγεται πνεῦμα. ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, ἐνέτυχον καὶ τῇ νῦν γραφείσῃ, φησὶν, εἰ τοῦ υἱοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα, καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ πάντα δέχεται τὸ πνεῦμα. ὡς αὐτὸς εἴρηκε, καὶ ἐμφυσήσας δέδωκεν αὐτὸ τοῖς μαθηταῖς. καὶ κατωτέρω, φησὶν, ἀμέλει τοῦ πατρὸς πέμποντος τὸ πνεῦμα, ὁ υἱὸς ἐμφυσῶν δίδωσιν αὐτὸ τοῖς μαθηταῖς. Ἐπειδὴ πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ ἐστίν. ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων τῶν α. τῶν θησαυρῶν, φησὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον σαφῶς ὁ Ἀπόστολος καὶ πνεῦμα κέκληκεν υἱοῦ. ὅτε τοίνυν τὸ τοῦ πατρὸς πνεῦμα, καὶ υἱοῦ πνεῦμα ἐστι, πῶς οὐκ ἔσται κατὰ φύσιν Θεὸς, ὁ τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος Θεοῦ καὶ πατρὸς

ἔχειν

nemo nouit Patrem niſi Filius, neque Filium niſi Pater, ita dicere audeo, neque Spiritum niſi Pater & Filius à quo procedit, & à quo accipit. neque Filium, neque Patrem, niſi Spiritus Sanctus, qui verè clarificat, qui omnia docet, qui teſtimonium de Filio perhibet, qui à Patre & Filio, & paulo poſt. igitur Pater perpetuo extitit, & Spiritus à Patre, Filioque ſpirat. Damaſcenus in oratione de Spiritu, cuius initium, oportet Verbum & Spiritum habere. ait, Spiritum Sanctum non flatum carentem ſubſiſtentia intelligimus, ſed potentiam ſubſtantialem ex Patre prouenientem, neque principium habentem, neque finem. Etenim nunquam defuit Patri Verbum, neque Verbo Spiritus, de quo Spiritu Iob ait; Spiritus diuinus qui fecit me. Spiritus verò omnipotentis, qui docet me. Magnus Athanaſius in Epiſtola ad Serapionem, cuius initium, forſitan mirabere, ait, Etenim hoc Chriſma eſt Spiritus Filij. Idem in Epiſtola Catholica ad eos qui degunt per Aegyptum & Syriam, cuius initium; quicumque impietatem aſpicitis, ait, attamen tanquam generationem impaſſibilem per hanc expoſitionem Filij proceſſionem intelligentes, Spiritum alienant à Patre & Filio, quod non generatione fiat huius proceſſio, ſed ſpirationi aſſimilant. ob participationem veluti Spiritus ex ore prouenientis, & eum, qui participat, ſanctificantis, quatenus ſanè dicitur Spiritus. Idem in altera Epiſtola ad Serapionem de Sancto Spiritu, cuius initium, legi ſcriptam à te Epiſtolam, ait; ſi Filij eſt Spiritus, atque à Filio omnia accipit Spiritus, quemadmodum ipſe dixit, & poſtquam inflaſſet, dedit eum diſcipulis &c. & infra in eadem Epiſtola. Profectò Patre mittente Spiritum, Filius inſufflans dat illum diſcipulis, quandoquidem omnia, quæ habet Pater, Filij ſunt. Sanctus Cyrillus in vno ex capitibus primi libri Theſaurorum ait, Spiritum Sanctum clarè Apoſtolus etiam Spiritum nominauit Filij. quando igitur Spiritus Patris, etiam Filij Spiritus eſt, quomodo non erit per naturam Deus, qui habet ſubſtantialiter propria & præcipua Patris, qui ſecundum

ἔχων οὐσιωδῶς τὰ ἴδια καὶ ἐξαίρετα; Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ. ὁ Ἀπόστολος γὰρ πνεῦμα καλέσας αὐτὸ τοῦ Θεοῦ, εὐθὺς αὐτὸ καὶ πνεῦμα λέγει Χριστοῦ, δεικνύων, ὅτι πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἴδια διαβαίνει καὶ ἐπὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς γεννηθέντα υἱόν. καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ, πῶς οὐκ ἔσται παντί που σαφές, ὅτι περ οὐ μετοχικῶς ἐπὶ τὸν υἱὸν τὰ τοῦ πατρὸς ἐξαίρετα διαβαίνει καθάπερ καὶ ἐν τοῖς λογικοῖς κτίσμασιν, ἀλλ᾽ οὐσιώδης ἕλκει λόγος ἐπὶ τὸ γεννηθὲν τὰ τοῦ γεννήσαντος ἴδια. διὸ δὴ καὶ συνδοτὴρ καὶ συγχορηγὸς φυσικῶς τε καὶ ἀδιαστάτως παραλαμβάνεται, καὶ διανέμει σὺν πατρὶ τοῖς ἁγίοις τὰς δωρεάς. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ, ἐπειδὴ δὲ φαίνεται πάντα λαβὼν φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς, δηλονότι διαχυθείσης εἰς αὐτὸν τῆς τοῦ γεννήσαντος ἀρχῆς τε καὶ κυριότητος, μόνος ἐστὶν ἴδιος τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ, πῶς αὖ εἴη τοῦ γεννητοῦ, ὁ τῆς θείας τε καὶ πατρῴας οὐσίας ἔχων ἐν ἑαυτῷ φυσικῶς τὰ τοῦ πατρὸς ἴδια καὶ ἐξαίρετα. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ, πῶς οὐκ ἔσται ὁ υἱὸς ζῶν ἐκ ζῶντος πατρός, διαβαινούσης εἰς αὐτὸν φυσικῶς τῆς τοῦ γεννήσαντος ἰδιότητος. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ, ὥσπερ δίδωσι τὸ φυτὸν τῷ ἐξ αὐτοῦ προαχθέντι καρπῷ τὴν αὐτοῦ κατὰ φύσιν προσοῦσαν ποιότητα φορεῖν, οὕτως ὁ υἱὸς εἰληφέναι παρὰ τοῦ πατρὸς τὰ αὐτῷ προσόντα νοεῖται. πάντα οὖν ὅσα καὶ ὁ πατήρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατήρ. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ, ὡς ἐξεχούσης εἰς τὸ γέννημα φυσικῶς τῆς πατρικῆς ἰδιότητος, τοῦτο καὶ αὐτὸς ὑπάρχων κατ᾽ οὐσίαν νοηθῆναι ὅπερ ἂν εἴη καὶ ὁ γεννήσας αὐτόν· ὁ μέγας Βασίλειος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων, οὗ ἡ ἐπιγραφή, διότι μὴ καὶ τὸ πνεῦμα υἱὸς τοῦ υἱοῦ, φησί, διὰ δὴ τοῦτο, τὸ μὲν ἐκ Θεοῦ τὸ πνεῦμα εἶναι, φανερῶς ἐκήρυξεν ὁ Ἀπόστολος λέγων, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ Θεοῦ ἐλάβομεν. καὶ τὸ δι᾽ υἱοῦ πεφηνέναι σαφὲς πεποίηκεν, υἱοῦ πνεῦμα ὀνομάσας αὐτὸ καθάπερ Θεοῦ, καὶ νοῦν Χριστοῦ προσειπών, καθάπερ καὶ Θεοῦ πνεῦμα ὡς τοῦ ἀνθρώπου. καὶ μετ᾽ ὀλίγα. ἓν δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἀληθῶς ἅγιον, ὃ δὴ καὶ πνεῦμα στόματος ὀνομάζεται. ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῷ α. τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικῶν, οὗ ἡ ἀρχή, οὐκ ἦν ὡς ἔοικε, φησί, τὸ γὰρ πνεῦμα τῷ πατρὶ κατὰ τὸ ἄκτιστον συναπτόμενον, πάλιν ἀπ᾽ αὐτοῦ τῷ μὴ πατὴρ εἶναι καθάπερ ἐκεῖνος διαχωρίζεται. τοὺς δὲ

πρὸς

naturam Deus eſt ? & rurſus in alio capite. Cum enim Apoſtolus appellaſſet ipſum Spiritum Dei, ſtatim eum & Spiritum dixit Filij. oſtendens quod omnia Patris propria tranſeunt & ad Filium ex ipſo naturaliter genitum. & iterum in alio capite, qui fieri poteſt, vt non ſit cuique clarum, quod non participatè peculiaria Patris ad Filium tranſeunt, quemadmodum & in rationalibus creaturis, ſed ſubſtantiale Verbum trahit ad generatum generantis propria, proinde & vna dator & largitor ſine vlla diſtantia, & intermiſſione aſſumitur, ac diſtribuit vna cum Patre ſanctis largitiones, & iterum in alio capite, quandoquidem videtur omnia accepiſſe naturaliter ac ſubſtantialiter videlicet percurrente in eum generantis principio, ac dominatione, ſolus eſt proprius Patris Filius. Et rurſus in alio. quomodo eſſet vnus ex generatis, qui diuinæ ac paternæ ſubſtantiæ habet in ſe ipſo naturaliter Patris propria, & peculiaria ? rurſus in alio capite, qui fieri poteſt, vt non ſit Filius viuens ex viuente Patre tranſeunte in ipſum naturaliter propria generantis eſſentiæ. Rurſus in alio. Quemadmodum planta tribuit, qui prouenit à ſe fructui, habere qualitatem, quæ ipſi ſecundum naturam adeſt, ſic Filius intelligitur accepiſſe à Patre, quæ ſibi adſunt, omnia igitur habet quæcumque & Pater, abſque eo ſolo quod ſit Pater. & rurſus in alio capite, tanquam currente naturaliter ad prolem paterna proprietate, id & ipſe (Filius) exiſtens ſecundum ſubſtantiam intelligitur quod & Pater eſt, qui eum genuit. Magnus Baſilius in vno ex capitibus, cuius inſcriptio, quare non etiam Spiritus, Filij ſit Filius ? ait, propterea quod eſſe quidem ex Deo Spiritum, diſertè prædicauit Apoſtolus dicens, Spiritum, qui ex Deo eſt, accepimus, & eſſe per Filium manifeſtè declarauit, cum ipſum, Filij Spiritum nominaſſet, ſicut Dei, & mentem Chriſti appellaſſet, vt etiam Dei Spiritum tanquam hominis. Et poſt pauca, Vnus autem eſt Spiritus, qui verè eſt Sanctus, qui ſanè & Spiritus oris nominatur. Gregorius Nyſſenus in primo libro Refutatorio contra Eunomium cuius initium, non erat, vt apparet, ait, Etenim Spiritus ſecundum increatum.

πρὸς τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἄκτιστον συναφείας, καὶ ἐν τῷ τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως ἐκ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἔχειν, ἀφίσταται πάλιν τῷ ἰδιάζοντι ἐν τῷ μήτε μονογενῶς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑποστῆναι, καὶ ἐν τῷ δι' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι. πάλιν δὲ τῆς κτίσεως διὰ τοῦ μονογενοῦς ὑποστάσης, ὡς ἂν μὴ κοινότητά τινα πρὸς ταύτην ἔχειν νομισθῇ τὸ πνεῦμα ἐν τῷ ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι, ἐν τῷ ἀτρέπτῳ καὶ ἀναλλοιώτῳ διακρίνεται τὸ πνεῦμα ἀπὸ τῆς κτίσεως. καὶ μετὰ πολλὰ ἐν τῷ αὐτῷ. ἐξ ἀγεννήτου ἡλίου, ἄλλον ἥλιον τὸν υἱὸν νοοῦμεν, ὁμοῦ τῆς τοῦ πρώτου ἐπινοίας γεννητῶς αὐτῷ συνεκλάμποντα, καὶ πάντα ὡσαύτως ἔχοντα, καὶ πάλιν ἕτερον τοιοῦτον φῶς κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐ χρονικῷ τινὶ διαστήματι τοῦ γεννητοῦ φωτὸς ἀποτεμνόμενον, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ μὲν ἐκλάμπον, τὴν δὲ τῆς ὑποστάσεως αἰτίαν ἔχον ἐκ τοῦ πρωτοτύπου φωτός· φῶς μέντοι καὶ αὐτό. καθ' ὁμοιότητα τοῦ προεπινοηθέντος λάμπον καὶ φωτίζον· ὁ αὐτὸς ἐν πρὸς ἀβλάβιον λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή, ὑμᾶς μὲν δίκαιόν ἐστι, φησί, τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα. ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβανόμεν. τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου, καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας δὲ ὄντος. ἄλλην πάλιν διαφορὰν ἐννοοῦμεν. τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ α. τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου. ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης· ὁ ἅγιος Μάξιμος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ, τί δὴ βούλεται τῷ Προφήτῃ Ζαχαρίᾳ ἡ χρυσῆ λυχνία, φησί, τὸ γὰρ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὥσπερ κατ' οὐσίαν ὑπάρχει τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, οὕτω καὶ τοῦ υἱοῦ κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς οὐσιωδῶς δι' υἱοῦ ἀφράστως γεννηθέντος ἀϊδίως ἐκπορευόμενον. ὁ θεῖος Ταράσιος ἐν τῇ πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς Ἀντιοχείας καὶ Ἀλεξανδρείας ἐπιστολῇ, φησί, καὶ

tum Patri ſe coniungens, rurſus ab eo ſeiungitur, quod non ſit Pater, vt ille. coniunctionis verò ad Filium ſecundum increatum, & in eo quod cauſam exiſtentiæ ex Deo cunctorum habeat, diſiungitur rurſus ſua proprietate in eo quod neque per generationem extet ex Patre, & quod per Filium ſit. rurſus cum creatura per vnigenitum ſubſiſtat, ne communionem quandam ad ipſam habere Spiritus credatur, quod ſit ex Patre per Filium, in eo diſcernitur Spiritus à natura, quod ſit immutabilis. Et poſt multa in eodem libro, ex ingenito Sole, alium Solem Filium intelligimus, ſimul cum conceptu primi per generationem ipſi collucentem, per omnia ſimilemque. ac rurſus aliud tale lumen ad eundem modum non ſpatio quodam temporis abſciſſum à genito lumine, ſed per ipſum quidem fulgens, hypoſtaſeos verò cauſam à prototypo lumine habens, lumen tamen & ipſum ſecundum ſimilitudinem præintellecti luminis lucens, & illuminans. Idem in oratione ad Ablabium, cuius initium, Vos quidem iuſtum eſt, ait, & immutabilitatem confidentes, differentiam ſecundum cauſam & cauſatum non negamus. in quo ſolo diſcerni alterum ab altero comprehendimus, & quod credamus vnum quidem eſſe cauſam, alterum verò ex eo quod eſt cauſa, & ex eo quod eſt ex cauſa. rurſus alterum diſcrimen intelligimus, vnum quidem immediatè ex primo, alterum verò ex eo, quod eſt immediatè à primo. Itaque & eſſe vnigenitum, indubitatum in Filio manet, & eſſe Spiritum ex Patre non ambigitur. cum Filius medius intercedat; qui & Vnigenitum ipſe ſibi ſeruat, & Spiritum à naturali relatione ad Patrem non arcet. Sanctus Maximus in expoſitione illius dicti, quid ſibi vult apud Prophetam Zachariam, aureum candelabrum, ait, etenim Spiritus Sanctus ſicut eſt ſecundum ſubſtantiam Dei & Patris, ita eſt & Filij ſecundum ſubſtantiam, vtpote qui ex Patre ſubſtantialiter per Filium ineffabiliter natum ab æterno procedit. Diuus Taraſius in Epiſtola ad Antiochenſes, & Alexandrinos Pontifices, ait, & in Spiritum Sanctum ex Patre per Filium procedentem, & ipſum Deum eſſe agnitum. Gregorius

εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐκ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ αὐτὸ Θεὸν εἶναι γνωριζόμενον. Ὁ Θεολόγος ἐν τοῖς ἔπεσιν ὧν ἡ ἐπιγραφὴ, ὑποθῆκαι Παρθένοις ἐν τῷ τέλει τοῦ ποιήματος.

Εἷς Θεὸς ἐκ γενετῆρος δι᾽ υἱέος ἐς μέγα πνεῦμα
Ἱσταμένης θεότητος ἐνὶ τριέσσι τελείης.

Λέγεται μείζων ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον, ὥστε καὶ ὁ υἱὸς ὅταν λέγηται μείζων τοῦ πνεύματος κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον δεῖ νοεῖν,

Ὁ Μέγας Βασίλειος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικῶν λόγων. οὗ ἡ ἀρχὴ, εἰ μὲν ἐβούλοντο πάντες, φησὶν, ἐκεῖνο δὲ τίνι τῶν πάντων ἄδηλον, ὅτι τὸ μεῖζον, ἢ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον, ἢ κατὰ τὸν τῆς δυνάμεως πλεονασμὸν, ἢ κατὰ τὴν τοῦ ἀξιώματος ὑπεροχὴν, ἢ κατὰ τὴν τῶν ὄγκων περιουσίαν λέγεται. οὔτε οὖν κατὰ τὸν ὄγκον, οὔτε κατὰ πλεονασμὸν δυνάμεως. οὔτε κατὰ ὑπεροχὴν ἀξιώματος τὸ μεῖζον ἐνταῦθα ῥηθήσεται. λείπεται τοίνυν κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον ἐνταῦθα τὸ μεῖζον λέγεσθαι. ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἡ ἀρχὴ τῷ υἱῷ, κατὰ τοῦτο μείζων ὁ πατὴρ ὡς αἴτιος καὶ ἀρχή. ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων τοῦ πρώτου τῶν θησαυρῶν, φησὶν, ἴσως τοιγαροῦν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ὑπάρχων ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ καὶ ὅμοιος κατὰ πάντα, μείζονα αὐτὸν φησὶν ὡς ἄναρχον ἔχων ἀρχὴν, κατὰ μόνον τὸ ἐξ οὗ, εἰ καὶ σύνδρομον αὐτῷ τὴν ὕπαρξιν ἔχει. καὶ μετ᾽ ὀλίγα. λέγεται δὲ μείζων ὁ πατὴρ, ὡς ἀρχὴ τοῦ συναϊδίου γεννήματος. ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος κεφαλαίῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ πιστεύομεν τοιγαροῦν εἰς ἕνα Θεὸν, φησὶν, ὅτε οὖν ἀκούσωμεν ἀρχὴν, καὶ μείζονα τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα, τῷ αἰτίῳ νοήσωμεν. Ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν δευτέρῳ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, αἱ μὲν αἱρέσεις ὅσαι, φησὶν, ὁ τοῦ πνεύματος δοτὴρ ἐν πνεύματι λέγει νῦν ἐκβάλλειν ἑαυτὸν τὰ δαιμόνια. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἄλλως εἰρημένον, εἰ μὴ διὰ τὴν σάρκα. ὡς γὰρ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως οὐκ οὔσης ἱκανῆς

ἀφ᾽

Theologus in carminibus, quorum inſcriptio, documenta Virginibus in fine illius poematis.

Vnus Deus ex genitore per Filium in magnum Spiritum

Stante Diuinitate in perfectis perfecta.

Dicitur maior Pater Filio ſecundum rationem cauſalitatis, quare cum etiam dicitur Filius maior Spiritu Sancto, ſecundum eandem rationem oportet intelligere.

BAſilius Magnus in primo libro contra Eunomium, cuius initium ſiquidem volebant omnes, ait, Illud verò, cui ex omnibus manifeſtum non eſt, quod illud maius dicitur, vel ſecundum ipſam cauſæ rationem, vel ſecundum redundantiam potentiæ; vel ſecundum dignitatis eminentiam, vel ſecundum molis amplitudinem. Neque igitur ſecundum molem, neque ſecundum exceſſum potentiæ, neque eminentiam dignitatis hoc loco maius dicetur. Reliquum igitur eſt, vt dicatur ſecundum cauſæ rationem. Quia enim à Patre principium eſt Filio, ſecundum hoc maior eſt Pater, vt cauſa, & principium. Sanctus Cyrillus in vno ex capitibus primi libri Theſaurorum, ait, æqualis igitur ſecundum rationem ſubſtantiæ exiſtens, Filius Patri, & ſimilis quoad omnia, maiorem ipſum appellat, vtpotè qui principium ipſe habeat eum, qui principio caret, ſolùm ſecundum illud, ex quo. Quamuis concurrentem vnaque Comitem ipſi exiſtentiam habeat. Et paulò poſt, dicitur autem maior Pater tanquam principium coæternæ prolis. Damaſcenus in capite de Sancta Trinitate, cuius initium, credimus igitur in vnum Deum, ait, cum igitur audimus principium, & maiorem Patrem Filio, cauſam intelligamus. Magnus Athanaſius in ſecunda oratione contra Arianos, cuius initium quotquot hæreſes quidem contra veritatem, ait, Spiritus Sancti dator in Spiritu ſe aſſerit nunc eijcere dæmonia, id autem non aliter eſt dictum, niſi ratione carnis, tanquam

ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἐκβάλλειν τοὺς δαίμονας, εἰ μὴ δυνάμει τοῦ πνεύματος, διὰ τοῦτο ὡς ἄνθρωπος ἔλεγεν, εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. Ταῦτα μὲν οὖν τοῖς Ἰουδαίοις ὡς ἄνθρωπος ἔλεγεν ὁ κύριος, τοῖς δὲ μαθηταῖς τὴν θεότητα, καὶ μεγαλειότητα δεικνὺς ἑαυτοῦ, οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα, καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων, ἐδίδου μὲν τὸ πνεῦμα καὶ ἔλεγε, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, καὶ ἐγὼ αὐτὸ ἀποστέλλω, κἀκεῖνος (ὁ παράκλητος) ἐμὲ δοξάσει, καὶ ὅσα ἀκούσει, λαλήσει.

Περὶ τῆς, ἐκ, διὰ, ὅτι ἰσοδυναμοῦσιν.

Ὁ Μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ε. κεφαλαίῳ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον, φησίν. ἤδη δὲ καὶ πρὸς τὰ ὑπ᾽ ἀλλήλων σημαινόμενα πολλάκις ἀντιμεθίστανται ἡ, διὰ, καὶ ἡ, ἐκ, ὅταν ἑτέρα τὴν τῆς ἑτέρας σημασίαν ἀντιλάβηται· οἷον ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ φησὶν ὁ Ἀδάμ, ἴσον λέγων τῷ ἐκ τοῦ Θεοῦ. καὶ ἑτέρωθι, ὅσα ἐνετείλατο Μωϋσῆς τῷ Ἰσραὴλ διὰ προστάγματος κυρίου. καὶ πάλιν, οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστίν; ἀντὶ τοῦ ἐκ Θεοῦ εἰπεῖν, διὰ τοῦ Θεοῦ εἴρηκεν. ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν μιᾷ τῶν πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῶν, ἧς ἡ ἀρχή, καταφλυαροῦσι μὲν ὡς μανθάνω, φησίν, ἀλλ᾽ ἴσως ἐρεῖς ὦ Νεστόριε. ἆρ᾽ οὖν εἰπέ μοι θεοτόκος μήτηρ γέγονεν ἡ Παρθένος; Καὶ πρός γε τοῦτό φαμεν. ὅτι γεγέννηται μὲν ὁμολογουμένως ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ ζῶν τε καὶ ἐνυπόστατος αὐτοῦ λόγος, ἐν ἐσχάτοις δὲ τοῦ αἰῶνος καιροῖς, ἐπειδὴ γέγονε σάρξ, τουτέστιν ἡνώθη σαρκὶ ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν λογικήν, γεγεννῆσθαι λέγεται καὶ σαρκικῶς διὰ γυναικός. καὶ μετά τινα. Ἐπειδὴ δὲ σάρκα λαβὼν κεχρημάτικε καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, ἀναγκαῖον ὁμολογεῖν, ὅτι γεγέννηται κατὰ σάρκα διὰ γυναικός. Καὶ πάλιν μετὰ βραχέα. ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ πατρὸς λόγος, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ἐστί. Καὶ μετ᾽ ὀλίγα, γεγέννηται καθ᾽ ἡμᾶς ἐκ γυναικός. καὶ μετά τινα, ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος ἐν μορφῇ τοῦ γεγεννηκότος ὑπάρχων, κατῴκησεν ἐν ἀνθρώπῳ γεννηθέντι διὰ γυναικός. καὶ μετά τινα, τεταπείνωκεν ἑαυτὸν ὁ ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς λόγος,

natura humana per ſe non ſufficeret ad eijcienda dæmonia ſine vi Spiritus, ideò velut homo aiebat, ſi autem ego in Spiritu Dei eijcio dæmonia, &c. Hæc quidem Iudæis, vt homo dicebat Dominus, at verò diſcipulis diuinitatem, ac maieſtatem ſuam oſtendens non iam minorem ſe Spiritu; ſed maiorem, & parem eſſe ſe ſignificans dabat Spiritum, ac dicebat, accipite Spiritum Sanctum, & ego ipſum mitto, & ille clarificabit me, & quod audiet, loquetur.

De præpoſitione (ex) & (per) quod æquipollent.

Magnus Baſilius in quinto capite eorum quæ ſunt ad Amphilochium verſus finem, ait, Iam vero & ad mutua ſignificata ſæpè tranſmutantur (per) & (ex) quando altera præpoſitio alterius ſignificationem ſubierit. veluti, poſſedi hominem per Deum, inquit Adam, perinde ac, ſi diceret ex Deo. & alibi, quæcumque præcepit Moyſes Iſraeli per Dei mandatum. & rurſus, nonne per Deum declaratio eorum eſt? loco dicendi ex Deo, per Deum dixit. Sanctus Cyrillus in vna ex Epiſtolis ad Neſtorium, cuius initium, blaterant quidem, vt audio, ait, ſed forteſſis dicis ò Neſtori. Num igitur, dic mihi; Deitatis Mater effecta eſt Virgo? Ad hoc reſpondemus. quod generatum eſt, ſine controuerſia ex ipſa ſubſtantia Dei & Patris viuum atque ſubſiſtens Verbum, in nouiſſimis autem ſæculi temporibus, quoniam factum eſt caro, hoc eſt, vnitum eſt carni, animam rationalem habenti, factum eſſe dicitur ſecundum carnem per mulierem. Et poſt nonnulla. quandoquidem verò carne aſſumpta Filius hominis nuncupatus eſt, neceſſe eſt fateri, eum factum eſſe ſecundum carnem per mulierem. & rurſus poſt pauca, ex Deo Patre Verbum, etiam ex Sancta Virgine eſt. & poſt pauca, factum eſt ſecundum nos ex muliere. & poſt nonnulla, ex Deo Patre Verbum in forma generantis exiſtens, habitauit in homine genito per mulierem. Et poſt nonnulla, humiliauit ſemetipſum in forma Dei & Patris exiſtens

γος, ὅτι γεγέννηται διὰ γυναικός. καὶ μετά τινα, ἀλλ' ἴσως φαίη τις ἄν. τίς ἡ διαφορὰ Χριστοῦ καὶ Μωσέως, εἴπερ ἄμφω γεγόνασι διὰ γυναικός. Καὶ μετά τινα βραχέα, ἦν μὲν γὰρ ὁ λόγος ἐν ἰδίῳ σώματι, τῷ ἐκ γυναικός. ἐδίδου δὲ αὐτὸ τῷ θανάτῳ κατὰ καιρόν. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸς Βασιλέα Θεοδόσιον προσφωνητικῷ, οὗ ἡ ἀρχὴ, τοῖς μὲν ἐν ἀνθρώποις βασιλείας, φησὶν, ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος ἐφανερώθη ἐν σαρκί. γεγέννηται γὰρ διὰ τῆς ἁγίας καὶ Θεοτόκου Παρθένου, μορφὴν δούλου λαβών. καὶ μετά τινα, τὸ δὲ οἴεσθαί τινας τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα λόγον τὴν διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου αἰτιᾶσθαι γέννησιν, δυσφημούντων ἐστὶ τὴν οἰκονομίαν. Καὶ μετὰ πολλὰ ἐν τῷ αὐτῷ. ἢ οὐχὶ τετέχθαι φαμὲν ἐκ γυναικὸς τὸν Ἐμμανουήλ. καὶ πῶς ἀναβέβηκεν ἔνθαπερ ἦν φησὶν αὐτός. καίτοι τεχθέντος διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου τοῦ ἑνωθέντος αὐτῷ σώματος. ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν α. λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, αἱ μὲν αἱρέσεις ὅσαι, φησὶν, ὅταν οὖν ὁ ἄνθρωπος εἰς τὸ τῆς ἡλικίας προέλθῃ, ἢ καὶ τὸ δυνατὸν ἡ φύσις παρέχῃ, εὐθὺς ἀνεμποδίστως τῇ φύσει πατὴρ ὁ ἄνθρωπος γίνεται τοῦ δι' αὐτοῦ υἱοῦ. ὅπερ ἐστὶν ἴσον τῷ ἐξ αὐτοῦ.

Περὶ τῆς ἐν Τριάδι τάξεως.

Ὁ Αὐτὸς μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν δ. λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, οἱ Ἀρειανοὶ, ὡς ἔοικε κρίναντες, φησὶν, οὐ τὸ πνεῦμα συνάπτει τὸν λόγον τῷ πατρὶ, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ λόγου τοῦτο λαμβάνει. καὶ μετ' ὀλίγα. Ἐπεὶ γὰρ ὁ λόγος ἐστὶν ἐν τῷ πατρὶ, τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ λόγου δίδοται, θέλει λαβεῖν ἡμᾶς τὸ πνεῦμα, ἵνα ὅταν ἐκεῖνο λάβωμεν, τότε ἔχοντες τὸ πνεῦμα τοῦ λόγου ὄντος ἐν τῷ πατρὶ, δόξωμεν καὶ ἡμεῖς διὰ τὸ πνεῦμα ἓν γενέσθαι ἐν τῷ λόγῳ, καὶ δι' αὐτοῦ τῷ πατρί. καὶ μετ' ὀλίγα, οὕτως ἐν τῷ υἱῷ καὶ ἐν τῷ πατρὶ ἐσόμεθα καὶ νομισθησόμεθα ἓν γεγονέναι διὰ τὸ ἐν ἡμῖν εἶναι τὸ πνεῦμα, ὅπερ ἐστὶν ἐν τῷ λόγῳ αὐτοῦ τῷ ὄντι ἐν τῷ πατρί. Ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, τὰ γράμματα τῆς σῆς

ſtens, Verbum. quoniam factum eſt per mulierem, & poſt aliqua. ſed forcaſſis diceret aliquis, quod diſcrimen eſt inter Chriſtum & Moyſem, ſi ambo facti ſunt per mulierem? & poſt nonnulla, erat enim Verbum in proprio corpore, quod factum eſt ex muliere, exhibebat verò ipſum morti ſecundum tempus. Idem in oratione acclamatoria, ad Imperatorem Theodoſium, cuius principium, humano ſplendore, ait, Verbum, quod ex Patre eſt, manifeſtauit ſe in carne. factum eſt enim per Sanctam ac Deiparam Virginem formam ſerui accipiens. & poſt quædam, quod autem nonnulli arbitrentur. Verbum ex Deo genitum, generationem per ſanctam Virginem reſpuere, hominum eſt, maledicentijs afficientium diſpenſationem. & poſt multa in eodem. Nonne dicimus Emmanuelem eſſe natum ex muliere? & quomodo aſcendit, vbi ſe eſſe ipſe faſſus eſt? quamuis natum ſit corpus, quod ipſi vnitum eſt per ſanctam Virginem. Magnus Athanaſius in prima oratione contra Arianos, cuius initium, Hæreſes quidem quotquot, ait, Cum igitur homo ad hoc ætatis peruenerit, cui vires natura præſtiterit, ſtatim ſine vllo impedimento natura Pater euadit eius, qui eſt per ipſum, Filij, quod perinde valet, ac ſi diceret, ex ipſo.

De ordine in Trinitate.

IDem Magnus Athanaſius in quarta oratione contra Arianos, cuius initium, Ariani ſtatuentes, vt ex re apparet, ait, non Spiritus coniungit Verbum Patri, ſed potius Spiritus à Verbo id accipit. & poſt pauca. Nam quoniam Verbum eſt in Patre, Spiritus autem à Verbo datur, vult nos Spiritum accipere, vt cum eum acceperimus, tunc habentes Spiritum Verbi, in Patre exiſtentis, videamur & nos per Spiritum vnum eſſe in Verbo, & per ipſum vnum eſſe cum Patre. Et poſt pauca. Ita in Filio, & in Patre erimus, exiſtimabimurque vnum facti eſſe, eò quod in nobis ſit Spiritus, qui eſt in Verbo in Patre exiſtente. Idem in Epiſtola de Spiritu Sancto ad Serapionem, cuius initium, litteræ tuæ ſacri affectus, ait, etenim ſi propter vnitatem

ἱερᾶς διαθέσεως, φησί, καὶ γὰρ εἰ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα τοῦ λόγου ἑνότητα, οὐ θέλουσιν εἶναι τῶν γενητῶν αὐτὸν τὸν υἱόν, ἀλλ᾽ ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς, δημιουργὸν αὐτὸν τῶν ποιημάτων φρονοῦντες, διὰ τί τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὴν αὐτὴν ἑνότητα ἔχον πρὸς τὸν υἱόν, ἣν αὐτὸς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, κτίσμα λέγουσι; καὶ ἠγνόησαν, ὅτι ὥσπερ μὴ διαιροῦντες τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρός, σώζουσι τὸ ἕνα Θεὸν εἶναι, οὕτως διαιροῦντες ἀπὸ τοῦ λόγου τὸ πνεῦμα, οὐκέτι μίαν τὴν ἐν Τριάδι θεότητα σώζουσι. Καὶ μετὰ πολλὰ ἐν τῇ αὐτῇ. ἐν Χριστῷ ἦν τὸ πνεῦμα, ὥσπερ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί. καὶ πάλιν, ἡ μακαρία καὶ ἁγία Τριὰς ἀδιαίρετος καὶ ἡνωμένη πρὸς ἑαυτήν ἐστι, καὶ λεγομένου τοῦ πατρὸς πρόσεστι καὶ ὁ τούτου λόγος, καὶ τὸ ἐν τῷ υἱῷ πνεῦμα. ἐὰν δὲ καὶ ὁ υἱὸς ὀνομάζηται, ἐν τῷ υἱῷ ἐστιν ὁ πατήρ, καὶ τὸ πνεῦμα οὐκ ἔστιν ἐκτὸς τοῦ λόγου. μία γάρ ἐστιν ἐκ τοῦ πατρὸς χάρις δι᾽ υἱοῦ, ἐν πνεύματι ἁγίῳ πληρουμένη. καὶ μία θεότης ἐστί. καὶ εἷς Θεός ἐστιν ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν. Καὶ μετὰ πολλὰ, ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ υἱοῦ τοῦ ζῶντος λόγου, μίαν δεῖ εἶναι τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζωὴν οὖσαν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεάν, ἥτις ἐκ πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ λόγου τοῦ ἐκ πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει, καὶ ἀποστέλλεται, καὶ δίδοται. ἀμέλει, ὁ μὲν υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀποστέλλεται, οὕτω γάρ φησιν ὁ Θεὸς ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν. ὁ δὲ υἱὸς τὸ πνεῦμα ἀποστέλλει. ἐὰν γὰρ φησίν, ἐγὼ ἀπέλθω, ἀποστελῶ τὸν παράκλητον. καὶ ὁ μὲν υἱὸς τὸν πατέρα δοξάζει, λέγων, πάτερ ἐγώ σε ἐδόξασα, τὸ δὲ πνεῦμα δοξάζει τὸν υἱόν. ἐκεῖνος γάρ φησιν, ἐμὲ δοξάσει. καὶ ὁ μὲν υἱὸς φησίν. ἃ ἤκουσα, παρὰ τοῦ πατρός μου ταῦτα καὶ λαλῶ εἰς τὸν κόσμον. τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει. ἐκ τοῦ ἐμοῦ γὰρ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, φησί. καὶ ὁ μὲν υἱὸς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς ἦλθε, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου. τοιαύτην δὲ τάξιν καὶ φύσιν ἔχοντος τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱόν, οἵαν ὁ υἱὸς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, πῶς ὁ τοῦτο κτίσμα λέγων, οὐ τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ ἐξ ἀνάγκης φρονήσει; ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή, ἴσως

θαυ-

tem Verbi ad Patrem, nolunt eſſe ipſum Filium in numero creaturarum, ſed, quod verum eſt, conditorem eum eſſe creaturarum ſentiunt, cur Spiritum Sanctum, qui eandem vnitatem habet ad Filium, quam Filius habet ad Patrem, creaturam dicunt? & ignorant, quod quemadmodum qui Filium non diuidunt à Patre, ſeruant vnum eſſe Deum, ita qui diuidunt à Verbo Spiritum, non amplius vnam in Trinitate Deitatem ſeruant? & poſt multa in eadem oratione, in Chriſto erat Spiritus, quemadmodum Filius in Patre. Et rurſus, ſancta enim & beata Trinitas indiuiſa eſt, & vnita in ſe, & vbicumque Pater dicitur, vna eſt cum eo & eius Verbum, & in Filio Spiritus. ſin autem Filius nominatur, in Filio eſt Pater, nec Spiritus eſt extra Verbum. Vna ſiquidem è Patre gratia per Filium in Spiritu Sancto conſummatur, & vna eſt Deitas, & vnus Deus, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus. & poſt multa, Cum enim vnus ſit Filius Verbum viuens, vnam oportet eſſe perfectam & plenam illam ſanctificatricem, & illuminatricem vitam, quæ eius operatio & donum eſt, quæ à Patre dicitur prodire, quoniam per Filium, qui, vt in confeſſo eſt, à Patre eſt, elucet, & emittitur, & datur, profectò & Filius à Patre mittitur. Ita enim, ait, ſic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret. Porrò Filius Spiritum emittit. Si enim, inquit, abiero mittam Paraclitum. Et Filius quidem Patrem glorificat, inquiens, Pater ego te glorificaui. Spiritus verò glorificat Filium. ille enim inquit me glorificabit. Et Filius quidem ait, quæ audiui à Patre, hæc loquor ad mundum. Spiritus autem à Filio accipit, de meo enim, inquit, accipiet, & annunciabit vobis, & Filius in nomine Patris venit, Spiritum verò Sanctum, quem, inquit, mittet Pater in nomine meo. Cum igitur huiuſmodi ordinem & naturam habeat Spiritus ad Filium, qualem Filius habet ad Patrem, qui fieri poteſt, vt qui Spiritum creaturam dicit, non illud idem de Filio ſentiat? Idem in altera Epiſtola ad Serapionem, cuius initium, forſitan admirabere, Non enim extra Verbum

eſt

θαυμάσιε, φησίν, οὐ γὰρ ἐκτός ἐστι τοῦ λόγου τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἐν τῷ λόγῳ ὄν, ἐν τῷ Θεῷ δι' αὐτοῦ ἐστί. καὶ μετ' ὀλίγα, τοῦ γὰρ πνεύματος μετέχοντες, ἔχομεν τὴν τοῦ λόγου χάριν, καὶ ἐν αὐτῇ τὴν τοῦ πνεύματος ἀγάπην. καὶ μετ' ὀλίγα, τοῦ δὲ πνεύματος ὄντος ἐν τῷ λόγῳ, δῆλον ἂν εἴη, ὡς ἐν τῷ Θεῷ ἦν διὰ τοῦ λόγου τὸ πνεῦμα. ὁ μέγας Βασίλειος ἐν ἑνὶ κεφαλαίῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφή, ὅτι συνδοξαζόμενον Θεῷ τὸ πνεῦμα δείκνυται, φησί, τὸ δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν θείων ἔργων τὴν Τριάδα δοξάζεσθαι, τῆς μιᾶς θεότητος μαρτύριον, ὅτι μήτε χωρὶς υἱοῦ ποιεῖ πατήρ, μήτε υἱὸς χωρὶς πνεύματος. ὁ αὐτὸς ἐν ἑτέρῳ κεφαλαίῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφή, ὅτι ἀπὸ τῆς θείας φύσεως ἡ ἑνότης τῆς ἁγίας Τριάδος γνωρίζεται. φησί, καὶ οὐκ ἐνέλιπε ποτὲ υἱὸς τῷ πατρί, οὐδὲ τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα, Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς ἀπ' ἀρχῆς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως. οὔτε οὖν ἐνέλιπέ ποτε υἱὸς πατρί. οὔτε υἱῷ τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ἡ αὐτὴ Τριὰς ἀεί. ὁ Θεολόγος ἐν τῷ εἰς τὴν Πεντηκοστήν. οὐδὲ γὰρ ἔπρεπεν ἐλλείπειν ποτὲ ἢ υἱὸν πατρί, ἢ πνεῦμα υἱῷ. τῷ μεγίστῳ γὰρ ἂν ἦν ἄδοξος ἡ θεότης. ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῷ α. τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικῶν, φησίν, ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐπὶ τὸ πνεῦμα χωροῦμεν. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ κατὰ Μακεδονιανῶν τρίτῳ λόγῳ φησίν. ἐφ' ὧν γὰρ ἡ κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνέργεια οὐδεμίαν ἐλάττωσιν, ἢ παραλλαγὴν ἔχει, πῶς ἐστὶν εὔλογον, τὴν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τάξιν ἐλαττώσεώς τινος, τῆς κατὰ φύσιν παραλλαγῆς οἴεσθαι σημεῖον εἶναι; ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν τρισὶ λαμπάσι διῃρημένην βλέπων τὴν φλόγα, αἰτίαν δὲ τοῦ τρίτου φωτὸς ὑποθοίμεθα εἶναι τὴν πρώτην φλόγα, ἐκ διαδόσεως δὲ τοῦ μέσου τὸ ἄκρον ἐξάψαντος, ἔπειτα κατασκευάζει, πλεονάζειν ἐν τῇ πρώτῃ φλογὶ τὴν θερμασίαν, τῇ δὲ ἐφεξῆς ὑποβεβηκέναι, καὶ πρὸς τὸ ἔλαττον ἔχειν τὴν παραλλαγήν. τὴν δὲ τρίτην μηδὲ πῦρ ἔτι λέγεσθαι; κἂν παραπλησίως καίῃ καὶ φαίνῃ, καὶ πάντα τὰ τοῦ πυρὸς ἐργάζηται. ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ α. τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικῶν, φησίν, ἀλλὰ καὶ τάξις ἡ μέν φυσική τίς ἐστιν, ἡ δὲ κατ' ἐπιτήδευσιν. φυσικὴ μέν, ὡς ἡ τῶν κτισμάτων κατὰ τοὺς δημιουργικοὺς λόγους ταχθεῖσα, καὶ ὡς ἡ τῶν ἀριθμητικῶν θέσις, καὶ

ἡ τῶν

eſt Spiritus, ſed cum ſit in ipſo Verbo, in Deo per illud eſt. Et poſt pauca, cum enim participes ſumus Spiritus, gratiam Verbi habemus, & in ipſo (Verbo) Patris charitatem. & paulò poſt, Cum autem Spiritus ſit in Verbo, palam eſt, quod in Deò quoque ſit Spiritus per Verbum. Baſilius Magnus in vno capite, cuius inſcriptio, quod Spiritus conglorificatus cum Deo oſtenditur, ait; Quod autem Trinitas in ijſdem operibus glorificetur, Vnius Deitatis eſt argumentum. quoniam neque ſine Filio Pater operatur, neque Filius ſine Spiritu. Idem in alio capite, cuius inſcriptio, quod ex diuina natura Vnitas Sanctæ Trinitatis noſcitur. ait, & neque defuit vnquam Filius Patri, neque Filio Spiritus. Gregorius Thaumaturgus à principio in confeſſione fidei. Non ergo defuit vnquam Filius Patri, neque Filio Spiritus, ſed immutabilis, & inuariabilis eadem ſemper manet Trinitas. Theologus in oratione in Pentecoſten. Nec enim conueniebat, vt vel Pater Filio, vel Filius Spiritu Sancto vnquam careret. nam alioqui maximum diuinitate, dedecus conflaretur. Gregorius Nyſſenus in primo libro contra Eunomium, ex Patre, inquit, per Filium ad Spiritum Sanctum pergimus. Idem in tertio contra Macedonianos, ait, In quibus enim ſecundum bonum operatio nullam diminutionem, ſeu mutationem patitur, quomodo rationi conſentaneum eſt, ordinem ſecundum numerum exiſtimare, ſignum eſſe diminutionis, quæ ſit mutatio ſecundum naturam? veluti ſi quis in tribus lampadibus diuiſam cernens flammam, cauſam verò ſupponamus tertij luminis eſſe primam flammam, quæ per communicationem medij extremum accenderit, adſtruat maiorem calorem eſſe in prima flamma, in ſecundo verò minui, tertiam verò neque amplius dici ignem, quamuis æqualiter arduat, & illuminet, & omnia quæ ſunt ignis, operetur. Magnus Baſilius in primo libro contra Eunomium, ait, Verum & ordo alter quidem naturalis eſt, alter verò artificialis. naturalis quidem vt rerum conditarum ſecundum rationes conditorias (in mente opificis) conſtitutus, & qualis eſt rerum numeratarum poſitio, & vt eſt relatio cauſarum

ad

ἢ τῶν αἰτίων πρὸς τὰ αἰτιατὰ σχέσις. ἐκείνου προδιωμολογημένου τοῦ καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς ποιητὴν εἶναι καὶ δημιουργὸν τὸν Θεόν. ἐπιτηδευμένη δὲ καὶ τεχνική, ὡς ἐν τοῖς κατασκευάσμασι, μαθήμασι, καὶ ἀξιώμασι, καὶ ἀριθμῷ, καὶ τοῖς τοιούτοις. τούτων τοίνυν τὸ πρότερον ἀποκρυψάμενος Εὐνόμιος, τοῦ β. εἴδους τῆς τάξεως ἐπεμνήσθη, καί φησι, μὴ χρῆναι λέγειν ἐπὶ Θεοῦ τάξιν, ἐπείπερ ἡ τάξις δευτέρα τοῦ τάττοντος. ἐκεῖνο δὲ οὐ συνεῖδεν, ἢ ἑκὼν ἀπεκρύψατο. ὅτι ἐστὶ τάξεως εἶδος, οὐκ ἐκ τῆς παρ' ἡμῶν θέσεως συνιστάμενον, ἀλλ' αὐτῇ τῇ κατὰ φύσιν ἀκολουθίᾳ συμβαῖνον, ὡς τοῦ πυρὸς πρὸς τὸ φῶς ἐστὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ. ἐν τούτοις γὰρ πρότερον τὸ αἴτιον λέγομεν, δεύτερον δὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ, οὐ διαστήματι χωρίζοντες ἀπ' ἀλλήλων ταῦτα, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ τοῦ αἰτιατοῦ προεπινοοῦντες τὸ αἴτιον. πῶς οὖν εὔλογον ἀρνεῖσθαι τὴν τάξιν ἐφ' ὧν ἐστι πρῶτον καὶ β. οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν θέσιν, ἀλλ' ἐκ τῆς κατὰ φύσιν αὐτοῖς ἐνυπαρχούσης ἀκολουθίας; τίνος οὖν ἕνεκεν ἀθετεῖ τὴν τάξιν ἐπὶ Θεοῦ λαμβάνεσθαι. ἡγεῖται εἰ ἐπιδέξαιτο μηδαμῶς ἄλλως τὸ πρότερον ἐπὶ Θεοῦ νοεῖσθαι, λειπόμενον ἔχειν κατ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν τὴν ὑπεροχὴν ἐπιδείκνυσθαι· ἡμεῖς δέ, κατὰ μὲν τὴν τῶν αἰτίων πρὸς τὴν ἐξ αὐτῶν σχέσιν, προτετάχθαι τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα φαμέν. κατὰ δὲ τὴν τῆς φύσεως διαφοράν, οὐκέτι, οὐ δὲ κατὰ τὴν τοῦ χρόνου ὑπεροχήν. ἢ οὕτω γε, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι πατέρα τὸν Θεὸν ἀθετήσομεν. τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ἀλλοτριότητος τὴν φυσικὴν συνάφειαν ἀθετούσης. ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς τὰς κανονικὰς ἐπιστολῇ. ὥστε ἡ περὶ τὴν τάξιν καινοτομία αὐτῆς τῆς ὑπάρξεως ἀθέτησιν ἔχει, καὶ ὅλης τῆς πίστεως ἐστὶν ἄρνησις. ὁμοίως οὖν ἐστὶν ἀσεβὲς καὶ ἐπὶ τὴν κτίσιν καταγαγεῖν, καὶ ὑποτιθέναι αὐτὸ ἢ υἱοῦ, ἢ πατρὸς, ἢ κατὰ τὸν χρόνον, ἢ κατὰ τὴν τάξιν. ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Εὐστάθιον ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή, τοὺς ἢ προληφθέντας, φησίν, ὅτι φεύγειν δεῖ καὶ τοὺς τὴν ἀκολουθίαν, ἣν ἡμῖν παρέδωκεν ὁ κύριος, ἀμείβοντας, ὡς φανερῶς μαχομένους τῇ Εὐσεβείᾳ, καὶ υἱὸν μὲν προτάσσοντας τοῦ πατρὸς, υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προτιθέντας.

ad cauſata. Illo prius apud omnes confeſſo, quod & ipſius naturæ creator ſit & opifex Deus. adinuentus autem ordo & artificialis eſt, vt in fabricis, diſciplinis, dignitatibus, numero, & huiuſmodi. Horum igitur ordinum cum primum genus occultaſſet Eunomius, ſecundi generis ordinis mentionem fecit, & ait, non oportere dicere ordinem in Deo, quandoquidem ordo poſterior eo, qui ordinem ponit. Illud autem non aduertit, vel ſponte occultauit, quod eſt genus quoddam ordinis non à noſtra poſitione conſtitutum, ſed naturali ipſa conſequentia (rebus) conueniens. Vt igni ad lumen, quod ex ipſo eſt. in his enim priorem dicimus cauſam, poſterius autem quod ab ea eſt. non hæc ab inuicem ſpatio ſeparantes, ſed ratione cauſam præintelligentes cauſato. quomodo igitur par eſt inficiari ordinem in ijs, in quibus eſt primum & ſecundum, non iuxta noſtram poſitionem, ſed ex conſequentia, quę naturaliter ipſis ineſt? Qua igitur de cauſa negat ordinem in Deo dari? exiſtimat ſi oſtenderit non aliter ipſum prius in Deo intelligi, reliquum eſſe vt ſecundum ipſam eſſentiam exceſſus demonſtretur. Nos vero ſecundum relationem cauſatum ad ea, quæ ab ipſis ſunt cauſata, præpoſitum eſſe Patrem Filio aſſerimus. non autem ſecundum naturæ differentiam, neque ſecundum temporis exceſſum. Vel ſi hoc demus, etiam illud, eſſe Patrem Deum improbabimus. cum alienatio ſecundum ſubſtantiam, ipſam naturalem coniunctionem reſpuat. Idem in Epiſtola ad Canonicas. itaque nouitas circa ordinem ipſam exiſtentiam reijcit, & totius fidei eſt abnegatio. ſimiliter igitur eſt impium, & ad creaturam ipſum (Spiritum) deducere; & præponere ipſum vel Filio, vel Patri aut ſecundum tempus, aut ſecundum ordinem. Idem in Epiſtola ad Euſtathium, quæ incipit, Eos, qui vel præoccuparunt. ait, quod fugere opus eſt etiam eos, qui mutant ordinem, quem nobis Dominus tradidit, tanquam qui manifeſtè pugnant cum pietate, ac Filium quidem Patri, Spiritum verò Sanctum Filio præponunt.

Ὅτι ὁ υἱὸς, ἴδιος τῆς οὐσίας λέγεται τοῦ πατρὸς, καὶ ἐκ τούτου συνάγεται, πῶς λέγεται καὶ τὸ πνεῦμα ἴδιον τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ.

Ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῷ πρὸς Νεστόριον λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, καταφλυαροῦσί τινες, φησὶν, ὥσπερ γὰρ ἴδιον ἀνθρώπου, καὶ μὴν ἑκάστου τῶν ἑτέρων ζώων τὸ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γεγεννημένον, οὕτως ἴδιον Θεοῦ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ νοοῖτ' ἂν εἶναι, καὶ λέγοιτο. ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, αἱ μὲν αἱρέσεις, ὅσαι, φησὶν, υἱὸς ἀληθινὸς φύσει γνήσιός ἐστι τοῦ πατρὸς, ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ, τοῦτο οὐκ ἔστι κτίσμα, ἔτι ποίημα, ἀλλ' ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας γέννημα, καὶ δύναμις, καὶ εἰκὼν ἀληθινὴ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας. καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, ἴδιος δὲ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ ὤν. Καὶ πάλιν, δῆλον ἂν εἴη, ὅτι ποιητὴς ὢν Θεὸς, ἔχει καὶ τὸν δημιουργὸν λόγον οὐκ ἔξωθεν, ἀλλ' ἴδιον ἑαυτοῦ. Καὶ μετὰ πολλὰ ἐν τῷ αὐτῷ, οὐκ ἄρα κτίσμα ἐστὶν ὁ λόγος, ἀλλὰ μόνος ἴδιος τοῦ πατρός. καὶ μετ' ὀλίγα, ἐπειδὴ οὐκ ἔστι κτίσμα, ἀλλ' ἴδιον τῆς οὐσίας τοῦ προσκυνουμένου Θεοῦ γέννημα, καὶ φύσει υἱός ἐστι, διὰ τοῦτο προσκυνεῖται Θεὸς καὶ πιστεύεται. καὶ μετὰ πολλὰ ἐν τῷ αὐτῷ, ἐπειδὴ γὰρ λόγος ἐστὶν ἴδιος φύσει τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, ἐξ αὐτοῦ τε ἐστὶ καὶ ἐν αὐτῷ. καὶ μετ' ὀλίγα, οὐ ξένος, ἀλλὰ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἐστὶν ἴδιος. καὶ μετ' ὀλίγα, ἴσμεν γὰρ τὸν λόγον ἀεὶ ὄντα, καὶ ἐξ αὐτοῦ ὄντα, καὶ τῆς οὐσίας ἴδιον, οὗ ἐστὶ λόγος· καὶ μετά τινα, ὥσπερ ὁ ἡμέτερος λόγος ἐξ ἡμῶν ἐστὶν ἰδίως, καὶ οὐκ ἔξωθεν ἡμῶν ἔργον, οὕτω καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἴδιος ἐστὶν ἐξ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔστι ποίημα, οὐδ' ὡς ὁ τῶν ἀνθρώπων λόγος. καὶ μετ' ὀλίγα, ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν εἰς τὸν πατέρα πιστεύει. εἰς γὰρ τὸν ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας πιστεύει. Καὶ μετ' ὀλίγα. Εἰ γὰρ μὴ ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας γέννημα ὁ λόγος, ὡς τι ἀπαύγασμα τοῦ φωτὸς, ἀλλὰ διέστηκε τῇ φύσει τοῦ πατρὸς ὁ υἱός.

Ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Ἄρειον διαλέξει, ἧς ἡ ἀρχὴ τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ, φησὶν, οὐκοῦν ὁ Θεὸς λέγων πρὸς τὸν ἴδιον

υἱὸν

Quod Filius dicitur proprius ſubſtantiæ Patris, ex eo colligitur, quomodo etiam Spiritus dicatur proprius ſubſtantiæ Filij.

SAnctus Cyrillus in oratione ad Neſtorium, cuius initium, blaterant quidem, ait, quemadmodum enim proprium eſt hominis, quin etiam vniuſcuiuſque cæterorum animalium, quod ex eo naturaliter genitum eſt, ita proprium Dei eſt, quod intelligitur ex eius ſubſtantia eſſe, & dicitur. Magnus Athanaſius in oratione contra Arianos, cuius initium, Hæreſes quidem quotquot, ait, Filius verus natura, legitimus eſt Patris, proprius eius ſubſtantiæ. hic non eſt creatura, neque opus, ſed propria ſubſtantiæ Patris proles, & potentia, & imago vera eſſentiæ Patris. & rurſus in eadem oratione, Proprius autem Filius eſt Patris, in ſinu eius exiſtens. & rurſus, palam eſt, quod cum ſit Deus creator, habet etiam Verbum opificem non ab extra, ſed ſibi proprium. & poſt multa in eadem oratione, Non igitur creatura eſt Verbum, ſed ſolum proprium Patris. & paulo poſt, quandoquidem non eſt creatura, ſed propria Dei adorandi proles, & natura Filius eſt, idcirco Deus adoratur & creditur. & multò poſt in eadem oratione. Quoniam enim natura Verbum eſt proprium eſſentiæ Patris, ex ipſoque eſt, & in ipſo. & paulo poſt, Non extraneus (Filius,) ſed proprius eſt ſubſtantiæ Patris. Et poſt pauca. Videmus enim Verbum ſemper eſſe, & ex ipſo (Patre) eſſe, ac proprium ſubſtantiæ eius, cuius eſt Verbum. Et poſt nonnulla, Quemadmodum noſtrum Verbum ex nobis eſt propriè, ac non ab extra noſtrum eſt opus; ſic & Dei, proprium eſt ex ipſo, neque eſt creatura, neque vt hominum verbum. & pauló poſt, ſi enim non eſſet propria ſubſtantiæ Patris progenies, Verbum, vt ſplendor luminis, ſed differet Filius à Patre natura.

Magnus Athanaſius in diſputatione contra Arium, cuius principium, prouidentia Dei, ait, igitur Deus dicens ad pro-

υἱὸν διὰ τοῦ προφήτου, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. σημαίνει τὴν ἐκ πατρικῆς οὐσίας γέννησιν τοῦ υἱοῦ. καὶ μετ᾽ ὀλίγα. δι᾽ οὐδὲν ἄλλο ἕτερον γαστέρα ὀνομάζει, ἢ ἵνα παραστήσῃ αὐτὸν τὸν υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας γεγεννῆσθαι. καὶ μετ᾽ ὀλίγα. ὅταν οὖν φάσκῃ ἡ γραφὴ, ἐκ γαστρὸς γεγεννῆσθαι τὸν υἱὸν, τὴν ἐκ τῆς θεϊκῆς ὑποστάσεως γνησιότητα τοῦ υἱοῦ σημαίνει. Καὶ μετά τινα. τὸν οὖν υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς γεννηθέντα μανθανόμενοι. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, καλῶς ἐποίησας, φησὶν, οὐκ ἂν εἴη ὁ αὐτὸς υἱὸς κτίσμα, ἵνα μὴ καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔξωθεν τοῦ Θεοῦ ἡ οὐσία αὐτοῦ νομίζηται. καὶ μετὰ πολλὰ ἐν τῷ αὐτῷ, οὐκ ἔξωθεν τίς ἐστιν ἐφευρεθεῖσα ἡ τοῦ υἱοῦ οὐσία, οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη, ἀλλὰ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἔφυ, ὡς τοῦ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα, καὶ ὡς ὕδατος ἀτμίς. ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ ἀπὸ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Συνόδου πρὸς τὴν Ἀλεξανδρείας ἐκκλησίαν. ἧς ἡ ἀρχὴ, πᾶσι μὲν τοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθοῦσι, φησὶν, οἱ γὰρ τὴν Ἀρειανικὴν αἵρεσιν ἀναθεματίσαντες, γινώσκοντες εἰσὶ μὴ κτίσμα, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς οὐσίας γέννημα εἶναι τὸν λόγον. καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν καὶ ῥίζαν καὶ πηγὴν εἶναι τοῦ υἱοῦ. καὶ μετά τινα, ὅθεν εἰ ἦν ἐκ μετουσίας ὁ υἱὸς, καὶ μὴ ἐξ αὐτοῦ οὐσιώδης θεότης, καὶ εἰκὼν τοῦ πατρὸς, οὐκ ἂν ἐθεοποίησε θεοποιούμενος καὶ αὐτός.

Ὅτι καὶ ἐπὶ τῆς ὑπάρξεως τοῦ υἱοῦ λαμβάνεται παρὰ ταῖς γραφαῖς τὸ ἀναβλύζειν αὐτὸν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, καὶ τὸ ἐκλάμπεσθαι, καὶ τὸ προέρχεσθαι, τὸ προϊέναι, καὶ τὸ ἐκπέμπεσθαι, καὶ τὸ πεφηνέναι: ὅπερ δίδωσι διαγινώσκειν, πῶς λέγεται καὶ τὸ πνεῦμα ἀναβλύζειν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ, καὶ προέρχεσθαι ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐκλάμπειν, καὶ ἐκπέμπεσθαι, καὶ πεφηνέναι.

Ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων τῶν περὶ τῆς ἀϊδιότητος τοῦ υἱοῦ. οὗ ἡ ἀρχὴ, πηγὴ σοφίας, καὶ ζωῆς καλεῖται. φησὶν, ἦν ἄρα τῷ γεννήσαντι συναΐδιος ὁ υἱὸς, ὥσπερ ἀπό τινος πηγῆς τῆς πατρῴας καὶ ἀναβλύζων οὐσίας. καὶ ἐν ἄλλῳ κε-

prium Filium per Prophetam, ex vtero ante Luciferum genui te, generationem ſignificat Filij ex paterna ſubſtantia. & paulo poſt, Non igitur alia de cauſa verum nominat, quam vt exprimeret ac demonſtraret ipſum Filium ex ſubſtantia Patris genitum. & paulo poſt, Cum ergo dicit Scriptura, ex vtero genitum eſſe Filium, ex diuina hypoſtaſi veram ac germanam generationem ſignificat Filij. Et poſt nonnulla, Filium igitur ex ſubſtantia Dei, & Patris genitum diſcimus. Idem in oratione, cuius initium, recte feciſti, ait, Non eſſet idem Filius creatura, ne & ex Deo, & extra Deum eius ſubſtantia cenſeatur. Et poſt multa in eadem, Non ab extra quædam eſt inuenta ſubſtantia Filij, neque ex non entibus introducta, ſed orta eſt ex ſubſtantia Patris, vt ſplendor luminis, & vt aquæ vapor. In Epiſtola, quæ miſſa eſt à Synodo Hieroſolymitana ad Eccleſiam Alexandrinam, cuius initium, omnibus, qui in idem conuenerunt, fertur, qui enim Arianam hæreſim anathematizarunt, norunt Verbum non eſſe creaturam, ſed ex ſubſtantia prolem, ac ſubſtantiam Patris principium, radicem & fontem eſſe Filij. & poſt nonnulla, Vnde ſi eſſet ex participatione Filius, ac non ex ipſo ſubſtantialis Deitas, & imago Patris, non deificaret, deificatus & ipſe.

Quod etiam in Filij exiſtentia ſumitur in ſcriptis Sanctorum Patrum ſcaturire ipſum ex ſubſtantia Patris, ac elucere, prouenireq; & emitti atque exiſtere, quod dat nobis intelligere, quomodo dicatur Spiritus emanare ex ſubſtantia Filij, ac prouenire ex Filio, & elucere, ac emitti, & exiſtere.

SAnctus Cyrillus in vno ex capitibus de æternitate Filij, cuius initium, fons ſapientiæ, vitæque, ait, erat igitur generanti coæternus Filius, tanquam ab aliquo fonte, è paterna ſubſtantia ſcaturiens. & in alio ca-

φαλαίῳ· ὁ μὲν γὰρ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς προελθὼν, πατέρα εὐθὺς ἔδειξε τὸν γεννήσαντα. καὶ ἐν ἄλλῳ, ὥσπερ ὁ πατὴρ ἄναρχος, οὕτω καὶ ὁ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθὼν λόγος, ἄναρχος. καὶ ἐν ἄλλῳ, ὁ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας προελθὼν λόγος. καὶ ἐν ἄλλῳ, ὁ ἐξ αὐτοῦ προελθὼν ἀχρόνως υἱός. καὶ ἐν ἄλλῳ, τὸν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας προεληλυθότα υἱόν. καὶ ἐν ἄλλῳ, ὁ δὲ αἰῶ πάντων ἀναβεβηκὼς Θεὸς, ἐκλάμψας ἀμερίστως ἐξ αὐτοῦ τὸν υἱόν. καὶ ἐν ἄλλῳ, ὁ πατὴρ ἐξέλαμψεν ἐξ αὐτοῦ τὸν υἱὸν ἀμερίστως καὶ ἀδιαστάτως. καὶ ἐν ἄλλῳ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἀμερίστως ἐκ τοῦ πατρὸς προελθὼν, χαρακτήρ ἐστι τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ. καὶ ἐν ἄλλῳ, ὥσπερ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ μερισμὸν ὑπομένει περὶ τὴν οὐσίαν, διαφόρους ἐκπέμπον δόσεις ἐν τοῖς χαρισμασι τρόπους, οὕτω καὶ τὴν γεννητικὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἄν τις τῶν διφερομένων ἀδικήσας φήσειεν, ἢ μερισμὸν, ἢ ἀπόρροιάν τινα παθεῖν, ἵνα καὶ μόνον ἐξ αὐτῆς ἐκλάμψασαν υἱόν. καὶ ἐν ἄλλῳ, σύμπαν τὸ εἶναι τοῦ υἱοῦ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας πρόεισι. καὶ ἐν ἄλλῳ, ποῖον γὰρ πάθος ἐπὶ τὸν ἥλιον ὁρᾶται γινόμενον, ὅτε τίκτει τὸ φῶς; ποῖος συμβαίνει περὶ τὸ πῦρ μερισμὸς, ὅταν ἐκπέμπῃ τὸν ἐξ αὐτοῦ φωτισμόν; εἰ δὲ ταῦτα γεννᾷ μὲν ἀμερίστως, ἐκπέμπει δὲ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀπαθῶς, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὁ τούτων ποιητὴς ἐκπέμπει τῆς ἑαυτοῦ φύσεως τὸ ἀπαύγασμα; ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ τῆς ἀϊδίου ὑπάρξεως τοῦ υἱοῦ καὶ πνεύματος λόγῳ, οὐκ ἀρχὴ, Ἰουδαϊσμὸς ἀντίκειται πρὸς ἑλληνισμὸν, φησὶ, τοίνυν οὐδὲ ὁ υἱὸς λόγος ἐν καρδίᾳ τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ λόγος ζῶν ἀπὸ ζῶντος Θεοῦ, ἀϊδίῳ γεννήσει πεφηνὼς, ἀνάρχως τῷ πατρὶ συνών. ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῷ πρὸς Οὐαλεριανὸν Ἐπίσκοπον λόγῳ, φησὶν, ἅγιος γὰρ ὢν κατὰ φύσιν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ πατὴρ ὁ ἐξ αὐτοῦ πεφηνὼς υἱὸς μονογενὴς, ἡγιάσθαι λέγεται παρὰ τοῦ πατρὸς, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος.

Περὶ

pite hic quidem ex ſubſtantia Patris proueniens, Patrem ſtatim oſtendit, qui eum genuit. Et in alio, quemadmodum Pater eſt ſine principio, ſic & quod prouenit ex eius ſubſtantia Verbum caret principio (temporis.) & in alio, ex Patris ſubſtantia prouenientem Filium. Et in alio, qui omnia ſuperat Deus profert inſtar fulgoris impartibiliter ex ſe ipſo Filium. Et in alio, Pater vt lucem emiſit ex ſe ipſo Filium impartibiliter atque ſine intermiſſione. & in alio, ſic & Filius Dei impartibiliter ex Patre proueniens, character eſt eius æternitatis. Et in alio, quemadmodum Spiritus ſanctus non patitur partitionem circa ſubſtantiam varios emittens in donis modos, ita etiam generatiuam ſubſtantiam Dei, nemo eorum, qui ſapiunt, iniuria affici dixerit, aut partitionem, aut fluxum aliquem pati, cum vnum & ſolum inſtar luminis Filium protulerit. & in alio, totum eſſe Filij ex ſubſtantia Patris proficiſcitur. Et in alio, qualis enim paſſio in Sole aſpicitur, quando generat lumen? quæ partitio accidit circa ignem, quando emittit ex ſe illuminationem? quod ſi iſta generant quidem ſine partitione, emittunt vero ex ſe ſine paſſione, nonne magis horum creator emittit è ſua natura ſplendorem? Magnus Athanaſius in oratione de æterna exiſtentia Filij & Spiritus. cuius initium, Iudaiſmus opponit ſe gentiliſmo, ait, igitur neque Filius Verbum in corde Spiritus eſt, ſed Verbum viuum, ex Deo viuo æterna generatione cum ſit, ſine principio (temporis) vna cum Patre eſt. Sanctus Cyrillus in oratione ad Valerianum Epiſcopum, ait, ſanctus enim cum ſit ſecundum naturam, quemadmodum ſanè & ipſe Pater, qui ex ipſo eſt Filius vnigenitus, ſanctificari dicitur à Patre quatenus eſt homo.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι ὅπου λέγεται τὸ ἐκχεῖσθαι τὸ πνεῦμα, τὰ χαρίσματα τοῦ πνεύματος δηλοῦνται, καὶ οὐχὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα.

Ὁ Μέγας Βασίλειος ἐν τῷ περὶ πνεύματος λόγῳ, ᾗ ἡ ἀρχὴ, ἐνθυμηθῶμεν πᾶσα ψυχὴ, φησὶ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐδὲν ἐν ἑαυτῷ ἐπίκτητον ἔχον ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἀϊδίως πάντα ἔχον ὡς πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνὸς, αἴτιον αὐτὸν ἔχον, ὡς πηγὴν ἑαυτοῦ, κἀκεῖθεν πηγάζει. πηγὴ δὲ αὐτὸ τῶν προειρημένων ἀγαθῶν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἐκ Θεοῦ πηγάζον ἐνυπόστατόν ἐστι. τὰ δὲ ἐξ αὐτοῦ πηγάζοντα, ἐνέργειαι αὐτοῦ εἰσί. τοῦτο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξέχεεν ἐφ᾽ ἡμᾶς πλουσίως ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα ἐκ πατρὸς, ἀτέλειαν τῆς αἰτίας τῷ πατρὶ προσάπτει. πάντως γὰρ εἴπερ ἐπὶ τῆς ὑπάρξεως τοῦ πνεύματος ἀτέλεια ἔσται τῷ δι᾽ υἱοῦ ἐκπέμπειν τὸ πνεῦμα, ἀτέλεια ἔσται τῷ πατρὶ καὶ δημιουργοῦντι διὰ τοῦ υἱοῦ.

Ἀλλ᾽ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ η. τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον κεφαλαίων, φησι. διὰ τοῦτο φησὶν ὁ κύριος πρὸς τὸν πατέρα, τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστιν. ὡς ἐπ᾽ αὐτὸν τῆς ἀρχῆς τῶν δημιουργημάτων ἀναγομένης. καὶ τὰ σὰ ἐμὰ, ὡς ἐκεῖθεν αὐτῷ τῆς αἰτίας τοῦ δημιουργεῖν καθηκούσης. καὶ μετά τινα, ὧν δὲ ἡ δύναμις ἴση, ἴση που πάντως καὶ ἡ ἐνέργεια. Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία, καὶ οὕτω πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο. καὶ μετά τινα, ὅτι τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ δημιουργεῖν τὸν πατέρα, οὔτε ἀτελῆ τὴν δημιουργίαν τοῦ πατρὸς συνίστησιν, οὔτε ἄτονον τοῦ υἱοῦ παραδηλοῖ τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὸ ἡνωμένον τοῦ θελήματος παρίστησιν. ὥστε ἡ δι᾽ υἱοῦ φωνὴ, τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν ἔχει, οὐκ ἐπὶ κατηγορίᾳ τοῦ ποιητικοῦ αἰτίου παραλαμβάνεται.

Ὅτι

Ad eos qui dicunt, vbi dicitur effundi Spiritus, dona Spiritus ſignificari, non ipſum Spiritum.

MAgnus Baſilius in oratione de Spiritu, cuius initium, animaduertamus omnis anima, ait, Spiritus ſanctus nihil habet in ſe acquiſitum, ſed ab æterno habet omnia, vt Spiritus Dei, & ex ipſo exiſtens, ipſum habens cauſam tanquam fontem ſuum, indeq; veluti fons ſcatet, fons vero & ipſe prædictorum bonorum, ſed qui ex Deo veluti fons ſcaturit, ſubſiſtens eſt, dona vero ex ipſo ſcaturientia, operationes eius ſunt. Hunc Spiritum ſanctum effudit ſuper nos abundè Deus per Ieſum Chriſtum.

Ad eos, qui dicunt, eſſe Spiritum ex Patre per Filium, imperfectionem cauſæ Patri affingere; omnino enim ſi in Spiritus exiſtentia, imperfectio erit Patri, per Filium emittere Spiritum, imperfectio attribuenda erit Patri procreanti per Filium.

VErum Baſilius Magnus in octauo capite ad Amphilochium habet. propterea dicit Dominus ad Patrem, mea omnia tua ſunt, tanquam ad ipſum principium effectorum referatur. & tua mea, velut inde ipſi cauſa procreandi proueniat. & poſt aliqua, quorum verò potentia æqualis eſt, æqualis omninò eſt etiam operatio. Chriſtus enim eſt Dei potentia, & Dei ſapientia, & ſic omnia per ipſum facta ſunt. Et poſt nonnulla in fine capitis, quod per Filium creare Patrem, neque imperfectam procreationem Patris conſtituit, neque imbecillam Filij operationem indicat, ſed coniunctionem voluntatis probat. itaque vox per Filium procatharcticæ cauſæ (hoc eſt originalis, quæ ſine principio eſt) confeſſionem habet, non ad accuſandam (imperfectionis) cauſam efficientem aſſumitur.

Quod

Ὅτι ἀμέσως ὁ υἱὸς ἐκ πατρός.

Ὁ Μέγας Βασίλειος ἐν τῷ β. τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικῶν, φησὶν, ἀρχὴ, μέσον, πέρας, οὐδεμία. ἀρχὴ δὲ τοῦ υἱοῦ ὁ πατήρ. μέσον δὲ τούτων, οὐδέν. πῶς οὖν οὐκ ἦν ἐξ ἀρχῆς, ὁ μηδὲν ἔχων προσεπινοούμενον ἑαυτοῦ, εἰ μὴ τὸν ἐξ οὗ ἔχει τὸ εἶναι; οὐ διαστήματι ὑπερέχοντα, ἀλλὰ τῇ αἰτίᾳ προτεταγμένον; εἰ τοίνυν ἀΐδιος ἡ τοῦ υἱοῦ κοινωνία πρὸς τὸν πατέρα καὶ Θεὸν ἀναπέφανται, τῆς διανοίας ἡμῶν ἀπὸ τοῦ υἱοῦ δι' οὐδενὸς κενοῦ πρὸς τὸν πατέρα χωρούσης, ἀλλ' ἀδιαστάτως τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν συναπτούσης, ὁ μηδενὶ μέσῳ διοριζόμενος, τίνα ἔτι παρείσδυσιν καταλείπει τῇ πονηρᾷ αὐτῶν βλασφημίᾳ. Ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῷ α. τῶν ἀντιρρητικῶν, φησί. πατὴρ μὲν ἄναρχος καὶ ἀγέννητος νοεῖται. ἐξ αὐτοῦ δὲ κατὰ τὸ προσεχὲς ἀδιαστάτως ὁ μονογενὴς υἱὸς τῷ πατρὶ συννοεῖται. δι' αὐτοῦ δὲ καὶ μετ' αὐτοῦ πρίν τι κενόν τε καὶ ἀνυπόστατον διὰ μέσου παρεμπεσεῖν νόημα, εὐθὺς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον συνημμένως καταλαμβάνεται. οὐχ ὑστερίζον κατὰ τὴν ὕπαρξιν μετὰ τὸν υἱόν. ὥστε ποτὲ τὸν μονογενῆ δίχα τοῦ πνεύματος νοηθῆναι. ἀλλ' ἐκ μὲν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων καὶ αὐτὸ τὴν αἰτίαν ἔχον τοῦ εἶναι, ὅθεν καὶ τὸ μονογενές ἐστι φῶς. διὰ δὲ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἐκλάμψαν. οὔτε διαστήματι, οὔτε φύσεως ἑτερότητι τοῦ πατρὸς, ἢ τοῦ μονογενοῦς ἀποτέμνεται. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν αὐτῶν ἀντιρρητικῶν, φησὶν, ἐπεὶ καὶ παρ' ἡμῶν ὁμολογεῖται τὸ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα συναφές τε καὶ ἀμέριστον, ὡς μηδὲν ἢ τὸ διὰ μέσου τούτων παρενειρόμενον. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ η. τῶν αὐτῶν, φησὶν, οὐδὲ γὰρ ἡ ἄμεσος αὕτη συνάφεια ἐκβάλλει τὴν βούλησιν τοῦ πατρὸς, ὡς κατά τινα φύσεως ἀνάγκην ἀπροαιρέτως τὸν υἱὸν ἔχειν. καὶ μετά τινα. ἄμεσος ἐστὶν ἡ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα συνάφεια, καὶ οὐκ ἐξωθεῖται ὑπὸ τῆς ἀδιαστάτου συναφείας τὸ βούλημα, τὸ τῇ ἀγαθῇ φύσει ἐνυπάρχον. ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τοῖς θησαυροῖς, φησὶ, γεννᾷ δὲ ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ἀμεσιτεύτως.

Quod immediatè ex Patre Filius.

MAgnus Baſilius in ſecundo libro contra Eunomium ait, principium igitur Patris nullum eſt, principium verò Filij Pater eſt, horum medium nihil, quomodo non erat à principio (æternitatis) qui nihil habet, quid ſibi præintelligatur, niſi eum, ex quo habet eſſe? non interuallo (temporis) excedentem, ſed cauſa præpoſitum? ſi igitur ab æterno Filij communicatio ad Patrem & Deum oſtenſa eſt, cum mens noſtra per nullum vacuum pergat à Filio ad Patrem, ſed ſine interuallo Filium Patri coniungat, qui nullo medio determinatur, quem tandem aditum prauæ horum blaſphemiæ reliquerit? Gregorius Nyſſenus in primo libro refutatorio contra Eunomium, ait, Pater quidem ſine principio ingenitus intelligitur, ex ipſo vero continenter ſine interuallo vnigenitus Filius Patri cointelligitur. per ipſum verò & cum ipſo antequam vacuum quicquam, neq; ſubſiſtens per medium incurrat cogitatum, Spiritus ſanctus coniunctim apprehenditur, non poſterior exiſtens ſecundum exiſtentiam poſt Filium, ita vt aliquando vnigenitus ſine Spiritu intelligatur, verum ex Deo quidem cunctorum & ipſe habens cauſam eſſendi, Vnde & vnigenitum eſt lumen, & per verum lumen inſtar luminis affulgens, neque interuallo, neque diuerſitate naturæ à Patre vel à Filio ſeiungitur. Idem in quarto eorundem librorum, ait, & nos etiam fatemur Filij cum Patre coniunctionem, & impartitionem, vt nihil ſit, quod per medium horum ſeſe inſerat. idem in octauo eorundem, ait, Neque enim immediata hæc coniunctio tollit voluntatem Patris, vt ſecundum quandam naturæ neceſſitatem inuoluntarie Filium habeat. Et poſt nonnulla, immediata eſt Filij ad Patrem coniunctio, neque impeditur à continenti coniunctione voluntas, quæ in bona natura intus exiſtit. Sanctus Cyrillus in Theſauris, ait, generat verò Pater Filium nulla re intercedente.

Nyſſeni

Τοῦ Νύσσης ἐκ τῆς γ. Ὁμιλίας τοῦ Πάτερ ἡμῶν.

Ἴδιον τοῦ πατρὸς τὸ μὴ ἐξ αἰτίου εἶναι, τοῦτο οὐκ ἔστιν ἰδεῖν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος. ὅτε γὰρ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθε, καθώς φησιν ἡ γραφή, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἐκπορεύεται. ἀλλ' ὥσπερ τὸ ἄνευ αἰτίας εἶναι μόνου τοῦ πατρὸς ὄν, τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι ἐφαρμοσθῆναι οὐ δύναται, οὕτω τὸ ἔμπαλιν, τὸ ἐξ αἰτίας εἶναι, ὅπερ ἴδιόν ἐστι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, τῷ πατρὶ ἐπιθεωρηθῆναι φύσιν οὐκ ἔχει. κοινοῦ δὲ ὄντος τῷ υἱῷ καὶ πνεύματι τοῦ μὴ ἀγεννήτως εἶναι, ὡς ἂν μή τις σύγχυσις περὶ τὸ ὑποκείμενον θεωρηθείη, πάλιν ἐστὶν ἄμικτον τὴν ἐν τοῖς ἰδιώμασιν αὐτῶν διαφορὰν ἐξευρεῖν, ὡς ἂν καὶ τὸ κοινὸν φυλαχθείη, καὶ τὸ ἴδιον μὴ συγχυθείη. ὁ γὰρ μονογενὴς υἱὸς, ἐκ τοῦ πατρὸς παρὰ τῆς ἁγίας γραφῆς ὀνομάζεται, καὶ μέχρι τούτου ὁ λόγος ἵστησιν αὐτοῦ τὸ ἰδίωμα. τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. εἰ γάρ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει φησὶν, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. οὐκοῦν τὸ μὲν πνεῦμα τὸ ἐκ Θεοῦ ὂν, καὶ Χριστοῦ πνεῦμά ἐστιν. ὁ δὲ υἱὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ ὢν, οὐκέτι καὶ τοῦ πνεύματος οὔτε ἐστὶν, οὔτε λέγεται. οὐδὲ ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ ἀκολουθία αὕτη, ὡς δυνάσθαι κατὰ τὸ ἴσον δι' ἀναλύσεως ἀντιστραφῆναι τὸν λόγον, καὶ ὥσπερ Χριστοῦ τὸ πνεῦμα λέγομεν, οὕτω καὶ τοῦ πνεύματος Χριστὸν ὀνομάζεσθαι.

Τοῦ Δαμασκηνοῦ ἐκ τῆς πρὸς Ἰορδάνην Ἀρχιμανδρίτην ἐπιστολῆς.

Πατὴρ ὁ πατὴρ καὶ οὐχ υἱὸς, οὐ γὰρ ἔκτιστος. υἱὸς ὁ υἱὸς, ἐκ τοῦ πατρὸς γὰρ, καὶ οὐ πατήρ. ἵνα εἷς ᾖ ὁ πατήρ. πνεῦμα ἅγιον τὸ πνεῦμα ἅγιον. ἐκ τοῦ πατρὸς γὰρ διὰ τοῦ υἱοῦ καὶ λόγου προϊὸν, οὐχ υἱϊκῶς δέ. καὶ μετ' ὀλίγα. ἡμῖν δὲ εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. λόγος δὲ ἐνυπόστατον γέννημα, διὸ καὶ υἱὸς, καὶ πνεῦμα ἐνυπόστατον ἐκπόρευμα,

καὶ

Nyſſeni ex tertia Homilia in Pater noſter.

PRoprium Patris eſt, non eſſe ex cauſa, id non eſt videre in Filio & Spiritu. quippe Filius ex Patre exiuit, vt ait Scriptura, & Spiritus ex Deo & Patre procedit. Verum quemadmodum illud eſſe ſine cauſa ſolius Patris cum ſit, Filio & Spiritui tribui non poteſt, ſic è contra, eſſe ex cauſa, quod proprium eſt Filij & Spiritus, cogitari non poteſt. Cum autem commune ſit Filio, & Spiritui non eſſe ingenitum, ne qua confuſio circa ſuppoſitum animaduertatur, rurſus licet inuenire non mixtam differentiam in proprietatibus ipſorum, vt & commune ſeruetur, & proprium non confundatur. Quippe vnigenitus Filius ex Patre à ſacra Scriptura nominatur, & hactenus ſiſtit ipſi ſermo proprietatem, Spiritus verò ſanctus & ex Patre dicitur, & ex Filio eſſe inſuper teſtimonium habet. etenim ſi quis, inquit, Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Igitur Spiritus ex Deo cum ſit, etiam Chriſti Spiritus eſt. At verò Filius ex Deo cum ſit, non item & Spiritus ſancti aut eſt, aut dicitur. neque reciprocatur relatiua iſta conſequentia, vt æquè poſſit ſermo per reſolutionem reciprocari, & vt Chriſti Spiritum dicimus, ſic etiam Chriſtum Spiritus ſancti nominemus.

Damaſceni ex Epiſtola ad Iordanem Archimandritam.

PAter eſt Pater, & non Filius, non enim ex quopiam: Filius eſt Filius, ex Patre namque, ac non Pater: vt vnus ſit Pater. Spiritus ſanctus eſt Spiritus ſanctus. Etenim ex Patre per Filium Verbum prodiens, non autem filialiter. Et poſt pauca. Nobis verò vnus eſt Deus Pater, & eius Verbum, & eius Spiritus. Verbum verò ſubſiſtens proles, idcirco & Filius. Et Spiritus ſubſiſtens procedens,

καὶ πρόβλημα ἐκ πατρὸς μὲν, δι' υἱοῦ δὲ, καὶ οὐκ ἐξ υἱοῦ. ὡς πνεῦμα στόματος Θεοῦ λόγου ἐξαγγελτικόν,

Κεφάλαιον θ. τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τῶν ιϛ. κεφαλαίων.

Ἄνθρωπος γενόμενος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀπομεμένηκε καὶ οὕτω Θεός. πάντα ὑπάρχων ὅσα καὶ ὁ πατὴρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατήρ. καὶ ἴδιον τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ πνεῦμα ἀπεργάζετο τὰς θεοσημείας, ὥστε δυνάμει τῇ διὰ τοῦ πνεύματος ἐπλήρου τὰ θαύματα.

Μέμψις Θεοδωρήτου.

Ἴδιον δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ; εἰ μὲν ὡς ὁμοφυὲς καὶ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἔφη, συνομολογήσομεν, καὶ ὡς εὐσεβῆ δεξόμεθα τὴν φωνήν. Εἰ δ' ὡς ἐξ υἱοῦ, ἢ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ὡς βλάσφημον τοῦτο καὶ ὡς δυσσεβὲς ἀπορρίψομεν, πειθόμενοι γὰρ τῷ κυρίῳ λέγοντι. τὸ πνεῦμα, ὃ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. καὶ τῷ θειοτάτῳ δὲ Παύλῳ ὁμοίως φάσκοντι, ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ ἐκ Θεοῦ.

Πρὸς ταύτην τὴν ἀντίθεσιν, τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.

Μεμνήμεθα δὴ τοῦ κυρίου εἰπόντος σαφῶς περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει. ἴσμεν ὅτι πρὸς τούτῳ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργείᾳ τὰς πονηράς τε καὶ ἀκαθάρτους δυνάμεις συντρίβοντα. ἀλλ' οὐχ οὕτω φαμὲν αὐτὸν καθάπερ ἀμέλει καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστον, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει κεχρῆσθαι τῇ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἦν γὰρ καὶ ἔστιν αὐτοῦ τὸ πνεῦμα καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ πατρός. καὶ τοῦτο ἡμῖν εὖ μάλα σαφηνιεῖ γεγραφὼς ὁ θεσπέσιος Παῦλος. οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται, ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ.

cedens, atque productus, ex Patre quidem, ſed per Filium, non ex Filio, ſicuti Spiritus oris Dei Verbi enunciatiuus.

Caput nonum S. Cyrilli ex duodecim capitibus.

HOmo factus Vnigenitum Dei Verbum, remanſit etiam ſic Deus, omnia exiſtens, quot etiam Pater, excepto ſolo quod ſit Pater. ac proprius ex ipſo & eſſentialiter inſitus ipſi Spiritus efficiebat diuina ſigna. Itaque potentia, quæ erat per Spiritum patrabat miracula.

Reprehenſio Theodoreti.

PRoprius autem eſt Spiritus Filij, ſiquidem vt eiuſdem naturæ, & ex Patre procedentem dixit, conſentimus, & tanquam piam accipimus vocem, ſin autem ex Filio, vel per Filium exiſtentiam habentem, id vt blaſphemum atque impium reijciemus. credimus enim Domino dicenti, Spiritus, qui à Patre procedit; & D. Paulo ſimiliter atteſtanti, nos autem non Spiritum mundi accepimus, ſed eum, qui ex Deo eſt.

Ad hanc obiectionem S. Cyrilli reſponſio.

MEmoria ſanè tenemus Dominum clarè de Spiritu ſancto dixiſſe, ille me clarificabit. ſcimus quoque præterea eum operatione ſancti Spiritus malignas & impuras poteſtates conterrere. Verum non ita dicimus eum vſum fuiſſe quaſi aliena potentia Spiritus ſancti, quemadmodum profectò & vnumquemque Sanctorum. erat enim & eſt eius Spiritus, certè quemadmodum & Patris, idque nobis ſcitè admodum declarabit egregius Paulus, qui ſcripſit, qui autem ſunt in carne Deo placere non poſſunt, vos verò non eſtis in carne, ſed Spiritu, ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis, ſi quis autem Spiritum Chriſti, non habet, hic non eſt eius.

αὐτοῦ. ἐκπορεύεται μὲν γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀλλότριον ἐστὶ τοῦ υἱοῦ. πάντα γὰρ ἔχει μετὰ τοῦ πατρός. καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐδίδαξεν εἰπὼν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστιν.

Ἐκ τῶν Θησαυρῶν αὐτοῦ.

ΑΝάγκη τὸ πνεῦμα τῆς οὐσίας ὑπάρχειν ὁμολογεῖν τοῦ υἱοῦ. ὡς γὰρ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχον, καὶ ἐπὶ τὴν κτίσιν παρ᾽ αὐτοῦ πεμπόμενον, τὸν ἀνακαινισμὸν ἐργάζεται, συμπλήρωμα τῆς ἁγίας ὑπάρχον Τριάδος.

Τοῦ Δαμασκηνοῦ ἐκ τοῦ ιγ. κεφ. τῶν Θεολογικῶν.

ΑΥτὸς μὲν οὖν ἐστὶ νοῦς λόγου ἄβυσσος, λόγου γεννήτωρ, καὶ διὰ λόγου προβολεὺς πνεύματος ἐκφαντορικοῦ. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ πατρὸς, ἐκ πατρὸς μὲν δι᾽ υἱοῦ ἐκπορευομένη ὡς οἶδεν αὐτὸς οὐ γεννητῶς. καὶ υἱοῦ πνεῦμα οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ὡς δι᾽ αὐτοῦ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον.

Κυρίλλου ἐκ τοῦ β. λόγου τῶν πρὸς Ἑρμείαν,

ΤΗν μὲν αἰωνιωτάτην ῥίζαν, ἧς ἐπέκεινα τὸ σύμπαν οὐδὲν, ἐννοήσεις τὸν πατέρα. τὸν δ᾽ ἐκ τῆς αἰωνιωτάτης ῥίζης ἐκπεφυκότα καὶ γεγεννημένον παραδείξῃ τὸν υἱόν. οὐκ ἐν ἴσῃ τάξει τοῖς πεποιημένοις τὴν ἐν χρόνῳ λαχόντα γένεσιν. ἔτι μὴν ἐν ἐλάττοσιν, ἢ ἐν οἷς ὁ πατὴρ τὸ τῆς ἰδίας φύσεως ἐκφαίνοντα κάλλος, ἀλλ᾽ ἅμα τε καὶ συναΐδιον, καὶ κατὰ πᾶν ὅτι οὖν ἰσομέτρως ἔχοντα, δίχα μόνου τοῦ τεκεῖν. προσῆκει γὰρ τοῦτο μόνῳ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ἅγιον δὲ πνεῦμα προσερεῖς, τὸ ἐκ Θεοῦ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ προχεόμενον φυσικῶς, καὶ καθάπερ ἐν τύπῳ τῆς ἐκ στόματος διαπνοῆς τὴν ἰδίαν ἡμῖν κατασημαῖνον ὕπαρξιν.

Τοῦ

eius. Etenim procedit quidem Spiritus Sanctus ex ipſo Deo & Patre, iuxta Saluatoris vocem, ſed non eſt alienus à Filio, quippe omnia habet cum Patre, idque ipſe docuit, loquens de Spiritu Sancto, omnia quæ habet Pater, mea ſunt.

Ex Theſauris eius.

NEceſſe eſt fateri Spiritum ex ſubſtantia eſſe Filij. vt enim ex ipſo ſecundum naturam exiſtens, & ad creaturam ab eo miſſus renouationem efficit, cum ſit Sanctæ Trinitatis complementum.

Damaſceni ex 13. cap. Theologicorum.

IPſe igitur eſt mens, Verbi abyſſus, Verbi genitor, & per Verbum Spiritus enunciatiui productor. ibidem Spiritus Sanctus enunciatiuà potentia arcanorum Deitatis Patris, ex Patre quidem per Filium procedens, vt nouit ipſe, non filialiter. Ibidem, & Filij Spiritus, non tamquam ex ipſo, ſed per ipſum ex Patre procedens.

Cyrilli ex 2. Oratione, earum quæ ad Hermiam.

SVpremam quidem radicem, vltra quam totum omnino nihil, Patrem cogitabis, ex ſuprema vero radice natum & genitum Filium acceptabis, ſortitum generationem. non in ordine æquali cum creaturis in tempore, neque in paucioribus, quam in quibus Pater, propriæ naturæ promentem pulchritudinem, ſed ſimul & coæternum, & per omnia æqualiter habentem, excepto ſolo generare. id enim ſoli Deo & Patri conuenit, Sanctum autem Spiritum laudabis, ex Deo & Patre per Filium effuſum naturaliter & quadam velut ſimilitudine ſpirationis ex ore, propriam nobis ſignificantem exiſtentiam.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ γ. λόγου.

Ἀθρεῖ δὴ οὖν καὶ διὰ τούτων ἡμῖν ὦ φιλότης, ἐξ ἰδίου πληρώματος προϊέντα τὸν υἱὸν τὸ ἴδιον αὐτοῦ, καὶ ἀναποβλήτως ἐμπεφυκὸς ἅγιον πνεῦμα. δι' οὗ πᾶσα δόσις ἀγαθή.

Ἐκ τοῦ δ. λόγου.

Τοιγάρτοι καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς, ἐρήμην τοῦ πάλαι καὶ ἐν ἀρχαῖς ἀγαθοῦ τὴν ἀνθρώπου φύσιν εὑρὼν, πάλιν αὐτὴν εἰς ἐκεῖνο μεταστοιχειοῦν ἠπείγετο, καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ ἰδίου πληρώματος ἐνιείς τε, καὶ λέγων, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, τοῦ διὰ σαρκὸς ἐμφανεστέρῳ φυσήματι τὴν τοῦ πνεύματος φύσιν εὖ μάλα σκιαγραφῶν.

Ἐκ τοῦ ε. λόγου.

Ἀθρεῖ δὴ οὖν ὦ ἑταῖρε, τοῦ θείου τε καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος χορηγὸν, καὶ δοτῆρα τὸν ἐκ Θεοῦ πεφηνότα υἱόν. ἐνεφύσησε γὰρ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ λέγων, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. εἶτα πῶς οὐκ ἂν γένοιτο τῶν ἄλλων ἀπηχεστάτων, ζωῆς ὑπάρχειν χορηγὸν τὸν οὐκ ὄντα ζωὴν κατά γε τὸ ἐκείνοις οὐκ οἶδ' ὅπως δοκοῦν. Καί τοι τί δήποτε, φαίην ἂν εἰκότως, εἴπερ ἐστὶν οὐ ζωὴ, ὡς ἴδιον ἀγαθὸν ἐνίησί τε τὸ πνεῦμα, καὶ τρόπῳ τῷ κατὰ τὴν ἐμφύσησιν χορηγὸν ὄντως ζωῆς ἑαυτὸν ἀποφαίνει.

Ἐκ

Eiuſdem ex tertia Oratione.

VIde igitur etiam per hæc, ò amice, ex propria plenitudine Filium emittentem proprium ſibi inamiſſibiliter, innatum Spiritum Sanctum, per quem omne datum optimum.

Ex quarta.

ITaque quando etiam Vnigenitus factus eſt homo; cum naturam humanam bono, quod erat ipſi olim, & à principio, carentem inueniſſet, rurſus eam in illud tranſmutare properabat, velut è fonte propria plenitudine immittens Spiritum Sanctum ac dicens, accipite Spiritum Sanctum corporali manifeſtiori inſufflatione. naturam Spiritus ſcitè admodum adumbrans.

Ex quinta.

VIde igitur ò ſodalis, diuini ac viuifici Spiritus largitorem ac datorem Filium, qui ex Patre eſt, inſufflauit enim diſcipulis ſuis dicens, accipite Spiritum Sanctum. Deinde quomodo non eſſet admodum abſonum vitæ eſſe largitorem eum, qui non ſit vita, ex ſententia illorum? Quamquam iure optimo dixerim, ſiquidem non eſt vita, ecquid igitur quaſi proprium bonum immittit Spiritum, atque eo modo, quo per inſufflationem, largitorem reuera vitæ ſe ipſe oſtendit?

Ἐκ τοῦ ς. λόγου.

A. Τίνος ἴδιον φαμὲν εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; πότερον δὴ μόνου τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρός, ἢ γοῦν καὶ τοῦ υἱοῦ, ἢ καὶ ἀνὰ μέρος ἑκατέρου, ἢ καὶ ἀμφοῖν, ὡς ἑνὸς ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας. B. Οὕτως ἔγωγέ φημι. A. Ὀρθῶς ὦ ἑταῖρε, καί σε τῆς ἀγχινοίας ἄγαμαι. καὶ ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς εὖ μάλα συμβαίνουσαν τὴν ἐπὶ τῷδε δόξαν, εἰρῆσθαί φημι. νοεῖται μὲν γὰρ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἐν ὑπάρξει τῇ καθ' ἑαυτόν. ὑφέστηκε δὲ αὖ καὶ ὁ υἱὸς ἰδικῶς. ἀλλ' εἰ καὶ ἰδίαν ὑπόστασιν ἑκάτερος ἀπετέμετο, τὸν γοῦν εἰς ἅπαν διορισμόν, οὐ παραδέχεται. οὐδὲ γὰρ ἂν διορίζοιντο τοῦ πατρὸς ὁ υἱός, ὥσπερ ἄγγελος ἀγγέλου. καὶ μὴν καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος ὅλως ὅλου διεστάναι τυχόν. οὔτε μὴν καὶ διαμπὰξ ἐλάσει τῆς διαφορᾶς ὁ λόγος, ἀνὰ μέρος ὁλοτρόπως ἑκάτερον ἱστάς. ἢ γὰρ ἂν εἶεν καὶ δύο Θεοί. μιᾶς δὲ καὶ μόνης οὔσης τε καὶ νοουμένης θεότητος, ζῶντα καὶ ὑφεστηκότα κατὰ θρήσαιμεν ἂν ἐν πατρὶ τὸν υἱόν. καὶ μὴν καὶ τὸ ἔμπαλιν, τουτέστιν ἐν υἱῷ τὸν πατέρα, χαρακτὴρ γάρ ἐστι τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. B. σύμφημι. A. μιᾶς οὖν φύσεως ὂν καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ προχεῖται μὲν οἷά περ ἀπὸ πηγῆς τοῦ πατρός. ἔστι γε μὴν οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ· γεγέννηται γὰρ καὶ αὐτὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἰδιότητα πᾶσαν ἔχων ἐν ἑαυτῷ. καὶ μετ' ὀλίγα. B. Καὶ τίς ἂν γένοιτο τούτων ἡ πίστις. πῶς δ' ἂν μάθοιμι σαφῶς ὡς ἔστιν ἴδιον τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καθάπερ ἀμέλει τοῦ πατρός; A. Οὐ θύραθεν ὑμῖν ὁ μάρτυς, αὐτὸν δὲ εἰσκομίσω βοῶντα Χριστόν, ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστι, διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν·

ἢ οὐκ

Ex ſexta.

A. CVius nam proprium dicemus eſſe Spiritum Sanctũ? Verum iã ſolius Dei & Patris, vel etiam Filij, vel viciſſim vtriuſque, aut etiam amborum tanquam vnius ex Patre per Filium ob identitatem ſubſtantiæ? B. Ita certe cenſeo. A. Recte ô ſodalis, teque ob acumen ingenij admiror. atque hac ſententiam ſuper hac re à Deo ſpiratis ſcripturis apprimè conuenienter eſſe dictam aio. Etenim intelligitur Deus & Pater per ſe in ſua exiſtentia. Subſiſtit autem & Filius propriè, ſed & ſi propriam hypoſtaſim vterque ſibi decerpit; diſtinctionem tamen in totum non admittit. Neque enim diſtingui dicendus eſt à Patre Filius, vt Angelus ab Angelo. quin etiam in humanis hic ab illo totus à toto forſitan diſcrepauerit. Neque tamen omni ex parte ratio differentiæ progredietur ſeparatim, ac per vices totaliter vtrumque ſiſtens. Namque duo eſſent Dij. vna vero ſola cum ſit atque intelligatur Deitas, viuum & ſubſiſtentem cernemus in Patre Filium, quanquam etiam contra, hoc eſt, in Filio Patrem. Character enim eſt hypoſtaſeos eius. B. Aſſentior. A. Vnius igitur naturæ vnus eſt etiam Spiritus, & effunditur à Patre quidem ſicut à fonte, non tamen eſt alienus à Filio. quippe hic generatus eſt, omnemq; proprietatem (ſubſtantialem) Patris in ſe habet. & paulo poſt, B. qua ratione fidem harum rerum fecerim, quoque modo clarè ſciuerim, Spiritum Sanctum eſſe proprium Filij, non aliter profecto atque Patris? A. Non extrinſecus adhibendus eſt nobis teſtis; ſed ipſum adducam Chriſtum clamantem, adhuc multa habeo dicere vobis, ſed non poteſtis portare modo. Cum autem venerit ille, Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non loquetur à ſemetipſo, ſed quæcumque audiet loquetur, & quæ ventura ſunt annunciabit vobis. ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. omnia quæcumque habet Pater, mea ſunt; propterea dixi vobis, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. An vero ſatis non eſt Verbum ad plenè perſuaden-

ἦ οὐκ ἀποχρῶν ὁ λόγος εἰς πληροφορίαν τοῖς σοφοῖς, ὃς ἴδιον μὲν φησὶ τὸν παράκλητον. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασεν αὐτόν. οὐχ ἑτέρα δὲ παρ' αὐτὸν ἡ ἀλήθεια; προσθεὶς δὲ ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, τὴν οὐσιώδη καὶ φυσικὴν οἰκειότητα δείκνυσιν ἐναργῶς· καθ' ἣν ἔνεστι πρὸς αὐτὸν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, οὐ γάρ τοι μεταληπτῶς σοφὸν ἔσεσθαι παρ' αὐτοῦ τὸ πνεῦμα φησίν, οὔτε μὴν ἐν τάξει τῇ ὑπουργικῇ ὁδὸν παρὰ τοῦ υἱοῦ λόγους τοῖς ἁγίοις διακομίσειν. ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἴ τι τῶν εὐοσμοτάτων ἀνθέων περὶ τῆς ἐξ ἑαυτοῦ διασκιδναμένης ὀσμῆς, καὶ ταῖς τῶν προσιόντων αἰσθήσεσιν ἐμπιπτούσης, λέγοι, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται τὴν φυσικὴν οἰκειότητα κατασημαίνει ἄν. Καὶ οὔπω τὸ ἐν μεθέξει διῃρημένως ὧδέ πη νοήσεις καὶ ἐφ' υἱοῦ καὶ πνεύματος. πνεῦμα γὰρ σοφίας καὶ δυνάμεως ὄν, σοφία πάντως καὶ δύναμίς ἐστιν. ὅλην δὲ ὅλου τὴν τοῦ προϊέντος ἐνέργειαν ἀποσώζον ἐν ἑαυτῷ, καὶ ὡς ἐν ἰδίᾳ φύσει καταδεικνῦον οὐ μᾶλλον τὴν ὅπερ ἐστίν. ἐπειδὴ δὲ τό ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται φησί, προσέθηκεν ἀναγκαίως, ὅτι πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, ἐμά ἐστι. διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει. ὥσπερ γὰρ πνεῦμα ἅγιον ἐστὶ κατὰ φύσιν, ἐπειδήπερ ἐστὶν ἁγίου πνεῦμα πατρός, οὕτω καὶ σοφόν. ἐπείτοι πνεῦμα σοφίας ἐστίν. σοφία δὲ ὁ υἱός. καὶ οὔπω φαμὲν ὡς κατὰ χάριν τινὰ καὶ μέθεξιν ἅγιον καὶ σοφὸν τὸ πνεῦμα ἐστίν. οὐσιωδῶς δὲ μᾶλλον, καὶ οἱονεί τις ποιότης φυσικὴ τῆς ἁγίας τε καὶ σοφῆς θεότητος, τῆς ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ νοουμένης καὶ αὐτῷ τῷ πνεύματι. ὅτι δὲ τὸ τοῦ πατρὸς πνεῦμα, πνεῦμα ἐστὶ τοῦ υἱοῦ. αὐτὸς σε δι' ἑαυτοῦ μυσταγωγήσει λέγων. ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρός. τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος φησὶ μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. συνίης οὖν, ὅπως ὡς ἴδιον ἐπαγγέλλεται καταπέμψειν ἡμῖν τὸ ἐκ τοῦ πατρός, καὶ πνεῦμα μὲν ἀληθείας ἀποκαλεῖ, προχεῖσθαι γε μὴν ἐξ αὐτοῦ διωρίσατο τοῦ πατρός. καὶ μὴν ὅτι καὶ μαρτυρήσει περὶ αὐτοῦ προμεμήνυκεν.

dum doctis hominibus, quod ſuum quidem ait paraclitum. quippe Spiritum veritatis eum appellauit. Porro non alia veritas eſt, præter ipſum. addens vero, ex meo accipiet, ſubſtantialem ac naturalem clare oſtendit neceſſitudinem, ſecundum quam ineſt ipſi Spiritus ſuus. Non enim participatè doctum fore à ſe Spiritum ait. Neque tamen in ordine adminiſtratorio verba, quæ habebit à Filio Sanctis allaturum; ſed veluti ſi quis flos eorum, qui ſunt fragrantiſſimi, effuſa è ſe odoris præſtantia, & circumſtantium ſenſibus illapſa, diceret, ex meo accipiet, naturalem vtique affinitatem ſignificaret. Neque vero in rebus ijs, quæ participatione diuiduntur, ita cogitabis etiam in Filio & Spiritu. Spiritus enim cum ſit ſapientiæ, & potentiæ, omnino ſapientia & potentia eſt: totam omnino eius, qui ſe immittit, operationem in ſe conſeruans, & tanquam in propria natura oſtendens apprimè cuius ea ſit. Quoniam vero illud ex meo accipiet, inquit, neceſſario addidit, omnia quæcumque habet Pater, mea ſunt. propterea dixi, quia de meo accipit. Vt enim Sanctus eſt Spiritus ſecundum naturam, quoniam eſt Spiritus Patris Sancti, ita etiam ſapiens. quoniam Spiritus ſapientiæ eſt. Sapientia vero eſt Filius, ac nequaquam dicimus quod ſecundum habitudinem quandam, & participationem Sanctus & ſapiens eſt Spiritus, magis autem ſubſtantialiter, ac veluti quædam qualitas naturalis eſt Sanctæ & ſapientiæ Deitatis, quæ in Patre, & Filio, ipſoq; Spiritu intelligitur. Quod autem Spiritus Patris, Spiritus ſit & Filij, ipſe per ſeipſum te docebit, dicens, cum autem venerit paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille, inquit, teſtimonium perhibebit de me.

Audis igitur quemadmodum pollicetur ſe miſſurum eum, qui ex Patre. & Spiritum quidem veritatis appellat. effundi vero ex ipſo Patre pronunciauit? quanquam & quod teſtimonium perhibebit de ipſo prædixit.

Τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἐκ τῆς πρὸς Ἰούλιον Πάπαν Ῥώμης ὁμολογίας τῆς καθολικῆς πίστεως.

Ὁ Πατὴρ ἀπ' οὐδενός ἐστι πεποιημένος, οὐδὲ δεδημιουργημένος, οὔτε γεγεννημένος. ὁ υἱὸς ἀπὸ μόνου τοῦ πατρὸς ἐστὶν, οὐ πεποιημένος, οὐδὲ δεδημιουργημένος, ἀλλὰ γεγεννημένος. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ. οὐ πεποιημένον, οὔτε δεδημιουργημένον ἀλλ' ἐκπορευτόν.

Ἐκ τῶν πρακτικῶν τῆς ϛ. Συνόδου ἐν ιβ. κεφαλαίῳ τοῦ τέλους τῶν πρακτικῶν αὐτῆς. ἀναθεματισμὸς κατὰ Θεοδώρου Μοψουεστίας, καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ.

Εἴ τις ἀντιποιεῖται Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας ἀσεβοῦς τοῦ εἰπόντος, ἄλλον τὸν Θεὸν εἶναι λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστόν. καὶ μετά τινα, καὶ σὺν ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ ἀναριθμήτοις βλασφημίαις, τολμήσαντος εἰπεῖν, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐμφυσήσας ὁ κύριος τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἰπὼν, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, οὐ δέδωκεν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀλλὰ σχήματι μόνῳ ἐνεφύσησεν. εἴ τις οὖν τὰ ὅμοια τούτοις φρονεῖ, ἢ φρονήσει πώποτε, καὶ μέχρι τέλους ἐμμείνει τῇ τοιαύτῃ ἀσεβείᾳ, ἀνάθεμα ἔστω.

ΕΡΩ-

Magni Athanaſij ex confeſſione Catholicæ fidei ad Iulium Pontificem Romanum.

PAter à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus. Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus. Spiritus Sanctus à Patre, & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.

Ex actis Sextæ ſynodi in 12. capite eorum, quæ ſunt in fine eius, Anathematiſmus contra Theodorum Mopſueſtenſem, & ſequaces eius.

SI quis defendit Theodorum Mopſueſtenſem impium, qui dixit alium eſſe Deum Verbum, & alium Chriſtum. Et poſt nonnulla. Qui inter cæteras eius innumeras blaſphemias auſus eſt dicere, poſt reſurrectionem Dominum cum inſufflauit diſcipulis, ac dixit, Accipite Spiritum Sanctum, non dediſſe Spiritum Sanctum, ſed forma quadam inſufflaſſe. qui ergo his ſimilia ſentit, aut vnquam ſenſerit, & ad finem vſque in ea impietate manſerit, anathema ſit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ.

Διὰ τί οἱ ἅγιοι πατέρες τῆς δευτέρας Συνόδου τῆς πρώτης δηλαδὴ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ ἱερὸν σύμβολον τῆς ἐν Νικαίᾳ Συνόδου ἐξαπλοῦντες ἐβεβαίωσαν μὲν τὴν θεότητα τοῦ ἁγίου πνεύματος, περὶ δὲ τῆς αὐτοῦ ἐκπορεύσεως εἶπον σύμφωνα τῷ εὐαγγελίῳ, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ οὐ προσέθεσαν καὶ τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

ὁ Νύσ. πρὸς τούτους ὁ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος ἐνιστάμενος, καὶ τὸ συναΐδιον τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἀποδεῖξαι προθέμενος, ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικῶν, ἀναλογίαν τινὰ ποιεῖται, υἱοῦ πρὸς πατέρα, καὶ πνεύματος πρὸς υἱόν. τὸν μὲν πατέρα λέγων, μόνῳ τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ προεπιθεωρεῖσθαι τοῦ υἱοῦ. οὐ μέντοι κατ' ἔμφασιν χρονικήν. καὶ διὰ τοῦτο μὴ κινδυνεύειν τὸν τῆς συναϊδιότητος λόγον. τὸν δὲ υἱὸν αὖθις καὶ αὐτὸν ἐπινοίᾳ μόνῃ προθεωρεῖσθαι τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως, κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον.

Ὡς φαίνεσθαι φανερῶς, ὅτι διδάσκαλοι ταύτης εἶναι τῆς δόξης

τοῦ

Vide igitur quæſo. ad illud, ex voluntate Filij, & non
ex ſubſtantia eſſe Spiritum, reſpondebant Doctores, ex
ſubſtantia Filij eſſe clamantes. Alteri verò dicto, nimi-
rum ex Filio eſſe ſe, nemo aduerſatus eſt. Neque dixit
non eſſe eum ex Filio, tanquam & ipſi hoc ſenſerint, &
ex ſubſtantia Filij, velut & ex hypoſtaſi, & ex ſubſtan-
tia eius & ipſi intellexerint, & nos, qui eos intelligimus
docuerint.

Præterea, Magnus Baſilius in primo libro aduerſus Eu- VI.
nomium, Filium ait habere ordinem ad Patrem natura-
lem, & qualem ſolet habere quod ex igne prouenit ad *Baſilius.*
ignem, & cauſatum ad cauſam. Idem autem Sanctus, &
Spiritum habere ordinem ad Filium, ſecundùm prædicta
contendit. Porrò Magnus Athanaſius præterea clariùs ait. *Athanaſius in epiſt. ad Serap. vltra medium*
Qualem ordinem, & naturam habet Filius ad Patrem,
talem ordinem & naturam habet Spiritus ad Filium. Sic
igitur ratiocinare. Talem ordinem & naturam habet Spiri-
tus ad Filium, qualem Filius ad Patrem: Sed Filius ha-
bet ordinem naturalem ad Patrem, & qui eſt cauſæ ad cau-
ſatum: ita etiam Filius eſt cauſa hypoſtaſeos Spiritus.

Præterea, quoniam in humanis, & rebus naturalibus, VII
omnis cauſa tempore antecedit cauſatum, & cauſatum
ſua cauſa poſterius eſt: propterea hoc nonnulli audien-
tes, nimirum cauſatum in Trinitate, & præſertim Ariani
& Eunomiani ab humanis exemplis coæternitatem tollere
Trinitatis, & Filium poſteriorem Patre, quippe cauſatum
ab ipſo, oſtendere conabantur. His ſe opponens D. Gre- *Nyſſenus.*
gorius Nyſſenus, & coæternitatem trium perſonarum o-
ſtendere proponens in primo libro eorum, quibus refutat
Eunomium, proportionem quandam facit Filij ad Patrem,
Spiritus ſancti ad Filium. Patrem quidem aſſerens, ſola ,,
cauſæ ratione præintelligi Filio: non tamen ſecundùm tem- ,,
poris appellationem, & ideò rationem coæternitatis mi- ,,
nimè periclitari. Rurſus autem & ipſum Filium ſola men- ,,
te, & cogitatione præintelligi perſona Spiritus ſancti, ſe-
cundùm rationem cauſæ.

Vt manifeſtè appareat, hunc Doctorem in hac eſſe eſſentia

τοῦ τὸν υἱὸν αἰτίαν εἶναι τοῦ πνεύματος. γὰρ συνάπτεται τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα φησὶ συνάπτεται τῷ υἱῷ. καὶ αὖθις. ὡς προθεωρεῖται ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, οὐ χρονικῷ τινὶ διαστήματι, οὐδὲ πράγματι, ἀλλ᾽ ἐπινοίᾳ, τῷ λόγῳ τῷ τῆς αἰτίας, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς προθεωρεῖται τοῦ πνεύματος, ὁμοίως, ἐπινοίᾳ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον.

η. Ἔτι, εἰ καὶ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις καὶ καθ᾽ ἡμᾶς, οὐ πᾶν πρωτότυπον τινὸς, καὶ αἴτιον αὐτοῦ ἐστί. τῶν γὰρ τεχνιτῶν τὰ πρωτότυπα, οὐχὶ καὶ ποιητικὰ αἴτια εἰσὶ τῶν, ὧν εἰσὶ πρωτότυπα, δηλαδὴ τῶν ἐκείνων αὐτῶν ἀλλ᾽ οὖν τῇ φύσει πρωτότυπον, καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις τοῖς ἀνθρωπίνοις, αἴτιον ἐστὶ τῆς εἰκόνος, ἧς πρωτότυπον ἐστίν. πολλῷ τοίνυν μᾶλλον ἐν τοῖς θείοις, ὅπου πάντα τά τε ἄλλα καὶ αὐτὸ τὸ πρωτότυπον φύσει λαμβάνεται. οὐδὲν γὰρ ἐκεῖ παρὰ φύσιν. αὕτη ἡ πρότασις ἀληθεύσει. δηλαδὴ τὸ ἐν τοῖς θείοις προσώποις τινὸς πρωτότυπον, καὶ αἴτιον ἐστὶ τοῦ οὗ ἐστὶ πρωτότυπον. ἀλλ᾽ ὁ Θαυματουργὸς Γρηγόριος, τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος πρωτότυπον φησὶν, ὥστε καὶ αἴτιον ὀνομάζει τοῦ πνεύματος, τὸν υἱόν. τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ὁμοίου δειχθήσεται. ὁ μὲν γὰρ μέγας Βασίλειος, πρωτότυπον τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα φησὶν, ἐν τῷ κατ᾽ Εὐνομίου τετάρτῳ. Ὁ δὲ Θαυματουργὸς Γρηγόριος ὡς εἴρηται, τὸν υἱὸν πρωτότυπον διδάσκει τοῦ πνεύματος. ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή. ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς ἀποστολικῆς ὁμολογίας, οἱ τὸν υἱὸν ἐξ οὐκ ὄντων λέγοντες. ἀλλὰ Βασίλειος τὸν πατέρα, ὡς αἴτιον τοῦ υἱοῦ, πρωτότυπον αὐτὸν φήσι τοῦ υἱοῦ, καὶ ὁ Γρηγόριος ἄρα τὸν υἱὸν, ὡς αἴτιον τοῦ πνεύματος, πρωτότυπον αὐτὸν πνεύματος διατείνεται.

ὁ Θαυματουργός. Βασίλειος.

θ. Ἔτι, ὑπό τε τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ τῶν πλείστων ἁγίων, ὁ μὲν υἱὸς, εἰκὼν τοῦ πατρὸς λέγεται. τὸ δὲ πνεῦμα εἰκὼν τοῦ υἱοῦ. καὶ ὁ μὲν υἱὸς, ἐνέργεια τοῦ πατρὸς, τὸ δὲ πνεῦμα, ἐνέργεια τοῦ υἱοῦ. καὶ ὁ μὲν υἱὸς, λόγος τοῦ πατρὸς, τὸ δὲ πνεῦμα ῥῆμα τοῦ υἱοῦ. καὶ ὁ μὲν υἱὸς, εὐωδία τοῦ πατρὸς. τὸ δὲ πνεῦμα, εὐωδία τοῦ υἱοῦ. ἀλλ᾽ ἐκεῖνα πάντα ὁ υἱὸς λέγεται τοῦ πατρὸς, ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς ὤν. καὶ τὸ πνεῦμα ἄρα τὸ ἅγιον τὰ αὐτὰ λέγεται τοῦ υἱοῦ εἶναι, ὡς ἐκ τοῦ υἱοῦ ὄν.

ι. Ἔτι, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα ἐστὶν ἐξ υἱοῦ, οὐκ ἂν αὐτοῦ προσωπικῶς δια-

vt exiſtimet Filium eſſe cauſam Spiritus. Quemadmodum „
enim Filius cum Patre coniungitur: ſic & Spiritus, inquit, „
coniungitur cum Filio. Et rurſus, vt præintelligitur Pater „
Filio non temporis aliquo interuallo, neque re, ſed ſenſu „
mentis, ſcilicet ratione cauſæ: ita & Filius præintelligitur „
Spiritui ſimiliter animi ſenſu, iuxtà modum & rationem cauſæ.

VIII. Præterea, tametſi in humanis, & ſecundum nos, non omne exemplar alicuius, eſt etiam cauſa eius. Opificum enim exemplaria, non etiam effectiuæ cauſæ eorum exiſtunt, quorum ſunt exemplaria, nimirum ipſarum imaginum. Tamen, quod naturaliter exemplar exiſtit, in his ipſis etiam humanis, eſt cauſa imaginis, cuius eſt exemplar. Multo igitur magis in diuinis, vbi tum cætera omnia, tum ipſum exemplar naturaliter accipitur, (nihil enim ibi præter naturam) hæc propoſitio erit vera, ſcilicet, quod in diuinis perſonis, exemplar eſt alicuius, eſt etiam cauſa eius, cuius eſt exemplar. At Gregorius Thaumaturgus Filium aſſerit eſſe Spiritus exemplar: Quare putabat Filium quoque cauſam Spiritus exiſtere. Hoc verò & à ſimili oſtendetur. Etenim Magnus Baſilius exemplar Filij Patrem appellat, in quarto libro aduerſus Eunomium. Gregorius autem Thaumaturgus, vt dictum eſt, Filium, exemplar eſſe docet Spiritus, in oratione, cuius eſt initium: Inimiciſſimi, & alieni ſunt à Confeſſione Apoſtolica, qui Filium ex non entibus aſſerunt. Verum Baſilius Patrem, tamquam cauſam Filij, dicit eſſe exemplar Filij: igitur & Gregorius Filium veluti cauſam Spiritus, exemplar eſſe Spiritus obnixe contendit. *Greg. Thaumaturgus.* *Baſilius.*

IX. Præterea, tum à Magno Baſilio, tum à pleriſque Sanctorum, Filius quidem dicitur imago Patris, Spiritus autem imago Filij: Filius operatio Patris, Spiritus operatio Filij: Filius verbum Patris, Spiritus verbum Filij: Filius ſuaueolentia Patris, Spiritus ſuaueolentia Filij. Sed illa omnia dicitur, Filius Patris, vtpote qui à Patre exiſtat. Igitur & Spiritus ſanctus, eadem dicitur Filij eſſe, tamquam à Filio exiſtens.

X. Præterea, ſi non eſſet Spiritus à Filio, perſonaliter ab eo

non

διακρίνοιτο. ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον λέγειν. οὕτω γὰρ ἡ Τριὰς ὁριοθήσεται εἰς δυάδα. ἔστιν ἄρα ἐξ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, εἰ μέλλοι προσωπικῶς διακρίνεσθαι. ὅτι δὲ εἰ μὴ εἴη καὶ ἐξ αὐτοῦ, οὐκ ἂν αὐτοῦ προσωπικῶς διακρίνοιτο, δῆλον ἐκεῖθεν. Ἑκάστη αἰτία τοῦ δή τινος πράγματος, διχῶς λέγεται ἀρχὴ αὐτοῦ, καὶ αἰτία, ἑνὶ μὲν τρόπῳ, ὡς τὸ ἐξ οὗ, ἢ ὑφ᾽ οὗ. καὶ ὅλως ἡ ἀρχὴ ὅθεν τὸ πρᾶγμα. δευτέρῳ δὲ, ὡς τὸ ᾧ. οἷον τὸ εἶδος. τὸ ἐνὸν τῇ τοῦ ποιοῦντος ψυχῇ. ᾧ ὅμοιον τὸ ἀποτελούμενον ποιεῖ τὸ ὁποιονοῦν. ὅθεν πᾶν τὸ ποιοῦν, ὅμοιον ἑαυτῷ ποιεῖ. κατὰ τὸ εἶδος ᾧ ποιεῖ. οἷον λόγου χάριν. τῆς δὲ τῆς εἰκόνος αἴτιον ὅτι ζωγράφος αὐτός. ὡς τὸ ὅθεν ἡ ἀρχὴ, καὶ τὸ ἀνατυπωθὲν ἐν τῇ τοῦ ζωγράφου ψυχῇ τῆς εἰκόνος εἶδος. ὡς τὸ ᾧ. ᾧ ὁμοίαν τὴν εἰκόνα ὁ ζωγράφος ποιεῖ. οὕτω τοίνυν καὶ ἐπὶ τῶν θείων προσώπων, ὡς μὲν τὸ ἐξ οὗ, ἐστὶν ὁ πατὴρ αἰτία, ἤγουν ἡ αὐτοῦ θεία ὑπόστασις. ὡς δὲ τὸ, ᾧ, ἐστὶν ἡ θεία αὐτοῦ οὐσία, τοῦτο γὰρ ἐπὶ τὸ εἶδος, ᾧ ὅμοια γίνεται τὰ ἐξ αὐτοῦ προϊόντα, διὸ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα ὁμοούσια εἰσὶν αὐτῷ. διὰ τὸ πᾶν μὲν τὸ παράγον, ὅμοιον παράγειν τῷ εἴδει, ᾧ προάγει. τὸν δὲ Θεὸν, καὶ πατέρα προάγειν υἱόν τε καὶ πνεῦμα τῇ ἑαυτοῦ θείᾳ οὐσίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο ὁμοούσια ἑαυτῷ προάγειν. Εἰ τοίνυν ὁ πατὴρ μόνος προβάλλει τὸ πνεῦμα κατὰ σὲ οὕτω λέγοντας, τότε οὐδεμία διάκρισις ἔσται υἱοῦ τε, καὶ πνεύματος, μηδεμιᾶς οὔσης διαφορᾶς οὔτε ἐν τῷ προάγοντι, ἔστι γὰρ ὁ αὐτὸς πατήρ. οὔτε ἐν τῷ εἴδει, ᾧ παράγει. ἔστι γὰρ ἡ αὐτὴ θεία οὐσία. οὔτε ἐν αὐτοῖς τοῖς παραγομένοις, εἰσὶ γὰρ τοῦ αὐτοῦ εἴδους τῆς μιᾶς καὶ κοινῆς θεότητος. οὔτε μὴν ὕλης τινὸς θεωρουμένης ἐκεῖ, ἐξ ἧς ἂν ἡ διάκρισις γένοιτο. καὶ οὕτως κατὰ τὸν λόγον τοῦτον, παντελῶς ἀναιρεθείη ἡ διάκρισις αὐτῶν. λείπεται δὴ, ἢ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αἴτιον εἶναι, ἢ τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος, εἰ μέλλοιεν διακρίνεσθαι ἀλλήλων. ἀλλὰ τὸ πρῶτον οὐκ ἔστι. τὸ δεύτερον ἄρα.

ια. Ἔτι τὸ πέμπεσθαι ἐπὶ Θεοῦ, τὸ ἀπ᾽ αἰτίας εἶναι δηλοῖ. καὶ μάρ-
Χρυσός. τυς ὁ θεῖος Χρυσόστομος, πρὸς Ἀρειανοὺς ἀπορῦντας, πῶς τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁ πέμπων καὶ ὁ πεμπόμενος, ἐν τριακοστῇ ἐνάτῃ ὁμιλίᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην λόγου. πάλιν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπινα καταφέρεις

non diſtingueretur. Verùm hoc dicere abſurdum eſt: ſic enim Trinitas dualitate terminabitur; eſt ergo Spiritus à Filio, ſi perſonaliter diſtingui debeat. Quod autem, ſi non eſſet ab ipſo, perſonaliter ab eo non diſtingueretur, inde manifeſtum eſt. Vnaquæque cauſa alicuius rei dupliciter dicitur principium eius & cauſa. Vno quidem modo tanquam ex quo, vel à quo, & omninò principium vnde res ſuum habet eſſe. Altero verò modo tanquam quo, veluti eſt ſpecies, quæ eſt in mente opificis, cui ſimilem effectum quemcunque producit. Quare omne efficiens ſimile ſibi producit ſecundum ſpeciem, qua producit. Vt verbi gratia, huiuſce imaginis cauſa eſt: cùm ipſe pictor, tanquam vnde ſit principium, tum ſpecies imaginis, in anima pictoris formata, tanquam principium quo, cui ſimilem imaginem pictor efficit. Ita igitur in diuinis perſonis, tanquam ex quo, eſt Pater cauſa, hoc eſt diuina eius hypoſtaſis, tanquam verò quo, eſt eius diuina eſſentia. Hæc enim eſt ſpecies, qua, quæ ab ipſo producuntur ſimilia fiunt. Itaque & Filius & Spiritus, propterea conſubſtantiales ſunt ipſi, quod omne producens ſimile ſpeciei producat, qua producit. Deus autem & Pater, producit Filium & Spiritum ſanctum, ſua diuina eſſentia, & ideò conſubſtantiales ſibi producit. Si igitur ſolus Pater producit Spiritum, iuxta opinionem eorum, qui ita ſentiunt: tunc nulla erit diſtinctio Filij & Spiritus, nullo exiſtente diſcrimine, neque in producente; eſt enim idem ipſe Pater, neque in ſpecie, qua producit: quæ item eſt eadem diuina eſſentia. neque in ipſis productis; ſiquidem ſunt eiuſdem ſpeciei, vnius & communis Deitatis. Neque ibi aliqua materia intelligitur, ex qua diſtinctio fiat. Atque ita ſecundùm hanc rationem, omninò tolletur ipſorum diſtinctio. Supereſt itaque vel Spiritum eſſe cauſam Filij, vel Filium Spiritus, ſi diſtingui vnus ab altero debeat. Sed primum non eſt, igitur poſterius.

Præterea, mitti in Deo à cauſa eſſe ſignificat. teſtis eſt Diuus Chryſoſtomus, Homelia trigeſimanona in Ioannem aduerſus Arianos, neſcientes, quomodo eiuſdem ſubſtantiæ ſit mittens, & qui mittitur. Rurſus, inquit, ad res humanas

ſermo-

τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι ταῦτα πάντα δι' οὐδὲν ἕτερον εἴρηται, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸ αἴτιον εἰδῶμεν, καὶ εἰς τὴν Σαβελλίου μὴ καταπέσωμεν ἄβυσσον. ἀλλὰ τὸ πνεῦμα πέμπεται ἐξ υἱοῦ, καὶ ἔστιν ἄρα ἐξ αὐτοῦ.

ιβ. Ἔτι, ἡ δύναμις αὕτη τοῦ πέμπειν, ἐνοῦσα πατρὶ καὶ υἱῷ, καθ' ἣν ἄμφω πέμπουσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων ὁμολογεῖται, ἢ ἡ αὐτὴ ἐστὶν ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ, ἢ ἑτέρα καὶ ἑτέρα. ἀλλ' εἰ μὲν ἑτέρα καὶ ἑτέρα, ἔσται δηλαδὴ καὶ μείζων καὶ ἐλάττων, καὶ ἀκολούθως καὶ αἱ πέμψεις διάφοροι. οὐκοῦν οὔτε μία δύναμις, οὔτε μία ἐνέργεια αὐτῶν ἔσται. καὶ ἀκολούθως διαφόρων ἔσονται οὐσιῶν· ὧν γὰρ αἱ δυνάμεις ἄνισοι, καὶ αἱ οὐσίαι ἄνισοι. ἐπειδὴ ἐκ τῆς οὐσίας ἡ δύναμις. ἀλλὰ ταῦτα καὶ ἄτοπα καὶ βλάσφημα. οὐκ ἄρα ἑτέρα καὶ ἑτέρα, ἡ αὐτὴ ἄρα. ἀλλ' ἐν τῷ πατρὶ ἡ τοῦ πέμπειν τὸ πνεῦμα δύναμις, σύνεστι τῇ δυνάμει τῇ τοῦ προβάλλειν αὐτό. ἀεὶ γὰρ ὁ πατὴρ πνεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πνέον αὐτὸ πέμπει. καὶ ὁ υἱὸς ἄρα ἅμα τῇ τοῦ πνεῖν δυνάμει, καὶ προβάλλων αὐτὸ πέμπει, καὶ ὁ υἱὸς ἄρα τοῦ θείου πνεύματός ἐστι προβολεύς.

ἀντίθεσις. Ἣν δὲ φασί τινες ἐνταῦθα πέμψιν ἢ πρόοδον δευτέραν καὶ χρονικήν, οὐδέν τί ἐστι, καὶ αὐτόθεν τῷ προειρημένῳ λύεται λόγῳ.

λύσις. Πρῶτον γὰρ τὸ μηδαμοῦ τῆς γραφῆς διειρῆσθαι ταύτην τὴν τῶν προόδων διπλόην. ἔπειτα καὶ δῶμεν ὅμως εἶναι τινὰ δευτέραν πρόοδον, ἧς ὁ υἱὸς κοινωνεῖ τῷ πατρί, τότε πάντως κατὰ τὸν πατέρα, καὶ ὁμοίως αὐτὴν ἕξει. οὐδὲν γὰρ ἀνόμοιον τῶν τῷ πατρὶ καὶ υἱῷ προσόντων κοινῶν. ὁ δὲ πατὴρ τὴν τοῦ πέμπειν δύναμιν, μετὰ τοῦ προβάλλειν ἔχει ὡς εἴρηται. καὶ ὁ υἱὸς ἄρα, μετὰ τοῦ προβάλλειν αὐτὴν ἕξει.

ιγ. Ἔτι οὗ τινός ἐστι φύσει καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐστι κατὰ τοῦτο οὗ ἐκείνου λέγεται εἶναι. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐστὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ πάντως φύσει, οὐ γὰρ παρὰ φύσιν. οὐδὲ ὡς δοῦλον. ἔστιν ἄρα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ πνεῦμα ἅγιον, τουτέστιν ἢ θεῖον πρόσωπον ἐν τῇ Τριάδι, ἐκ τοῦ υἱοῦ.

ιδ. Ἔτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν ἀναφορικόν. καὶ δῆλον ὅτι λέγεται· πνεῦ-

ſermonem conuertis, & humiliter abijcis, ac non intelligis ea omnia, nullam ob aliam rem dicta eſſe, quam vt cauſam agnoſcamus, neque in Sabellij morbum incidamus; Sed Spiritus mittitur à Filio: igitur etiam eſt ab ipſo.

Præterea, vis iſta mittendi, quæ ineſt Patri, & Filio, ſecundum quam ambo mittunt Spiritum ſanctum, quemadmodum & noſtrates fatentur; vel eadem eſt in Patre, & Filio, vel alia atque alia; Sed ſi alia atque alia: erit ſcilicet & maior, & minor: & per conſequentiam, etiam miſſiones erunt diuerſæ: igitur neque vna vis & potentia, neque vna ipſorum erit operatio. Et illud eſt conſequens, vt diuerſarum ſint eſſentiarum: quorum enim potentiæ ſunt inæquales, etiam eſſentiæ ſunt inæquales, quandoquidem ab eſſentia fluit potentia. Verum hæc & abſurda ſunt, & impia, atque execranda: non ergo alia atque alia eſt potentia, igitur eadem. At verò in Patre potentia mittendi Spiritum, ſimul eſt cum potentia ipſum ſpirandi. Semper enim Pater ſpirat Spiritum ſanctum, & ſpirans eum mittit. Igitur & Filius vnà cum potentia ſpirandi, eum producens mittit. Ergo & Filius eſt Spiritus ſancti productor. XII.

Quam verò hic fatentur nonnulli miſſionem, vel proceſſionem ſecundam, & quæ ſit in tempore: tum ea nulla eſt, tum iſthinc prædicta ſoluitur ratione. Obiectio.

Præter quam enim, quod nuſquam in ſcriptura inuenitur hæc duplex proceſſio, vt iam ſit tamen quædam ſecunda proceſſio, quam cum Patre communem ſibi habeat Filius, tunc omnino iuxta Patrem, atque ſimiliter eam habebit. Nihil enim eſt eorum diſſimile, quæ inſunt communia Patri, ac Filio. Pater autem mittendi potentiam vnà cum producendi habeat, vt dictum eſt: Igitur & Filius, cum producendi potentia eam habebit. Solutio.

Præterea, quod alicuius eſt natura, eſt etiam ex ipſo ſecundum hoc quod dicitur eius eſſe. Spiritus autem ſanctus eſt Filij, & omnino naturaliter: non enim præter naturam, neque vt ſeruus. eſt igitur Spiritus ſanctus, quatenus Spiritus ſanctus, hoc eſt quatenus eſt diuina perſona in Trinitate ex Filio. XIII.

Præterea, Spiritus ſanctus eſt relatiuum, & manifeſtum eſt, XIV.

πνεῦμα πατρὸς, πνεῦμα υἱοῦ; εἰ γὰρ ἦν τῶν ἀπολελυμένων, οὐκ ἂν ἐλέγετο τινός. οὐδὲ γὰρ τῶν ἀπολελυμένων καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ ὀνόματος σημαινόμενον, ἑτέρου λέγεσθαι. ἀλλ' ἢ ἄρα κατά τινα ἄλλην σχέσιν. ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος ἀπολελυμένον ὂν, οὐ λέγεται τινὸς ἄνθρωπος. ἀλλὰ τινὸς δοῦλος· ἀλλά τὸ πνεῦμα καὶ τὸ σημαινόμενον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος, λέγεται πνεῦμα υἱοῦ, ὥσπερ καὶ πατρὸς. ἔστιν ἄρα ἀναφορικόν. καὶ ἀκολούθως ἀναφέρεται πρὸς τὸν πνέοντα. ἔστιν ἄρα πνεῦμα υἱοῦ καὶ πατρὸς, ὡς πνεόντων, καὶ προβαλλόντων αὐτό.

4\. Ἔτι, τοῦ ἁγίου πνεύματος, αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς, τῆς Τριάδος, ἴδιον ἐστὶ τὸ λέγεσθαι ἅγιον πνεῦμα. τοῦ δ' αὐτοῦ ἐστὶν ἴδιον καὶ τὸ λέγεσθαι πρόβλημα. ταὐτὸν ἄρα ἐστὶ πρόβλημα λέγεσθαι καὶ πνεῦμα. οὗ ἄρα ἐστὶ πνεῦμα, τούτου ἐστὶ καὶ πρόβλημα, ἀλλὰ τοῦ υἱοῦ ἐστὶ πνεῦμα, καὶ λέγεται, ὥσπερ καὶ τοῦ πατρός. καὶ τοῦ υἱοῦ ἄρα ἐστὶ πρόβλημα ὥσπερ καὶ τοῦ πατρός.

ἀντίθεσις. Εἰ δέ τις φαίη, διὰ τὸ πέμπεσθαι τὸ πνεῦμα ἐξ υἱοῦ, διὰ τοῦτο καὶ πνεῦμα αὐτοῦ λέγεσθαι.

λύσις. Ψευδὴς ὁ λόγος. τὸ γὰρ ἀνάπαλιν μᾶλλον ἐστίν. ἀεὶ γὰρ τὰ πρότερα τῶν ὑστέρων εἰσὶν αἴτια. πρότερον δὲ τὸ εἶναι τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ πνεῦμα, τὸ δὲ πέμπεσθαι ὕστερον. εἴτε γὰρ τὴν χρονικὴν ταύτην πέμψιν λάβοις, ὑστέρα ἐστὶν ἀναμφιβόλως, τοῦ τὸ πνεῦμα, πνεῦμα εἶναι υἱοῦ, ὅπερ ἐστὶν ἀΐδιον. εἴτε τὴν ἀΐδιον πέμψιν νοήσαις, καὶ οὕτως ἐπινοίᾳ προηγεῖται τὸ εἶναι τὸ πνεῦμα, πνεῦμα υἱοῦ. διότι τὸ μὲν εἶναι τὸ πνεῦμα, πνεῦμα αὐτοῦ, νοεῖται ὡς τὸ ἔχειν. τὸ δὲ πέμπειν ὡς διδόναι. προεπινοεῖται δὲ τοῦ διδόναι τὸ ἔχειν. ὥστε μᾶλλον πρὸς ἡμῶν ὁ λόγος. διότι γὰρ φύσει ἐστὶν αὐτοῦ πνεῦμα, φησὶ αὐτὸ πέμπει. τῆς δὲ φυσικῆς ἐν τοῖς θείοις προόδου, ἢ κατὰ γέννησιν, ἢ κατ' ἐκπόρευσιν οὔσης, ἐπεὶ αὕτη μὴ ἔστι κατὰ γέννησιν. ἔστιν ἄρα κατ' ἐκπόρευσιν. καὶ οὕτως ἡ ἐξ υἱοῦ τοῦ πνεύματος πέμψις, ἔστιν ἐκπόρευσιν αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ.

5\. Ἔτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λαμβάνει παρὰ τοῦ υἱοῦ. ἐκεῖνος γὰρ φησιν, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. ὃ δὲ λαμβάνει, ἐστὶν ἡ οὐσία αὐτοῦ, οὐδὲ γάρ ἐστιν ἄλλο μὲν ἡ οὐσία αὐτοῦ. ἄλλο δὲ τὸ ὃ λαμβάνει. ἡ γὰρ

αὐ

quod dicatur Spiritus Patris, Spiritus Filij: ſi enim eſſet abſolutum, non alicuius diceretur. Neque enim proprium eſt abſolutorum, ſecundùm ſignificatum, quod ſubeſt nomini, alterius dici. Niſi profectò ſecundùm quandam aliam relationem. Sicut homo, cùm ſit abſolutum, non dicitur alicuius homo, ſed alicuius ſeruus. Verùm Spiritus ſecundùm ſignificatum, quòd ſubeſt ipſi nomini, dicitur Spiritus Filij, ſicut & Patris: eſt igitur relatiuum, & per conſequens refertur ad ſpirantem. Eſt ergo Spiritus Patris & Filij, tanquam ipſum ſpirantium, & producentium.

Propterea, Spiritus ſancti, ipſius vnius perſonæ Trinitatis V.
proprium eſt, dici Spiritum ſanctum. Eiuſdem autem eſt etiam peculiare, dici eſſe productum, ſeu id quod producitur. Idem ergò eſt dici eſſe productum, & Spiritum. Igitur, cuius eſt Spiritus, huius etiam eſt id, quod producitur. Sed eſt & dicitur Spiritus Filij, ſicut & Patris: Ergo & Filij eſt id quod producitur, ſicut & Patris.

Si quis verò dicat, ideò Spiritum dici Filij, quòd ab ipſo Obiectio.
mittatur, fallitur.

Contrarium enim potiùs eſt, ſemper enim priora ſunt Solutio.
cauſæ poſteriorum. Priùs autem eſt eſſe Spiritum Filij Spiritum, mitti verò eſt poſterius. Siue enim hanc miſſionem, quæ ſit in tempore accipias: poſterior eſt, ſine dubio, eò, quòd eſt eſſe Spiritum Filij, quod eſt ſempiternum. Siue æternam miſſionem intelligas: & hoc modo etiam eſſe Spiritum, Filij Spiritum, mente, & cogitatione antecedit. Quia eſſe Spiritum, Filij Spiritum, intelligitur tanquam habere: mittere verò tanquam dare. Habere autem præintelligitur ei, quod eſt dare. Quare potiùs nobiſcum facit iſta ratio. Quia enim naturaliter eſt eius Spiritus, naturaliter etiam eum mittit. Naturalis verò in diuinis productio, cum vel ſecundùm generationem, vel proceſſionem exiſtat: quoniam hæc non eſt ſecundum generationem, erit ergò ſecundùm proceſſionem. Atque ita miſſio Spiritus ex Filio, eſt eius ab ipſo proceſſio.

Præterea, Spiritus ſanctus accipit à Filio: Ille enim, inquit, VI.
de meo accipiet. Quod autem accipit, eſt eius eſſentia. Neque enim aliud eſt eius eſſētia, alius verò quod accipit, certè enim
eſſet

ἂν εἴη σύνθετον. ἀλλὰ μὴν ἐστὶν ἐν ἄκρᾳ ἁπλότητος ὑπεροχῇ ὁ Θεός. τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ἄρα, καὶ τὸ εἶναι λαμβάνει ἐκ τοῦ υἱοῦ.

ἀντίθεσις. Τὸ γὰρ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, οὐχ ὥς τινες οἴονται, ἐκ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς νοητέον.

λύσις. Πρῶτον μὲν, ὅτι οὐχ ἑλληνικὴ ἡ προφορὰ αὕτη. εἰ γὰρ τοῦ ἐκ τοῦ ἐμοῦ τοῦ πατρὸς συνυπακούεσθαι δεῖ, ἔσται τὸ ἐμοῦ, ἀντωνυμία ἀρσενική. οὐδεὶς δὲ τῆς ἑλλήνων πεπειραμένος φωνῆς, ἢ ἀρσενικὴν, ἢ θηλυκὴν ἀντωνυμίαν, χωρὶς προσθήκης ἂν προσενέγκοι. ἀλλὰ μετὰ προσθήκης ἀεὶ, ὁ ἐμὸς λέγων ἀδελφὸς, ἢ φίλος. καὶ ἡ ἐμὴ οἰκία, ἢ πόλις. ὁ ἐμὸς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐδὲν μᾶλλον πατέρα, ἢ πολέμιον σημαίνει. Ἔπειτα καὶ ἀπὸ τοῦ σκοποῦ καὶ τῆς κατασκευῆς αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος, ὁ λόγος οὗτος δείκνυται μάταιος. πάντα γὰρ φησὶν ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστιν. διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. ὡς εἶναι τὸν λόγον τοιοῦτον. τὸ πνεῦμα λαμβάνει ἐκ τῶν τοῦ πατρός. πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἐμά. τὸ πνεῦμα ἄρα λαμβάνει ἐκ τῶν ἐμῶν. ἢ ἐκ τοῦ ἐμοῦ. ἀλλ' αὐτὸς καὶ τὰ αὐτοῦ ἕν εἰσι πρᾶγμα διὰ τὴν ἄκραν ἁπλότητα. λαμβάνει ἄρα ἐξ αὐτοῦ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. Ταύτης δὲ τῆς ἐξηγήσεως, καὶ ὁ

Ἀθαν. μέγας ἐστὶν Ἀθανάσιος, λέγων. οὐ γὰρ ὁ λόγος παρὰ τοῦ πνεύματος λαμβάνει. ἀλλὰ τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ λόγου, τί οὖν λαμβάνει παρὰ τοῦ υἱοῦ. δηλονότι σοφίαν καὶ γνῶσιν. ἐκ τοῦ ἐμοῦ γὰρ φησὶ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. τὸ γὰρ ἀναγγέλλειν ἐστὶ, τὸ διδάξαι καὶ φωτίσαι τοὺς Ἀποστόλους. τοῦτο δ' ἐστὶ σοφίας. σοφίαν ἄρα παρὰ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει τὸ πνεῦμα. τί οὖν ἐκ τοῦ πατρὸς προβληθὲν, ἄσοφον ἦν, καὶ ἔδει παρὰ τοῦ υἱοῦ ἔπειτα σοφίαν λαβεῖν; ἢ ἕτερον ἡ σοφία αὐτοῦ καὶ ἕτερον ἡ οὐσία αὐτοῦ.

Ἀλλὰ ταῦτα ἄτοπον λέγειν. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ σοφία αὐτοῦ, καὶ τὸ εἶναι αὐτοῦ, καὶ παρ' οὗ ἔχει τὸ εἶναι, παρὰ τούτου ἔλαβε καὶ τὴν σοφίαν, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἐκπορεύεσθαι, καὶ τῷ εἶναι λαμβάνειν, καὶ ὑφεστάναι, καὶ τὴν σοφίαν ἔχει λαβόν. τὴν σοφίαν οὖν καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον, καὶ τὸ εἶναι, καὶ τὴν οὐσίαν ἐν ταυτῷ παρ' αὐτοῦ εἴληφεν. ἔστιν οὖν ὁ υἱὸς ἄρα αἴτιος αὐτοῦ τοῦ εἶναι.

ιζ. Ἔτι, εἰ τὸ πνεῦμα λαμβάνει παρὰ τοῦ υἱοῦ. ὁ υἱὸς αὐτῷ δίδω-

δω-

eſſet compoſitus. Atqui in ſumma ſimplicitatis eminentia eſt Deus. igitur eſſentiam ſuam, & eſſe accipit à Filio.

Illud enim, De meo accipiet, non vt nonnulli falsò exiſtimant, de meo Patre intelligendum eſt. Obiectio.

Primum quidem, quod hæc non ſit Græcorum prolatio: Solutio. ſi enim opus ſit, de meo intelligi Patre; illud Meus, erit pronomen virile. Nemo autem in lingua Græca exercitatus, atque verſatus, pronomen virile, ſeu fœmineum ſine additamento, verum ſemper cum appendicula protulerit; meus, *Idem vſus eſt lingua Latina.* inquiens, frater, vel amicus; & mea domus, vel ciuitas. Ac Meus, ſimpliciter dicere, non magis Patrem, quam hoſtem ſignificat. Deinde verò, etiam à ſcopo, & ſtructura ſermonis, & compoſitione, ipſius Saluatoris, vana oſtenditur iſta reſponſio. Omnia enim, inquit, quæ habet Pater, mea ſunt: propterea dixi vobis, quod de meo accipiet, & annunciabit vobis, Vt talis ſit ratiocinatio: Spiritus accipit ex ijs quæ ſunt Patris; omnia Patris, mea ſunt: igitur Spiritus accipit ex meis, ſeu ex meo. Sed ipſe, & ſua, vna res ſunt ob ſummam ſimplicitatem: ergo accipit ab ipſo ſuam eſſentiam. Porrò, ita etiam exponit Magnus Athanaſius. Non enim, inquit, verbum à Spiritu accipit, ſed Spiritus à verbo. Quid *Athanaſius.* igitur accipit à Filio? nempe ſapientiam, & cognitionem: De meo enim, inquit, accipiet, & annunciabit vobis. Illud enim Annunciare, eſt docere, & illuminare Apoſtolos, hoc autem eſt ſapientiæ. Sapientiam igitur accipit à Filio Spiritus. quid igitur à Patre productus, indoctus erat, & opus erat poſtea ſapientiam accipere? vel aliud eſt eius ſapientia, & aliud eius eſſentia?

Verum hæc abſurdum eſt dicere. Idem enim eſt eius ſapientia, & ſuum eſſe: & à quo habuit eſſe, ab eo accepit & ſapientiam; & in ipſo produci, & accipere ſuum eſſe, etiam ſubſiſtere & ſapientiam accepit. Igitur ſapientiam & à Filio accipiens, hoc ipſo etiam ſuum eſſe, & eſſentiam ab eo accepit. Eſt ergo ſane Filius ipſi cauſa, vt exiſtat.

Præterea, ſi Spiritus accipit à Filio, Filius ei dat, ſed dare XVII.

δωσιν, ἀλλὰ τὸ διδόναι ἐπὶ τῶν θείων προσώπων, σημαίνει αὐτὸ τὸ προάγειν, καὶ οὐχ ἕτερον. ὁ γὰρ Χρυσόστομος ἐξηγούμενος τό, τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ, φησίν.

Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τὸ ἔδωκεν, ἀντὶ τοῦ ἐγέννησεν ἐστίν, ἄκουσον ἐξ ἑτέρου τούτου δηλουμένον. ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. τί οὖν πρότερον αὐτὸν ἐγέννησε, καὶ τότε ἔδωκε τὴν ζωήν; οὐκοῦν ἦν χωρὶς τῆς ζωῆς γεννηθείς. ἀλλὰ τοῦτο οὐδ' αἱ δαίμονες εἴποιεν. μετὰ γὰρ τῆς ἀσεβείας, πολὺ καὶ τὸ ἀνόητον ἔχει. ὥσπερ οὖν τό, ἔδωκεν αὐτῷ ζωήν, ἐγέννησεν αὐτὸν ζωὴν ἐστίν, οὕτω καὶ τό, ἔδωκε κρίσιν, κριτὴν αὐτὸν ἐγέννησεν. οὐκοῦν κατὰ ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς διδοὺς τῷ πνεύματι σοφίαν, προάγει αὐτὸ σοφίαν, τὴν οὐσίαν αὐτῷ καὶ τὸ εἶναι διδούς, ἣν λαμβάνει ἐκπορευόμενον ἐξ αὐτοῦ. αἴτιος ἄρα καὶ ὁ υἱὸς τῆς τοῦ πνεύματος ἐκπορεύσεως.

Ἔτι, ὁ υἱός, περὶ μὲν ἑαυτοῦ φησίν, ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου, ἀνήγγειλα ὑμῖν, περὶ δὲ τοῦ πνεύματος, οὐ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ. ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει. ὅπερ τοίνυν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ. τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς ἀκούειν σημαίνει, τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ πνεύματος σημαίνει τὸ ἀκούειν. ἀλλ' ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τὸ ἀκούειν, τὸ ἀπ' αἰτίας εἶναι σημαίνει, καὶ τὸ γεννᾶσθαι. ἀκούειν γάρ ἐστι τὸ σοφίαν, καὶ γνῶσιν λαμβάνειν, ὁ δὲ υἱὸς οὐ γεννηθεὶς πρότερον, εἶτα ὕστερον προσελάβετο γνῶσιν ἢ σοφίαν. ἀλλὰ σοφία γεγέννηται. ἐν αὐτῷ τῷ γεννᾶσθαι λαβὼν τήν τε γνῶσιν καὶ σοφίαν, καὶ πάντα τὰ ἄλλα. ἃ ταὐτόν εἰσι τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ. ταύτην ἄρα ἀκούων παρὰ τοῦ πατρός, λαμβάνει παρ' αὐτοῦ. καὶ τὸ ἀκούειν αὐτόν, γεννᾶσθαι ἐστί. καὶ τὸ ἀκούειν ἄρα τοῦ πνεύματος, τὸ ἀπ' αἰτίας εἶναι καὶ ἐκπορεύεσθαι αὐτὸ σημαίνει. ὥστε καὶ παρ' οὗ ἀκούει, παρὰ τούτου καὶ ἐκπορεύεται: ἀλλ' ἀκούει οὐ παρὰ τοῦ πατρὸς μόνον, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ ἄρα ἐκπορεύεται. ὅτι δ' ἀκούει καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ. δῆλον ἀπὸ τῶν τοῦ Σωτῆρος ῥημάτων, ὅπου φησίν, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. τοῦ γὰρ ἀναγγέλλειν, αἴτιον δηλαδὴ τὸ ἀκούειν. ἀλλὰ μὴν τοῦ αὐτοῦ ἀναγγέλλειν, τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνειν αἴτιον. ὥστε τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνειν καὶ τὸ ἀκούειν τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς δηλαδὴ τοῦ ἀναγγέλλειν

εἰσὶν

in diuinis perſonis, ſignificat ipſum producere, & non aliud. Siquidem Chryſoſtomus explanans illud, iudicium omne dedit Filio, ſic habet ad verbum.

Et vt diſcas, quod illud, dedit, ſit pro, genuit, audi ex alio loco id ſignificari. Quemadmodum enim Pater habet vitam in ſemetipſo; ita dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo. Quid igitur? eum prius genuit, & tunc dedit vitam? igitur erat ſine vita genitus. Verum hoc ne dæmones quidem dicerent. Præterquam enim quod impium ſit, eſt etiam ſtultum. Sicut igitur illud, dedit ipſi vitam, eſt, genuit eum vitam: ſic & illud, dedit ei iudicium, eſt iudicem eum genuit. Ergo iuxta hæc & Filius dans Spiritui ſapientiam, producit eum ſapientiam, eſſe ei, & eſſentiam impartiens, quam accipit Spiritus procedens ab ipſo: igitur cauſa eſt & Filius Spiritus proceſſionis.

Præterea, Filius de ſe ipſo ait: Quæ audiui à Patre meo, annunciaui vobis. De Spiritu ſancto autem: Non loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur. Quod ergo in Filio ſignificat à Patre audire, hoc etiam in Spiritu ſignificabit audire. Sed in Filio audire, à cauſa eſſe ſignificat, & generari: audire enim eſt ſapientiam, & cognitionem accipere. Porrò Filius non prius genitus eſt, deinde cognitionem, vel ſapientiam adeptus: ſed ſapientia genitus eſt, in ipſo generari cùm cognitionem, & ſapientiam accipiens, tum cætera omnia, quæ idem ſunt, atque eius eſſentia. Hanc igitur audiens à Patre, ab ipſo accipit; & eum audire eſt generari: ergo & audire Spiritus à cauſa eſſe, & produci ſignificat, quare à quo audit, ab eo & procedit. Sed audit non à ſolo Patre, verum etiam à Filio, igitur & à Filio procedit. Quod autem audiat à Filio, manifeſtum eſt ex verbis Saluatoris, vbi ait: De meo accipiet, & annunciabit vobis. Huius enim quod eſt annunciare, cauſa nimirum eſt quod audiat. At vero eiuſdem quod eſt annunciare, cauſa eſt quod ex Filio accipiat. Quocirca ex Filio accipere, & audire, eiuſdem & vnius, quod nimirum eſt annunciare

εἰσὶν αἴτια. ταυτὸν ἄρα τὸ ἀκούειν τῷ ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνειν, ἐπὶ
Βασίλ. τῶν θείων. ἐκ τοῦ υἱοῦ ἄρα ἀκούει. ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος
ἐν τοῖς ἀσκητικοῖς, ἐν τῷ λόγῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάρι-
τι, περὶ τοῦ πνεύματος φησί. τὸ διδάσκον, καὶ ὑπομιμνῆσκον
πάντα ὅσα ἂν ἀκούσει παρὰ τοῦ υἱοῦ. ἀκοῦον δὲ παρὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ
ἐκπορεύεται ἐξ αὐτοῦ. διὰ τὸ τὸ ἀκούειν αὐτοῦ τὸ ἐκπορεύεσθαι αὐ-
τοῦ εἶναι, ὡς εἴρηται.

ιθ. Ἔτι τὸ πατέρα εἶναι, ἢ τὸ τίκτειν, οὐ περιέχει ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον
τὸν τοῦ προβάλλειν. ἢ γὰρ ἂν ἦν τὸ πνεῦμα υἱός. ἀλλ' ὁ υἱὸς
πάντα ἔχει ἁπλῶς τὰ τοῦ πατρὸς, πλὴν τοῦ τίκτειν, ἢ τοῦ πατέρα εἶναι.
Κύριλ. φησὶ γὰρ ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῷ βίῳ τῷ πρὸς Ἑρμείαν. συναΐ-
διον πιστεύομεν τὸν υἱὸν τῷ πατρί. καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἰσόμετρον ἔχον-
τα, δίχα μόνου τοῦ τίκτειν. προσήκοι γὰρ ἂν τοῦτο μόνῳ τῷ Θεῷ καὶ
πατρί.

Καὶ ἐν τῷ περὶ Τριάδος λόγῳ ὁ αὐτός.

Ἐν υἱῷ μονογενεῖ, κατὰ πάντα ὁμοίῳ καὶ ἴσῳ τῷ πατρί, χωρὶς τῆς
πατρότητος. ἔχει ἄρα ὁ υἱὸς τὸ προβάλλειν. ἐπειδὴ τοῦτο μὲν
παρὰ τὸν τῆς πατρότητος ἐστὶ λόγον, πάντα δὲ τὰ τοῦ πατρὸς, παρὰ
τὴν πατρότητα μόνον, ἤτοι παρὰ τὸ τίκτειν, καὶ αὐτὸς ἔχει, ὡς τῷ
Κυρίλλῳ δοκεῖ.

κ. Ἔτι ὁ Νύσσης Γρηγόριος, ἐν τῇ εἰς τὸ πάτερ ἡμῶν ὁμιλίᾳ, ἧς
ὁ Νύσσ. ἡ ἀρχὴ, ὅτι προσῆγεν ὁ μέγας Μωϋσῆς τῇ κατὰ τὸ ὄρος μυσταγω-
γίᾳ τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν, διάκρισιν τῆς θείας Τριάδος παρα-
διδοὺς, τὸν μὲν πατέρα υἱοῦ καὶ πνεύματος διακρίνει. τῷ τὸν
μὲν αὐτὸ αἰτίας εἶναι, ἐκεῖνα δὲ αἰτιατά. υἱὸν δὲ αὖ καὶ πνεῦμα
ἀλλήλοις κοινωνοῦντα, τῷ καὶ ἄμφω αἰτιατὰ εἶναι, διακρίνει ἀλ-
λήλων, τῷ, τὸν μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι, καὶ μέχρι τούτου. τὸ δὲ
πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. οὕτω γὰρ τὰ τῶν ἀντιγρά-
φων ἀρχαιότερα ἔχει, ὥστε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν διδάσκαλον, τὸ
πνεῦμα ἐστὶν ἐξ υἱοῦ. εἰ δέ τινες κατὰ τὰ τῶν ἀντιγράφων νεώτε-
ρα, πνεῦμα υἱοῦ λέγεσθαι εἴποιεν. οὐκ ἐξ υἱοῦ, καὶ οὕτως ὅμως
οὐδὲν αὐτοῖς ἔσται πλέον. τὸ γὰρ αὐτὸ συμπέρασμα καὶ ἐκ
τούτου κἂν μὴ βούλοιτο συναχθήσεται, δῆλον γαρ ὅτι τὸν υἱὸν

καὶ

ſunt cauſæ. idem ergo eſt in diuinis audire, & accipere Baſilius.
à Filio. igitur audit. Sed & Magnus Baſilius in Aſceticis in
fermo.:e, cuius eſt initium, Dei optimi gratia, de Spiritu
ſancto ait, qui docet, & ſuggerit omnia, quæcunque audie-
rit à Filio. audiens autem à Filio, etiam procedit ab ipſo
propt⁻rea quod audire ipſius, non aliud ſit, quàm proce-
dere, vt dictum eſt.

Præterea, Patrem eſſe, vel generare non continet ra- XIX.
tionem producendi. certè enim Spiritus eſſet Filius. Sed
Filius habet omnia ſimpliciter, quæ ſunt Patris, excepto
generare, vel Patrem eſſe. Dicit enim Sanctus Cyrillus, Cyrillus.
in ſecundo Dialogo ad Hermiam: Coæternum credimus
Filium Patri, & quodcunque aliud æquale habentem,
citra generare tantum: hoc enim ſoli Deo & Patri con-
uenit.

Idem in oratione de Trinitate.

In Filio, inquit, vnigenito per omnia ſimili, & æquali
Patri, abſque paternitate. Igitur habet Filius producere,
quandoquidem iſtud præter paternitatis rationem eſt. Omnia
verò Patris, tantùm præter paternitatem, hoc eſt præter
generare, & ipſe habet, vt Diuo Cyrillo videtur.

Præterea, Gregorius Nyſſenus Homilia in Pater noſter, XX.
cuius eſt initium: Quando Magnus Moyſes iuxta montem
popolum Iſraeliticum initia, & ſacra docebat, tradens San-
ctiſſimæ Trinitatis diſcrimen, Patrem à Filio, & Spiritu ſe-
cernit, eo quòd ipſe ſit cauſa, illi verò ſint cauſati. Filium
autem rurſus & Spiritum, in quos illud conuenit, vt ſint
ambo cauſati, alterum ab altero diſcernit, quod vnus ſit à Pa-
tre, & non amplius: Spiritus verò ſit ex Patre, & ex Filio.
Sic enim habent vetuſtiora exemplaria. Quare ſecundum o-
pic:ionem, etiam iſtius Doctoris, Spiritus eſt ex Filio. Quod
ſi nonnulli dixerint, iuxta recentiora exemplaria, Spiritum
dici Filij, non autem ex Filio: etiam tum nihil iſtud ipſis
proderit: eadem enim concluſio, ex hoc quoque, velint,
nolint, deducetur. Manifeſtum enim eſt, quod cum Filio,

καὶ τὸ πνεῦμα δ' ἐρῶν κατὰ τὸ αἰτιατὰ εἶναι, καὶ ἄμφω κοινωνοῦντα ἀλλήλοις, ζητεῖ, τίνι ἂν διακριθεῖεν ἀλλήλων. καὶ ἀποφαίνεται, ὡς, εἰ καὶ ἄμφω τῷ αἰτιατὰ εἶναι κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις, ἀλλ' ὁ μὲν υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς ὀνομάζεται, καὶ μέχρι τούτου αὐτῷ τὸ ἰδίωμα ἵσταται. τὸ δὲ πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. οὐκοῦν τὸ πνεῦμα, καὶ Χριστοῦ πνεῦμα ἐστὶν, ὁ δὲ υἱὸς τοῦ πνεύματος, οὔτε ἐστὶν, οὔτε λέγεται. οὔτε ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ αὕτη ἀκολουθία φησί. Καὶ τοῦτο εἴρηται ἀρκεῖν πρὸς διάκρισιν ὁ διδάσκαλος. τὸ, τὸ μὲν πνεῦμα τοῦ υἱοῦ λέγεσθαι. τὸν δὲ υἱὸν μὴ λέγεσθαι τοῦ πνεύματος. οὐκοῦν εἰ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ λέγεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διακρίνει αὐτὸ υἱοῦ, κατὰ δὲ τὴν ἡμετέραν, οὐδὲν ἕτερον διακρίνει αὐτὸ τοῦ υἱοῦ, ἢ ὁ διάφορος τῆς προόδου τρόπος, δηλονότι τὸ ἐκπορεύεσθαι. τὸ, τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ εἶναι ἄρα ταυτόν ἐστι τῷ ἐκπορεύεσθαι. καὶ οὕτως, οὗ λέγεται εἶναι πνεῦμα, παρ' ἐκείνου καὶ ἐκπορεύεται. λέγεται δὲ εἶναι καὶ τοῦ υἱοῦ πνεῦμα, ὡς καὶ τοῦ πατρός. καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ ἄρα ὡς καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται.

Gr. Καὶ ἅμα σημειωτέον, ὅτι ἀναιρεῖται ἡ τινῶν ἐξήγησις λεγόντων, ὅτι διὰ τὸ ὁμοούσιον εἴρηται τὸ πνεῦμα, πνεῦμα τοῦ υἱοῦ. ἰδοὺ γὰρ ὁ διδάσκαλος, ὡς διακριτικὸν αὐτὸ λαμβάνει, τὰ δὲ διὰ τὸ ὁμοούσιον λαμβανόμενα, ἑνοῖ μᾶλλον, οὐ διακρίνει. εἰ οὖν οὐ διὰ τὸ ὁμοούσιον λέγεται πνεῦμα. σώζονται ἄλυτοι πᾶσαι αἱ τῶν Λατίνων ἀποδείξεις. ὡς ἐκ τοῦ λέγεσθαι τὸ πνεῦμα. πνεῦμα υἱοῦ ἐπιχειροῦντες, καὶ ἐξ αὐτοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι δεικνύουσι. διὰ τὸ γὰρ τῆς παρεξηγήσεως ταύτης τινὲς αὐτὰ ἀναιρεῖν ᾤοντο, διὰ τὸ ὁμοούσιον ὑπολαμβάνοντες λέγεσθαι πνεῦμα υἱοῦ. ταύτῃ δὲ ἤδη τῇ ἐννοίᾳ φανερῶς ὁ Νύσσης Γρηγόριος μάχεται, ὡς διακριτικὸν αὐτὸ εἰληφώς.

Ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸ δεῖξαι τὴν ἀλήθειαν τοῦ συμπεράσματος τούτου, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι συμπεράναι, πολλῶν ὄντων, οἷς ἄν τις χρήσαιτο, καὶ ὅθεν ἂν ἐπιχειρήσειεν, ἀρκείτω ἐν τῷ παρόντι καὶ ταῦτα.

Ἐπεὶ δὲ καί τινα ἄτοπα παρὰ τῶν μὴ ἐφιστώντων ἐπάγονται τοῖς τὴν ἀλήθειαν ταύτην πρεσβεύουσιν. ἃ μὲν κατὰ τὴν ἐπιχεί-

ρη-

& Spiritui, in eo, quod ſint cauſati, conuenire inueniſſent quærit quemadmodum inuicem diſcernantur; atque affirmat, etiamſi in ambos id conueniat, vt ſint cauſati, verumtamen Filium quidem ex Patre nominari, & in eo tantum proprietatem eius perſtare: Spiritum autem & ex Patre dici enunciat, & Filij eſſe teſtificatur: Igitur Spiritus etiam Chriſti Spiritus eſt. Filius autem, neque eſt Spiritus ſancti, neque dicitur. Neque, inquit reciprocatur hæc relationis conſequentia. Et hoc exiſtimat Doctor ſufficere ad diſtinctionem, quod Spiritus Filij dicatur, Filius autem Spiritus ſancti minimè dicatur. Si igitur hoc, quod eſt Spiritum ſanctum, dici Spiritum Filij, ſecernit eum à Filio: iuxta verò noſtrates, nihil ali ud ſecernit eum à Filio, niſi varius modus productionis, ſcilicet producere: igitur eſſe Spiritum Filij, idem eſt, quod procedere. Atque ita cuius dicitur eſſe Spiritus, ab eo & procedit. Dicitur autem eſſe Filij Spiritus, ſicut & Patris: ergo & à Filio, ſicut & à Patre procedit.

Et ſimul notandum eſt, interpretationem quorumdam euerti, dicentium, Spiritum propter conſubſtantialitatem dictum eſſe Spiritum Filij: Ecce enim Doctor, tanquam quod illos diſcernat, illud aſſumit. Quæ verò propter conſubſtantialitatem aſſumuntur, potius coniungunt, non diſcernunt. Si itaque non propter conſubſtantialitatem, dicitur Spiritus Filij, manent indiſſolubiles omnes Latinorũ demonſtrationes: quibus ex eo, quod Spiritus dicatur Spiritus Filij, argumentando, etiam ex ipſo eum procedere conuincunt. Quidam enim iſta praua interpretatione putabant ea, quæ à Latinis afferuntur, euertere poſſe, propter conſubſtantialitatem exiſtimantes dici Spiritum Filij. Iam verò huic intelligentiæ manifeſtè reclamat Gregorius Nyſſenus, cum illud tamquam quod diſcernat, aſſumpſerit. Nota.

Verùm ad oſtendendam veritatem huius concluſionis, & ad concludendum Spiritum ſanctum ex Patre Filioq; procedere, cum permulta ſint, quibus aliquis vti, & ex quibus argumentari poſſet, hæc tamen in præſentia ſufficiant.

Quoniã verò nõnulla abſurda veritatis cultoribus à nõ adhibentibus animũ inferuntur, quæ ipſi quidem obijciũt argu-

 men-

ῥημάτων τῶν τὸ πρόβλημα δεικνύντων φασὶν, ἐν αὐτοῖς τοῖς ἐπιχειρήμασιν ὡς ἐνὸν ἐπιτετμημένως διηγησάμην. ἃ δὲ καὶ αὐτοὶ τοῦ συμπεράσματος ἐπιφέρουσι, τούτων τὰς μάλιστα βιαιοτέρας, καὶ πλείονα δοκούσας ἔχειν ἰσχὺν ἐκλεξάμενος, ἀποδώσω σοι τὰς λύσεις, ἐν βραχεῖ τε καὶ ἱκανῶς ὡς οἷόν τε. ὡς ἂν σοι τελεώτατος ἀποδεδομένος εἴη ὁ λόγος, καί τοι γε τὰ ἄτοπα ταῦτα οὐχ ἡμῖν ἐπιφέρονται, οὐδ' ἡμεῖς λόγον τούτων ὑπέχειν ὀφείλομεν. ἀλλὰ τοῖς ἁγίοις πολλῷ πρότερον ἐγκλητέον. οἳ τούτου τοῦ δόγματος καθεστήκασιν ἡμῖν ἡγεμόνες, οὐ δυτικοὺς λέγω μόνον. οἳ σαφέστατα περὶ τούτου φασὶν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ τοὺς ἐξ ἑώας. καὶ παρ' ἐκείνων ζητητέον τὰς λύσεις. ὃ καὶ πεποιήκασι φθάσαντες ἐκεῖνοι, εἰ καὶ μὴ συγγνωμόνων ἐστί. μὴ ἐφησυχάζειν τοῖς ὑπ' αὐτῶν λεγομένοις, ἅπαξ πιστευομένου τοῦ πνεύματι θείῳ τούτοις λελαληκέναι. ὅμως δὲ καὶ ἡμεῖς. ὡς ἡμῖν δυνατὸν, καὶ τοῦτο ἐξ ὧν ὑπ' αὐτῶν ἐφωτίσθημεν, καὶ ἄλλων μακαρίων ἀνδρῶν ἐν τούτοις πεπονηκότων, πρὸς ταῦτα μετρίως ἀποδυσώμεθα.

Οἴονται τινὲς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ἢ εἰς ἓν συναλείφεσθαι πρόσωπον, εἴ τις ἐξ ἀμφοῖν λέγοι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι. ἢ εἰ μὴ τοῦτο, δύο γοῦν τὰς ἀρχὰς, καὶ δύο ἀκολουθήσειν τὰ αἴτια. ὃ καὶ αὐτὸ οὐ μεῖον ἄτοπον τοῦ προτέρου.

λύσις τοῦ ἀπὸ τῆς συναλοιφῆς ἀτόπου.

Ἡ λύσις δὲ πρὸς μὲν τὸ τῆς συναλοιφῆς, οὕτω φαμέν. ὡς εἰ μὲν προσωπικὸν, εἴτουν ὑποστατικὸν τοῦ προσώπου τοῦ πατρικοῦ, τὴν τοῦ προβάλλειν ἐνέργειαν ἐτιθέμεθα, τότ' ἂν τὸ ἄτοπον εἵπετο τοῦτο, καὶ ἦν ἀληθῶς ἓν μετὰ τοῦ πατρὸς πρόσωπον. τοῦ συστατικοῦ αὐτῷ κοινωνῶν ἰδιώματος. Ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν συστατικὸν τοῦ προσώπου τοῦ πατρικοῦ ἰδίωμα ἡ πατρότης καὶ τὸ γεννᾷν εἴρηται ὄν, τὸ δὲ προβάλλειν ἰδίωμα, ἤτουν γνώρισμα τῷ προσώπῳ αὐτοῦ συστατικῷ ἑπόμενον, τίς ἡ ἀνάγκη τὸν κοινωνοῦντα αὐτῷ τούτου τοῦ ἰδιώματος, ὃ μὴ συστατικὸν ἐστὶ τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἓν εἶναι πρόσωπον μετ' αὐτοῦ; ὥσπερ γὰρ κοινωνῶν τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς, τοῦ τὸ πνεῦμα, πνεῦμα εἶναι αὐτοῦ

ὥσπερ

mentis, hoc quæſitum probantibus, in ipſis argumentis, quantum fieri potuit, præciſè dilui. Ex his autem, quæ ipſi concluſioni inferunt, ea, quæ maximè vrgent, & maiorem vim habere videntur, eligens, breuiter atque abundè, quatenus rei natura patitur, diſſoluam: vt quam abſolutiſſima reddatur tibi noſtra oratio. Quamquam abſurda iſta non nobis inferunt, neque nos horum reddere rationem debemus. Verùm longe antea Sancti accuſandi ſunt, qui huius dogmatis nobis auctores, & duces extiterunt. Non dico ſolùm Occidentales, qui hoc clariſſimè fatentur; verum etiam Orientales, & ab ipſis petendæ ſunt diſſolutiones. Quod ſane quidem & fecerunt illi præuenientes. Licet haud grati animi ſit, eorum dictis non acquieſcere: cum ſemel credendum ſit, eos diuino Spiritu loquutos eſſe. Attamen nos quoad eius fieri poſſit, præſertim ab ipſis Sanctis Patribus, alijſque beatis Viris, qui in his rebus laborauerunt, illuminati, ad hæc mediocriter accingemur.

Opinantur igitur, ſi quis ex ambobus, dicat Spiritum procedere: Patrem & Filium vel ita ſecum commiſceri, vt vnam perſonam ex duabus efficiant: Vel ſi non hoc, duo tamen principia, & duas cauſas ſequi, quod & ipſum non minus priore abſurdum eſt.

Nos verò ad iſtud admixtionis perſonarum ita reſpondemus: Quod ſi perſonalem, ſeu hypoſtaticam proprietatem perſonæ Patris poneremus eſſe operationem producendi: tunc ſequeretur hoc abſurdum, & eſſet re vera Filius vna perſona cum Patre, ſi conſtitutiuæ proprietatis Patris particeps eſſet. Quoniam vero quod conſtituit proprietatem perſonæ Patris, paternitas & generare dictum eſt eſſe; producere autem eſſe proprietatem, ſeu notionem, quæ perſonam conſtitutam ſequatur: quæ neceſſitas eſt: vt, qui hanc proprietatem participat, quæ minimè conſtitutiua eſt ipſius perſonæ, vna ſit perſona cum ipſo? Quemadmodum enim illud participat Filius, quod Spiritus ſit eius Spiritus, ſi-

Solutio abſurdi ab admixtione perſonarum.

ὥσπερ καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ, παρ' αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς ἀποστέλλεσθαι. ὅμως οὐ καὶ τοῦ προσώπου αὐτοῦ κοινωνεῖ, διότι τὸ, τὸ πνεῦμα λέγεσθαι τοῦ πατρὸς, ἢ παρ' αὐτοῦ ἀποστέλλεσθαι, οὐκ ἔστι τοῦ πατρικοῦ προσώπου συστατικόν. οὔπως οὐδὲ τοῦ προβάλλειν κοινωνῶν τῷ πατρὶ εἰς ἓν μετ' αὐτοῦ συναλείφεται πρόσωπον. διότι τὸ προβάλλειν οὐ συστατικὸν τοῦ προσώπου τοῦ πατρικοῦ. ὥστε ἕως ἂν μὴ δείξῃ τις τὸ προβάλλειν συστατικὸν τοῦ προσώπου τοῦ πατρικοῦ, οὐδὲ συναλοιφὴν τῶν προσώπων δύναιτ' ἂν δεῖξαι. ἀλλὰ τὸ προβάλλειν συστατικὸν εἶναι τοῦ πατρὸς δεῖξαι οὐ δύναται. οὕτω γὰρ ἂν διπρόσωπον τὸν πατέρα, καὶ διπλᾶς ἔχοντα ἀποφαίνειν ὑποστάσεις, ὡς ἐν ἀρχῇ εἴρηται, ὅπερ ἄτοπον. ἄλλως τε τὸ προβάλλειν εἶναι συστατικὸν τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ παρὰ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἕν ἐστι καὶ ταυτόν. ὥστε ὁ τοῦτο λέγων, τὸ ζητούμενον λαμβάνει. τούτου δὲ μὴ δεικνυμένου, οὐδὲ συναλοιφὴ ἕπεται, μετὰ τῶν οὕτως οἰομένοις.

Εἴρηται δὲ καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ ζητήματος τούτου, τίνα τῶν ἐπὶ Θεοῦ λεγομένων κοινὰ, καὶ τίνα ἴδια. καὶ τῶν ἰδίων, τίνα μὲν δυοῖν ἴδια. τίνα δ' ἑνὸς μόνου καὶ τῶν ἑνὸς μόνου ἰδίων. τίνα αὖ οὕτως ἴδια, ὡς καὶ ὑποστατικὰ εἶναι. τίνα δὲ οὕτως ἴδια ὡς γνωριστικὰ, μὴ μέντοι ὑποστατικά. ὁποῖον καὶ τὸ προβάλλειν τότε εἴρηται εἶναι, ὥστε ἔκ τε τῶν νῦν εἰρημένων, ἔκ τε τῶν ἐκεῖ προειλημμένων, ἡ τούτου τοῦ ἀτόπου λύσις ἐπιφανεστέρα. καὶ οὐκ ἔστιν ἐγκαλεῖν δικαίως Λατίνοις ὡς
λύσις τοῦ συναλοιφὴν ποιουμένοις τῶν θείων προσώπων.

ἀπὸ τῆς Περὶ δὲ τῆς διαρχίας, καὶ τοῦ δύο αἴτια ἐπὶ θεότητος συνάγεσθαι,
διαρχίας ὃ καὶ τῶν σκιῶν μᾶλλον ἕπεσθαι τοῖς Λατίνοις νομίζειν εἰώθασιν οἱ
ἐγκλή- ἡμέτεροι, τί αὖ τις εἴποι; τί δ' ἄλλο γε, ἢ μάλιστα μὲν ἁπλῶς
ματος. αὐτὸ τὸ τῶν ἁγίων προβαλλομένους ἀξίωμα τῶν τοῦτο μὴ λεγόντων, ἀρκεῖσθαι.

Αὐγου- Ὁ γὰρ πατὴρ καὶ υἱὸς φησὶν Αὐγουστῖνος, οὐ δύο ἀρχαὶ τοῦ ἁγίου
στῖνος. πνεύματος. ἀλλὰ μία ἀρχὴ αὐτοῦ, καὶ ἀμφότεροι. ὥσπερ καὶ τῆς κτίσεως, οὐ τρεῖς ἀρχαὶ ὁ πατὴρ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλὰ μία αὐτῆς ἀρχὴ ἡ τριὰς ὁ Θεός.

Τίνα αὖ τις σαφεστέραν ζητήσειε λύσιν; ἢ ἐπεὶ τὸ πνεῦμα τὸ

ἅγιον

ſicut & Patris, quod mittatur ab ipſo æqueve à Patre, & tamen non participat eius perſonam, propterea quod Spiritum dici, Spiritum Patris, vel ab ipſo mitti, non eſt quod conſtituit perſonam Patris. Hoc modo, neque in producendo particeps, & ſocius factus, cum eo ita miſcetur: vt vnam perſonam efficiant, quoniam producere non eſt conſtitutiuum perſonæ Patris. Quapropter, quandiu non oſtenderit aliquis producere conſtitutiuum eſſe perſonæ Patris: neque permiſtionem perſonarum probare poterit. Sed producere conſtitutiuum eſſe perſonæ Patris, probare non poteſt: ſic enim duplici perſona præditum, duaſque habentem hypoſtaſes Patrem oſtenderet, vt in principio dictum eſt, quod eſt abſurdum. Denique producere, eſſe conſtitutiuum Patris, & à ſolo Patre procedere Spiritum ſanctum, vnum & idem eſt. quare qui hoc dicit, quod quærit aſſequitur: hoc verò non oſtenſo, neque permiſtio ſequitur iuxta eos, qui ſic opinantur.

Et etiam Spiritus eſſet Filius.

Dictum eſt autem & in principio huius quæſtionis: Eorum quæ in Deo dicuntur, quænam ſint communia, quæuè propria. Propriorum verò quænam duarum perſonarum propria, quæ vnius tantum. Et eorum, quæ vni conueniunt, quæ ita propria, vt etiam ſint hypoſtatica, & conſtitutiua. quæ verò ſint ita propria, & notionalia, non tamen hypoſtatica: hoc eſt quæ notam, & manifeſtam faciant perſonam, non tamen & conſtituant: cuiuſmodi & producere tunc dictum eſt eſſe. Quare tum ex dictis, tum ex ibi prius aſſumptis huius abſurdi diſſolutio eſt manifeſta. Neque poſſumus meritò accuſare Latinos, quaſi permiſtionem perſonarum faciant.

De duplici verò principio, & quod duæ cauſæ in Deitate concludantur, quod & magis quam vmbras ſequi Latinos noſtrates arbitrantur, quidnam aliquis dicet? Quid verò aliud, quam vt ipſa ſimpliciter auctoritate Sanctorum, id negantium propoſita, ſanè quidem contenti ſimus.

Solutio abſurdi de duplici principio.

Pater enim & Filius, inquit Auguſtinus non duo principia Spiritus ſancti, ſed vnum principium ipſius & ambo ſunt. Sicut & creationis non tria principia Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, ſed vnum eſt ipſius principium Trinitas Deus.

Auguſtinus.

Quamnā clariorē ea quæret aliquis ſolutionē, quā Spiritus

ſan-

ἅγιον διὰ τοῦ πατρὸς, καὶ διδασκάλου τοῦ δε φησί. μὴ λανθανέτω γὰρ ὅτι ταυτὸ τοῦτο ἄτοπον τὸ τῆς πολυαρχίας δηλαδὴ, καὶ πολυθεΐας, καὶ ἐπὶ τῆς τῆς κτίσεως παραγωγῆς ἕψεται. εἴ τις μὴ προσέχοι τὸν νοῦν, ὅπερ ἐστὶν τῆς χριστιανικῆς θρησκείας ἀλλότριον, καὶ σύμφωνον ἕλλησιν. ὃ γὰρ μάλιστα ἡμεῖς ἕλλησιν ἐγκαλοῦμεν, τοῦτό ἐστιν. ὅτι πολλοὺς τῆς κτίσεως δημιουργοὺς, καὶ πολλοὺς εἰσῆγον θεούς. εἰ οὖν καὶ ἡμεῖς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς κτίσεως αἰτίας εἶναι φαμέν. καὶ ἡμῖν τοῦτο ἀκολουθήσει τὸ ἄτοπον. καὶ ἔσονται πολλαὶ ἀρχαὶ καὶ θεότητες.

Ἀλλ᾽ ἄκουσον ὅπως οἱ διδάσκαλοι τοῦτο σοφῶς λύουσιν, εἰ γὰρ καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπίσης τῆς κτίσεως αἰτίους εἶναι φαμὲν, ἀλλ᾽ ὅμως διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν τῶν δημιουργημάτων ἐπὶ τὸν πατέρα ἀναφέρεσθαι, καὶ ἐκεῖθεν τόν τε υἱὸν τό τε πνεῦμα, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, καὶ τὴν τοῦ δημιουργεῖν δύναμιν ἔχειν, τοῦ γὰρ πατρὸς μὴ ὄντος. ὅτε υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα οὔτ᾽ ἂν ἦσαν, οὔτε τὴν τοῦ δημιουργεῖν δύναμιν εἶχον. Ἔτι τε καὶ διὰ τὸ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἀριθμῷ δυνάμει δημιουργεῖν αὐτοὺς, ἐκ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς κοινῆς θεότητος προϊούσῃ. διὰ τοῦτο εἰκότως εἷς θεὸς, καὶ δημιουργὸς λέγεται εἷς. τοῦτο οὖν καὶ ἐπὶ τῆς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τοῦ πνεύματος ἐκπορεύσεως, ἱκανὸν πρὸς τοὺς ἀποροῦντας.

Ὅτι γὰρ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ δυνάμει ὁ πατὴρ ἅμα καὶ ὁ υἱὸς τὸ πνεῦμα προβάλλουσι, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει λαβὼν ὁ υἱὸς τὴν ἐκπορευτικὴν δύναμιν ταύτην, διὰ τοῦτο κυρίως καὶ ἀληθῶς εἷς ὁ αἴτιος καὶ μία ἀρχὴ τῆς τοῦ πνεύματος ἐκπορεύσεως, μάλιστα μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, ἱκανὰ καὶ ταῦτα. δείκνυται δὲ ὅμως τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ λόγου. δυοῖν γὰρ ὄντων, ὡς εἴρηται, εἰς ἃ πᾶν προαγόμενον ἀναφέρεται. τούτοις εἴδους. καθ᾽ ὃ προάγεται, καὶ τοῦ ὑποκειμένου ἢ προσώπου ἐξ οὗ, εἰ μὲν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ὥσπερ δύο ταῖς ὑποστάσεσιν, οὕτως καὶ τῷ εἴδει καθ᾽ ὃ τὸ πνεῦμα προάγουσι δύο ἦσαν, καὶ παντελῶς ἐπιχορηγοῦντο, τότ᾽ ἂν εἶχε λόγον. μᾶλλον δ᾽ ἦν ἀναγκαῖον δύο ἀρχὰς λέγειν τοῦ πνεύματος. ἐπεὶ δὲ εἰ καὶ τὰ μάλιστα δύο ταῖς ὑποστάσεσιν ὁμολογοῦνται, τῷ γε μὴν εἴδει, ᾧ προάγουσιν, ἕν εἰσι τῷ ἀριθμῷ καὶ παντελῶς ἀδιαίρετοι,

Sanctus per iſtum Patrem atque Doctorem enunciat? Non enim nos fugiat, hoc idem abſurdum, ſcilicet duorum principiorum, multitudiniſque Deorum etiam in mundi productione ſequi; ſi quis non attendat Quòd quidem à Chriſtiana religione eſt alienum, congruens verò gentilibus. In quo enim nos ſummopere gentiles reprehendimus, hoc illud eſt, quod multos mundi opifices, & multos Deos introducerent. Si igitur tres hypoſtaſes creationis cauſas eſſe dicimus, hoc abſurdum nos ſequetur, eruntque multa principia & Deitates.

Verum audi, quemadmodum Doctores id ſapienter diſſoluant. Et ſi enim Patrem, & Filium, & Spiritum æque cauſas eſſe creationis dicimus: Attamen, quoniam principium creaturarum ad Patrem refertur, indeque cum Filius, tum Spiritus ſanctus & ipſum eſſe, & creandi potentiam habent: Patre enim non exiſtente, neque Filius eſſet, neque Spiritus ſanctus, neque creandi potentiam haberent: præterea, quia vna eademque numero potentia, ab vna eademque communi Deitate proueniente creant; ob id merito vnus Deus, & vnus mundi effector dicitur. Hoc igitur & in Spiritus ex Patre Filioque proceſſione ſatis aptum eſt ad dubitantes, & quærentes reſponſum.

Quod enim propterea verè, ac propriè ſit vna cauſa, vnumue principium proceſſionis Spiritus ſancti, quia vna eademque potentia, Pater ſimul ac Filius Spiritum producunt; & quia ex Patre hanc producendi potentiam habet Filius, ad hoc probandum maximè quidem, vt dictum eſt, & hæc ſatis eſſent; oſtenditur tamen hoc idem, & ratione. Etenim duo cum ſint, vt dictum eſt, ad quæ omne quod producitur, refertur, ſpecies ſcilicet, ſecundum quam producitur, & ſuppoſitum, ſeu perſona, ex qua producitur. Si Pater quidem, & Filius, quemadmodum duo ſunt perſonis, ita quoque ſpecie, ſecundum quam producunt Spiritum, duo eſſent, & omnino in duas partes ſecarentur, ac diuiderentur; tunc ſanè non eſſet mirum, imo vero & neceſſarium dicere duo principia Spiritus ſancti; Nunc vero, quanquam potiſſimum, duo eſſe hypoſtaſibus inter omnes conſtat: quia tamen ſpecie, qua producunt, vnum ſunt numero, & omninò indiuiſibiles; eſt enim

ἔστι γὰρ ἡ θεία οὐσία καθ' ἣν ἄμφω τὸ ἅγιον πνεῦμα προάγουσι, μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀριθμῷ κοινὴ οὖσα ἀμφοῖν, οὐκ ἀναγκαῖον, μᾶλλον δὲ ἀδύνατον δύο ἀρχὰς λέγειν. ἔστι γὰρ μία ἡ οὐσιώδης καὶ κοινὴ αὐτῶν προβλητικὴ δύναμις. ἥτις εἰ καὶ οὐσιώδης ὁμολογεῖται, οὐ δύναται ὅμως εἶναι κοινὴ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. διὰ τό, ὡς πολλάκις εἴρηται, ἀντικεῖσθαι τῇ αὐτοῦ ἰδιότητι. πάντων γὰρ τῷ πατρὶ κοινωνοῦσιν ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς καὶ τοῦτο οὐκ ὀλιγάκις εἴρηται, φυλάττοντες πρῶτον τὰς ἑαυτῶν ἰδιότητας. πάντα γὰρ ἐστὶν ὁ υἱὸς ὅσα καὶ ὁ πατὴρ κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, καὶ τοὺς ἄλλους διδασκάλους, μένων ἐν τῷ εἶναι υἱός. ἤτοι τὴν ἑαυτοῦ τηρῶν ἰδιότητα. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἴσος καὶ ὅμοιος ἐστὶ τῷ πατρί, γεννᾶν μέντοι αὐτὸν ἑαυτὸν οὐ δύναται. διὰ τὸ μάχεσθαι τῷ αὐτοῦ ἰδιώματι. οὐκοῦν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πάντων κοινωνεῖ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, μένον ἐν τῷ εἶναι πνεῦμα. ἤτοι σῶζον τὴν ἑαυτοῦ ἰδιότητα. ὅθεν οὐ δύναται προβάλλειν ἑαυτό, καίτοι πάντων ἑαυτοῖς κοινωνοῦν. διὰ τὸ μάχεσθαι τοῦτο τῇ ὑποστάσει αὐτοῦ. ὥστε οὐδαμόθεν εὔλογος ὁ λόγος τοῖς διαρχίαν ἐγκαλοῦσι Λατίνοις.

λύσις τοῦ ἀπὸ τῆς ἀτελείας ἐπιχειρήματος.

Ἀλλὰ φασίν, ἢ τελεία ἡ ἐκπόρευσις ἡ ἐκ πατρός. καὶ ματαία ἡ ἐξ υἱοῦ. ἢ εἰ ἀναγκαία ἡ ἐξ υἱοῦ. ἀτελὴς ἡ ἐκ τοῦ πατρός. τοῦτο δὲ ἄτοπον, ἀτελῆ τὴν ἐνέργειαν τοῦ πατρὸς λέγειν, καὶ δεῖσθαι πρὸς τελείωσιν τοῦ υἱοῦ.

Ἡμεῖς δὲ πρὸς ταῦτα φαμέν, ὡς οἱ ταῦτα λέγοντες, ἐοίκασιν ἐν πᾶσι διχοτομεῖν πατέρα τε καὶ υἱὸν καὶ τὰς αὐτῶν ἐνεργείας. ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων πάντως παραδειγμάτων ὁρμώμενοι, καὶ ὅτι ὁρῶσι δύο ἀνθρώπων ἐνεργείας, δύο τῷ ἀριθμῷ οὔσας, κἂν πρὸς ἓν ἀποτέλεσμα φέρωνται, καὶ κεχωρισμένας ἀλλήλων, οἴονται κἀπὶ Θεοῦ ταὐτὸ ἐφαρμόζειν. κἀντεῦθεν τοιαύτας ἀπορίας εἰσάγουσιν. ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον ἐννοῆσαι. πατὴρ γὰρ καὶ ὁ υἱὸς ταῖς ὑποστάσεσι μόναις διακρινόμενοι. τἄλλα πάντα ἕν εἰσι καὶ ταυτόν. καὶ διὰ τοῦτο καὶ κατὰ τὴν προβλητικὴν δύναμιν ταύτην οὐχ ἴδια ἑκάτερος, ἢ ὁ μὲν πρότερον, ὁ δὲ ὕστερον, ἢ ὁ μὲν ἑτέρᾳ, ὁ δὲ ἑτέρᾳ ἐκπορεύσει προβάλλει τὸ πνεῦμα, ὡς ἄν τις τῶν πάντα σωματικῶν οἰηθείη, ἀλλ' ἅμα τε καὶ ἀχρόνως καὶ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ δυνάμει προβάλλοντες ἄμφω τελείως καὶ ὑπερτελείως, τοῖς ματαίοις τούτοις λόγοις χώραν οὐ λείπουσιν. Εἰ-

enim diuina eſſentia, ſecundùm quam ambo Spiritum ſanctum producunt, vna eademq; numero cõmunis ambobus exiſtens; non eſt neceſſariũ, atq; adeò nullo modo fieri poteſt, vt duo dicantur principia. Eſt enim vna eſſentialis, & communis ipſis productiua vis, & potentia. Quæ quidem, & ſi eſſentialis haud dubiè conceditur eſſe; non poteſt tamen cõmunis eſſe illis cũ Spiritu ſancto; quòd, vt ſæpe dictũ eſt, proprietati eius repugnet: omnia enim ſunt Filio, ac Spiritui ſancto cum Patre cõmunia; vt & hoc non raro dictum eſt, ſeruatis ſuis proprietatibus, omnia enim eſt Filius quæcunq; & Pater, ſecundùm Magnum Baſiliũ, cæteroſq; Doctores, permanens in eo, quod ſit Filius, hoc eſt ſuam proprietatem retinens: tametſi enim quàm maximè æqualis, & ſimilis eſt Patri; ipſe tamen generare ſeipſum minime poteſt; quod ipſius proprietati repugnet. Igitur & Spiritus ſanctus omnia ſibi habet cum Patre, Filioque communia, manens in eo quòd ſit Spiritus, hoc eſt ſeruans ſuam proprietatem. Vnde non poteſt ſeipſum producere, licèt omnium particeps fiat, quod ipſum perſonæ ipſius repugnet. Quare nulla ex parte iuſta & rationalis eſt eorum argumentatio, qui duplex principium Latinis obijciunt.

Verùm aiunt, Vel perfecta eſt productio Patris, & vana erit ex Filio: Vel ſi neceſſaria eſt productio Filij, imperfecta eſt Patris. Hoc autem abſurdum eſt; imperfectam dicere operationem Patris, & ad perfectionem indigere Filio.

Solutio abſurdi ducti ab imperfectione.

Nos verò ad hæc dicimus, quòd qui aiunt iſta, videntur in omnibus Patrem, ac Filium, eorumq; operationes ſecare, ac diuidere, in humanis exemplis omninò innixi. Et quoniam vident duorum hominum operationes, duas eſſe numero, & alteram ab altera ſeiunctam, licèt ad vnum effectum tendant, opinantur etiam in Deo idem cum diuinis perſonis congruere. Indeque tales dubitationes in medium afferunt. Verùm iſtud cogitare abſurdum eſt. Pater enim & Filius, perſonis tantùm cùm diſtinguantur, in omnibus alijs vnum atq; idem ſunt. Et propterea etiam ſecundùm iſtam potentiam productiuam non minus, non ſeorſum vterq;, vel vnus quidem priùs, alter verò poſteriùs, vel vnus alia productione, alter alia producit Spiritum; quemadmodum aliquis eorum, qui in omnibus craſſi, & corporei exiſtunt, putaret: Verum ſimul, & antè tempora, vna eademq; potentia, cum ambo perfectè, & pluſquam perfectè producant, iſtis vanis rationibus minimè relinquunt locum.

Sin

Εἰ δὲ μή, ἀποκρινάσθωσαν οἱ ταῦτα λέγοντες, εἰ τελεία ἡ ἐκ πατρὸς τοῦ κόσμου δημιουργία, ἢ οὔ. εἰ μὲν γὰρ τελεία, διὰ τί καὶ ὁ υἱὸς αἴτιος καὶ τὸ πνεῦμα. εἰ δ᾽ ἀτελής, καὶ διὰ τοῦτο προσλαμβάνεται ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα, σκεψάσθωσαν ὅτι φασίν.

Ἀλλ᾽ οἶμαι τελεία μὲν ἡ ἐκ πατρὸς τῶν ὄντων παραγωγή, μία δὲ καὶ ἡ αὐτὴ ἀριθμῷ υἱοῦ τε καὶ πνεύματος εἰς τὴν αὐτὴν πρόοδον ἡ ἐνέργεια, καὶ οὐκ ἄλλη μὲν ἐκείνου, ἄλλη δὲ τούτων. τότε γὰρ ἂν εἶχε χώραν ταῦτα τὰ παιδαριώδη ζητήματα. οὕτως οὖν κἀπὶ τοῦ προκειμένου τελεία μὲν καὶ ἀπαρτὴς ἡ ἐκ πατρὸς ἐκπόρευσις τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. ἡ αὐτὴ δὲ καὶ μία τῷ ἀριθμῷ καὶ ἡ ἐξ υἱοῦ τοῦ αὐτοῦ ἐστὶν ἐκπόρευσις. οὐκ ἄλλη καὶ ἄλλη, οὐδ᾽ ἄλλως καὶ ἄλλως. οὐδ᾽ ἄλλο τι ἡ ἐκ πατρός, καὶ ἄλλο τι ἡ ἐξ υἱοῦ. ἀλλ᾽ ἅμα καὶ ἡ αὐτή. καὶ ὁμοίως μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ δυνάμει προβαλλόντων ἀμφοῖν.

Καὶ μηδεὶς ἐνταῦθα βλασφημείτω τὸν λόγον, ἀκούων ἡμᾶς ἀπὸ τῆς κτίσεως ἐπιχειροῦντας. οὐκοῦν κτίσμα φάσκων Λατῖνοι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οἴονται. εἰσὶ γὰρ οἳ καὶ εἰς τοῦτο παρανοίας ἥκασι, καὶ τοῦτο τετολμηκότες ἀνατιθέναι Λατίνοις.

Ταῦτα γὰρ ἢ παιζόντων εἰσίν, ἢ ἀγνοούντων τοὺς ἁγίους πατέρας καὶ διδασκάλους, ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων πολλάκις ἐν τοῖς θείοις ἐπιχειροῦντας. καὶ ἀπὸ τῶν ἴχνος τι κἂν ἀμυδρὸν ὁμοιώσεως θείας ἐχόντων, πιστουμένους ἐκεῖνα, αὐτίκα. τὸ τρίτον τῶν ὑποστάσεων, νῷ καὶ λόγῳ καὶ πνεύματι. ἔτι τε ὀφθαλμῷ καὶ πηγῇ, καὶ ποταμῷ, ἱκανῶς οἴονται παραστῆσαι. καὶ πάλιν, ἡλίῳ ἀκτῖνί τε καὶ φωτί. καί τοι τούτων τῶν παραδειγμάτων ἑκάστου. εἰ καὶ τρία τῇ ἐπινοίᾳ ἐστὶ καὶ ὀνόματι, μιᾶς μέν τοι ὑποστάσεως ὄντος, ἀλλ᾽ ὅμως οὐκ ᾤοντο οἱ πατέρες διὰ τούτων λυμαίνεσθαι τῇ προκειμένῃ αὐτοῖς ἀληθείᾳ. ἀλλ᾽ ὅσον αὐτῶν τῷ σκοπῷ ἐφαρμόζον λαμβάνοντες, τὸ λοιπόν τε καὶ ἀπεμφαῖνον ἀπωθοῦντο. καὶ οὐδεὶς αὐτοῖς οὔτ᾽ ἐγκέκληκεν, οὔτ᾽ ἐγκαλέσειεν εὖ κύριος ὢν φρενῶν, τῆς τούτων τῶν παραδειγμάτων χρήσεως ἕνεκα.

Πῶς οὖν αὖθις δικαίως ἐγκαλέσεται Λατίνοις, εἰς τὸ δεῖξαι μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀριθμῷ τὴν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τοῦ πνεύματος

προο-

Sin minus, interrogentur viciſſim, qui hæc aiunt, perfectane ſit ex Patre mundi creatio, an imperfecta? Si enim perfecta; cur & Filius, atque etiam Spiritus ſunt cauſæ? Sin imperfecta, & propterea Filius & Spiritus veluti ſocij adiunguntur, animaduertant ipſi, quid dicant.

Verùm certò ſcio perfectam quidem entium eſſe ex Patre productionem, vnam verò numero Filij & Spiritus in eandem productionem eſſe operationem, & non aliam quidem illius, horum verò aliam, tunc enim haberent locum iſta puerilia quæſita. Sic igitur & in re propoſita, quæ eſt ex Patre proceſſio Spiritus ſancti perfecta quidem eſt, & pluſquam perfecta, eadem verò, vnaque numero; & ea quæ eſt ex Filio, eiuſdem eſt proceſſio, non alia atque alia, neque aliter atque aliter, neque alias quæ ex Patre, & alias quæ ex Filio, ſed ſimul, & eadem eſt. & ſimiliter vna eademque potentia producunt ambo.

Et nemo hic rationem conuicijs inſectetur, cùm nos audit, qui à creatura argumentamur, ergò inquiens creaturam Spiritum ſanctum Latini exiſtimant. Sunt enim, qui & in iſtud impudentiæ venerint, & hoc Latinis opponere ſint auſi.

Hæc enim vel ludentium ſunt, vel ignorantium, Sanctos Patres atque Doctores, qui ſanè ex humanis ſæpè, quid in diuinis eſſe ſoleat, ratiocinantur, & ex ijs, quæ vel exiguum diuinæ ſimilitudinis veſtigium habent, illa aſtruunt, atque confirmant. Sanè tres perſonas mente, verbo, & ſpiritu, adhuc etiam oculo, fonte, ac flumine, & rurſus ſole, radio, atque lumine ſatis commodè conſequi, & exprimere putant. Atqui vnumquodque horum exemplorum, licèt tria ſint cogitatione in animo, atque nomine, vnius tamen ſunt hypoſtaſeos & ſuppoſiti. Verum tamen non arbitrati ſunt Patres hiſce exemplis veritatem ſibi propoſitam labefactari. Sed quantum eorum ſcopo congruens erat ſumentes, reliquum, & non cohærens, reijciebant. Et nemo id ipſis, quòd iſtis exemplis vſi fuerint, vitio vertit, neque verteret, non profectò ſi ſana mente ſit.

Quo ergò pacto meritò aliquis accuſabit Latinos, qui ad vnam, & eandem numero ex Patre Filioque Spiritus

προόδου, χρωμένοις τῇ πρὸς τῆς Τριάδος μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ τῶν ὄντων δημιουργίᾳ; ἢ πῶς ἄν τις διὰ ταῦτα τολμήσειεν ἀνθρώπων, λέγειν, μετὰ τῆς κτίσεως τὸ πνεῦμα συντάττειν τὸ ἅγιον; καὶ ταῦτα οὐδενὸς τῶν νῦν ὄντων Λατίνων, οὐδὲ τῶν μετὰ τὴν διαίρεσιν, καὶ τὸ ἀποτρόπαιον ἐκεῖνο σχίσμα γενομένων τοῦτο προειπόντος, ἀλλ' αὐτῶν τῶν ἀρχαίων ἁγίων. Αὐγουστῖνος γὰρ ὁ βάθει σοφίας πάντας ὑπερβαλλόμενος· ὁ ἁγιωσύνῃ καὶ τῇ ἀγάπῃ τῇ πρὸς Θεὸν τίνος οὐ μείζων ὀφθείς; οὗτός ἐστιν ὁ τοῦτο λέγων τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν δηλαδὴ, μίαν ἀρχὴν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. ὡς καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα, μίαν ἀρχὴν τῆς τῶν ὄντων εἶναι προόδου. Ἐγκαλείτωσαν δὲ καὶ Ἀθανασίῳ τῷ θείῳ λέγοντι, αἰτία ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ φύσις, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τῆς κτίσεως πάσης, ἐν ᾗ ἐκτίθεται διαλέξει, ἀνομοίου καὶ ὀρθοδόξου.

Ἀλλ' ἃ μὲν ἀπὸ λογισμῶν ὡς ἑπόμενα ἄτοπα κατὰ τοῦ ἀληθοῦς ἡμῶν συμπεράσματος τινὲς προφέρειν εἰώθασιν, εἰ καὶ ἕτερα πλείω εἰσὶν, ὅμως εἰς ταῦτα σχεδὸν ἀναφέρεται πάντα. τούτων δὲ ἱκανῶς λελυμένων, κἀκεῖνα ἐπ' ἀσθενοῦς λίαν βεβήκασι. καὶ μᾶλλον τοὺς βάλλοντας, ἢ καθ' ὧν πέμπονται, πλήττουσιν. ὥστε τὰ εἰρημένα καὶ πρὸς πάντα ἐκεῖνα ἀρκέσει.

δοκούντων λύσις τῶν ἐναντιοῦσθαι Λατίνοις ῥητῶν.

Λοιπὸν δὲ ἐστὶ σκέψασθαι, ἅπερ ἀπό τινων τῶν πατέρων ῥητῶν, ἀντικειμένων δῆθεν Λατίνοις, καὶ τῇ τοῦ δόγματος ἀληθείᾳ, ἐπιχειροῦσιν, οἰόμενοι τὴν ἀντίφασιν ἐξ αὐτῶν συμπεραίνειν.

Ὧν ἓν μὲν ἐστὶ τὸ τοῦ θείου Δαμασκηνοῦ ἐν τοῖς θεολογικοῖς αὐτοῦ λέγοντος, πνεῦμα υἱοῦ λεγόμενον, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ οὐ λεγόμενον. ἕτερον δὲ τὸ τοῦ μακαρίου Διονυσίου φάμενον, μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ πατήρ. εἰ γάρ τι καὶ ἕτερον εἴη, τῆς αὐτῆς ἐστὶν ἐννοίας καὶ εἰς τὸν αὐτὸν νοῦν ἀναφέρεται· ὡς τούτων τῶν μάλιστα ἰσχυροτέρων ὄντων. καὶ δοκούντων ἐξ ἐναντίας εἶναι Λατίνοις.

λύσις ῥητοῦ τοῦ Δαμασκηνοῦ.

Πρὸς μὲν οὖν τὸ τοῦ Δαμασκηνοῦ ἄκουσον ὡς ἁπλᾶ τε καὶ δίκαια, καὶ πάντας ἱκανὰ πεῖσαι, Λατῖνοι καὶ τῆς λατινικῆς οἱ προϊστάμενοι δόξης, ἀποκρίνασθαι ἔχουσιν.

Ἓν οὐδὲν φασὶν ὄνομα, ἱκανόν ἐστιν ἑρμηνεῦσαι τὰ περὶ

Θεοῦ

proceſſionem oſtendendam, vna, & eadem, quæ à Trinitate prouenit, entium creatione vtuntur? Aut qua ratione quiſpiam propterea dicere audeat eos, Spiritum ſanctum, in loco creaturarum collocare? Præſertim cùm nemo Latinorum, qui nunc ſunt, neque qui poſt diſiunctionem, & illud execrandum & deteſtabile ſchiſma fuere, hoc primus dixerit, ſed ab ipſis iſtud dictum ſit antiquis Sanctorum: ſi quidem Auguſtinus eſt, qui altitudine ſapientiæ facilè omnes ſuperauit: Quo neque ſanctitate, neque charitate in Deum maior nemo fuit, id affirmat. Nimirum Patrem & Filium, vnum eſſe principium Spiritus ſancti; quemadmodum etiam Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, entium productionis ſunt vnum principium. Accuſent verò & Diuum Athanaſium affirmantem, naturam Dei eſſe cauſam & Filij, & Spiritus ſancti, atque etiam totius creaturæ, in diſputatione, quam edidit, diſſimilis, & orthodoxi.

Verùm, quæ ſanè ex rationibus nonnulli afferre ſolent, contra noſtram veriſſimam concluſionem, tanquam abſurda ſequentia, etſi multò plura ſint, ad hæc tamen fermè omnia reuocantur. His verò ſatis ſuperque dilutis, illa quoque valde infirmis, fundamentis nituntur, ac potius mittentes feriunt, quàm aduerſus quos iaciuntur. Quare prædicta & ad illa omnia ſufficient.

Reliquum eſt conſiderare, quæ argumentantur ex quibuſdam Sanctorum dictis, quaſi verò ea Latinis, & veritati dogmatis aduerſentur. Ex quibus contradictionem concludere arbitrantur. *Solutio eorum quæ videntur aduerſari Latinis.*

Quorum vnum illud eſt Diui Damaſceni in ſuis Theologicis aſſerentis: Spiritum dicimus Filij, ex Filio autem non ”
dicimus. Alterum eſt illud Beati Dionyſij dicentis: Solus ”
fons ſuperſubſtantialis Deitatis eſt Pater. Si quid enim a- ”
liud ex dictis Sanctorum ſit, eiuſdem tamen ſenſus eſt, & ad ”
eandem ſpectat intelligentiam; quippe iſta ſunt multò fortiora, & quæ ex aduerſo Latinis opponi videntur.

Ad illud igitur Damaſceni audi, quàm plana, expudita, & iuſta; quæque omnibus perſuadere ſufficiant, Latini, Latinorumque propugnatores, atque huius opinionis defenſores reſpondere poſſunt. *Solutio dicti Damaſceni.*

Nullum vnum eſt, inquiunt, nomen, quòd ad explicandas

Θεοῦ καὶ τῶν θείων. πολλοῖς δὲ καὶ διαφόροις. ἑτέρῳ μὲν τό δε, ἑτέρῳ δὲ ἕτερον. οὐδ' οὕτω δ' ὅμως τελείως αὐτὰ σημᾶναι δυνάμεθα, τὰ γὰρ ὀνόματα ταῦτα, καὶ ῥήματα ὑφ' ἡμῶν εὑρημένα, φύσει διοικουμένων, καὶ φυσικοῖς πράγμασιν ἁρμόζοντα τεθειμένα, τὰ ὑπερφυῆ δηλῶσαι τελείως ἀτονοῦσιν. ὅθεν οὐ δεῖ τὸ τῶν ὀνομάτων ἀτελὲς τούς γε εὐγνώμονας καὶ τοῖς θείοις πράγμασιν ἐφαρμόζειν. οὐ γὰρ ἂν εἴη δίκαιον, οὔτε μὴν εὐσεβές.

Ἀλλ' ἐπεὶ ἄλλοις ὀνόμασι τὰ θεῖα δηλοῦν οὐ δυνάμεθα, ἀμήχανον γὰρ παντελῶς ἀνθρώπους γε ὄντας, χρηστέον μὲν τούτοις τοῖς ἀνθρωπίνοις, χρηστέον δ' ἐφ' ὅσον εἰκός. τὸ μὲν ἐφαρμόζον διὰ τούτων ἑκάστου, τῷ προκειμένῳ λαμβάνοντας. τὸ δ' ὅσον ἀτελές τε καὶ ἀπεμφαῖνον, ἀποπεμπομένους. τὸ ἔλλειμμα τῆς μιᾶς, ἀναπληροῦντας διὰ λέξεως ἄλλης.

Ἐπὶ τοίνυν τοῦ προκειμένου τῆς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ δηλαδὴ τοῦ πνεύματος ἐκπορεύσεως δύο τινὰ ζητοῦνται. ὧν ἓν μέν ἐστι τό, τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ἐπίσης τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ὁμοίως προβάλλειν. μὴ τὸν μὲν τελεώτερον. τὸν δὲ ἀτελέστερον. εἴη γὰρ ἂν ἐναντίον τοῦτο τῇ ἀληθείᾳ τῆς πίστεως.

Ἕτερον δὲ τὸ τὸν υἱὸν σχέσιν καὶ τάξιν ἐν τῷ προβάλλειν ἔχειν πρὸς τὸν πατέρα. ταῦτα γὰρ ἕν εἰσι καὶ ἀμφότερα υἱῷ τε καὶ πατρί. καὶ ἄκρα γάρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς δυνάμεως ἰσότης, μᾶλλον δέ γε ταυτότης. καὶ ἄκρα τάξις· πάντα γὰρ ὅσα ὁ υἱὸς ἔχει, παρὰ τοῦ πατρὸς ἔχει λαβών. καὶ αὐτὸ τὸ προβάλλειν τὸ πνεῦμα.

Εἰ μὲν οὖν ἦν δυνατὸν ἓν ὄνομα ἱκανὸν εὑρεθῆναι, τήν τε ἄκραν ταυτότητα αὐτῶν τῆς δυνάμεως, καὶ τὴν ἄκραν πρὸς ἄλληλα τάξιν ἅμα δηλῶσαι, ἐκείνῳ ἂν περὶ πάντων τῶν ἄλλων ἐχρώμεθα. νῦν δ' οὐ τοῦτο μόνον ἀδύνατον, καὶ ἀνάγκη ἑνὶ μὲν ὀνόματι τὸ ἕτερον τούτων. ἑτέρῳ δὲ σημαίνειν τὸ ἕτερον, ἀλλὰ καὶ τούτων ἑκατέρῳ τῶν ὀνομάτων, πρὸς τῷ σημαίνειν θάτερον τῶν σημαινομένων μόνον, ἔτι καί τις οὐ μικρὰ ἀτέλεια πρόσεστιν, ὅθεν ἡμεῖς, καλῶς γε καὶ εὐσεβῶς ποιοῦντες, τὸ ἐφαρμόζον ἐκ τούτων λαμβάνοντες, τὸ ἀπεμφαῖνον ἀποδιοπομπούμεθα. τοιαῦται δ' εἰσὶν αἱ προθέσεις αὗται ἡ ἐκ, φημί, καὶ διά,

τού-

res diuinas, & quæ de Deo dicuntur ſit aptum; verùm multis ac varijs, alio quidem nomine hoc, alio aliud explicari. Neq; tamen perfectè ea ſignificare poſſumus. Etenim nomina iſta, & verba à nobis inuenta, qui natura duce res diſponimus; & rebus naturalibus, quibus congruunt, ea imponimus, res inſignes & eximias perfectè indicare, & planas facere nequeunt. Vnde non oportet æquos rerum æſtimatores imperfectionem nominum ad res diuinas accommodare; neque enim iuſtum eſſet atque adeo neque pium.

Verùm, quoniam alijs nominibus diuina explanare nequimus: eſt enim arduum ac difficile penitùs, cùm ſimus mortales, debemus quidem vti humanis hiſce nominibus, vti verò, quatenus conſentaneum eſt. Illud ſanè, quod ad ipſam rem facit, ex ſingulis iſtis ſumentes: quod autem imperfectum eſt, minimeque cohærens, reijcientes, & defectum vnius vocabuli per aliud ſupplentes.

Igitur in re præſenti, ex Patre Filioque Spiritus proceſſione, duo quædam quærimus: quorum alterum quidem eſt Patrem ac Filium pariter æqualiterque Spiritum ſanctum producere; non hunc quidem perfectiùs, illum imperfectiùs, hoc enim eſſet contrarium veritati fidei.

Alterum illud eſt, Filium, relationem in producendo, & ordinem habere ad Patrem. hæc enim vtraque æquè Filio, ac Patri vnum ſunt. Etenim & ſumma in eis eſt æqualitas potentiæ, immò verò identitas, & ſummus ordo. omnia enim, quæ habet Filius, & hoc ipſum producere Spiritum à Patre habet.

Si igitur fieri poſſet, vt vnum aliquod nomen inueniretur: quod eſſet aptum cum ad ſummam eorum potentiæ identitatem, tum ad ſummum, quo ſe mutuo reſpiciunt, ordinem ſimul declarandum; eo ſane ante omnia alia vteremur. Nunc verò, non ſolùm iſtud nullo modo fieri poteſt, & neceſſe eſt, vno quidem nomine horum alterum, alio alterum indicare; verum & in vtroque horum nominum, ad exprimendam alteram tantùm ſignificationem, præterea quidam non paruus defectus ineſt. Quare nos rectè, pieque facientes, quod conſentaneum eſt, ex iſtis aſſumimus, reijcimus diſſentaneum. huiuſmodi vero ſunt hæ propoſitiones, Ex, inquam, & Per,

τούτων γὰρ ἡ μὲν, ἐκ, ἰσότητα μὲν καὶ μάλα σημαίνει, ἐφ' ὧνπερ παραλαμβάνεται. τάξιν δὲ θατέρου πρὸς θάτερον, οὐδαμῶς. εἰ γάρ τι ἐκ δυοῖν τινῶν γίνεσθαι λέγοιτο, οἷον εἴ τι βάρος ἐκ δυοῖν ἕλκοιτο, ὁμοίως μὲν ἂν καὶ ἐπίσης ἐξ ἑκατέρου ἕλκεσθαι σημαίνοιτο, ὅσον γε κατὰ τὴν τῆς προθέσεως δύναμιν· οὐδετέρου δὲ πρὸς θάτερον διὰ τοῦτο τάξις νοεῖται. ἡ δέ γε, διὰ, τὸ ἀνάπαλιν, τάξιν μὲν καὶ μάλα σημαίνει. ἰσότητα δὲ οὐδαμῶς. εἰ γάρ τι ἐκ τοῦδε διὰ τοῦδε εἶναι, ἢ γίνεσθαι λέγοιτο, τὸ τετάχθαι μὲν τὸ ἐφ' οὗ ἡ, διὰ, λέγεται, πρὸς τὸ ἐφ' οὗ κατηγορεῖται ἡ, ἐκ, καὶ τοῦτον παρ' ἐκείνου τὸ δύνασθαι εἰληφέναι, ἀριδήλως ἐμφαίνεται. ἰσότης δὲ αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους, οὐδαμῶς. ἐλάττονος γὰρ ἀεὶ τοῦ ἐφ' οὗ ἡ, διὰ, λέγηται δυνάμεως τε καὶ ἐξουσίας δείκνυται ὤν. διὰ τοῦτο οἱ διδάσκαλοι καὶ πατέρες, ἀνατολικοί τε καὶ δυτικοί. πρὸς μὲν τὴν τῆς δυνάμεως ἰσότητα, ἢ μᾶλλον ταυτότητα πατρὸς καὶ υἱοῦ ἀποβλέποντες, ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ λέγουσιν ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ εἶναι, καὶ προϊέναι, τὴν ταυτότητα τῆς ἐν τῷ προβάλλειν δυνάμεως αὐτῶν δείκνυσθαι βουλόμενοι. καὶ ὡς μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ προβολῇ ἐξ ἀμφοῖν πρόεισι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὅτε δὲ τὴν πρὸς ἄλληλα τάξιν αὐτῶν μᾶλλον δείκνυσθαι προέκειτο, ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι δογματίζουσι. καὶ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ. καὶ ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ εἶναι. ἃ πάντα τὴν εἰς τὸ εἶναι αὐτοῦ πρόοδον καὶ τὴν ὕπαρξιν τὴν ὑποστατικὴν ἐμφαίνει σαφέστατα.

Εἰσὶ δέ τινες τῶν ἁγίων, οἵτινες, ἢ πρὸς μόνην τὴν τάξιν ἀπεῖδον, ὡς οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνατολικῶν, ἢ πρὸς μόνην τὴν ἰσότητα ὡς οἱ πλείους τῶν δυτικῶν. ὅθεν ὥσπερ οἱ δυτικοὶ τὴν ἰσότητα, καὶ ταυτότητα προτιμήσαντες, τῇ, ἐκ, πανταχοῦ χρῶνται, οὕτως οἱ ἐξ ἑῴας. μεθ' ὧν καὶ ὁ θεῖος Δαμασκηνὸς, τὴν τάξιν προκρίναντες, τῇ διὰ μάλιστα χρῶνται. τὴν ἐκ, σπανίως προσλαμβάνοντες. οὐκ ἐναντίας λέγοντες ἀλλήλοις, ἀλλ' ἄλλας ἐννοίας, δι' ἄλλων καὶ ἄλλων σημαίνοντες λέξεων.

Ὅθεν καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ κόσμου δημιουργίας, καί τοι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ φανερῶς πάντων προηγμένων ὡς καὶ ἐκ τοῦ πατρός. μάλα σπανίως ὅμως εὑρήσεις ἐν τοῖς ἁγίοις, καὶ μάλιστα τοῖς ἀνατολικοῖς. ἐκ τοῦ υἱοῦ προηγμένον τὸν κόσμον λέγουσιν. ἀλλ' ἀεὶ δι' υἱοῦ, ἀκολουθοῦσι τὸ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· οὕτω πρὸς τὴν τάξιν μᾶλλον ἀπεῖδον οἱ

ἐξ

harum enim illa præpoſitio, Ex, æqualitatem quidem, & valde ſignificat, in quibus rebus aſſumitur: Ordinem autem alterius ad alterum, minimè. Si quid enim ex duobus fieri dicatur, veluti ſi aliquod pondus à duobus trahatur, ſimiliter quidem & æqualiter, quod ad vim præpoſitionis ſpectat, ex vtroque trahi ſignificatur: Neutrius vero ad alterum ordo per id intelligitur. Præpoſitio autem, Per, totum oppoſitum, ordinem quidem, & valde ſignificat, æqualitatem minimè. Si quid enim ex iſto per iſtum eſſe, aut fieri dicatur, habere ordinem quidem eum, de quo dicitur præpoſitio Per, ad eum de quo prædicatur præpoſitio, Ex; & hunc ab illo accipere poſſe, apertè indicatur; æqualitas verò ipſorum, quam inter ſe habent, minimè. minoris enim potentiæ, ac poteſtatis oſtenditur eſſe is, de quo prædicatur præpoſitio, Per. Propterea Doctores, & Patres, cum Orientales, tum Occidentales, reſpicientes ad Patris, & Filij æqualitatem, ſeu potius identitatem potentiæ; ex Patre & Filio proficiſci Spiritum ſanctum, & ex Patre & Filio eſſe, & procedere affirmant; identitatem illorum potentiæ volentes oſtendere; & quod vna eademque productione ex ambobus procedit Spiritus ſanctus. Cæterum, cum propoſitum eſſet illis, ordinem magis ipſorum, quo ſe inuicem ſpectant, oſtendere; ex Patre per Filium ipſum Spiritum procedere, & ex Patre per Filium, & ex Deo per Filium eſſe, veluti rem certam decernunt. Quæ omnia proceſſionem ad eius eſſe, & exiſtentiam hypoſtaticam clariſſimè indicant.

Sunt verò nonnulli Sanctorum, qui vel ad ſolum ordinem, vt maior pars Orientalium; vel ad ſolam æqualitatem, vt plerique Occidentalium reſpexere. Vnde, ſicut Occidentales æqualitatem, & identitatem pluris æſtimantes præpoſitione, Ex, vbique vtuntur: ita Orientales, inter quos etiam D. Damaſcenus enumeratur, ordinem anteponentes, præpoſitione Per, maxime vtuntur, præpoſitionem, Ex, rarò aſſumentes. Non quidem contrarias ſententias inter ſe dicentes, verùm alias, atque alias alijs & alijs vocabulis ſignificantes.

Quo circa & in creatione mundi, quamquam etiam ex Filio manifeſtè omnia producta ſunt, quemadmodum & ex Patre, valde tamen rarò reperies apud Sanctos, præſertim Orientales, ex Filio productum eſſe mundum qui aſſerant; ſed

ἐξ ἑώας, καὶ διὰ τοῦτο τῇ, διὰ, χρῶνται τὴν τάξιν μόνην δυνάμενοι
δηλοῦν. ἄλλως τε καὶ ἡ, ἐκ, ἐπὶ τῆς ἑλληνικῆς φωνῆς, τὴν προκα-
ταρκτικὴν αἰτίαν σημαίνει, ὁποίαν εἶναι τὸν υἱὸν, ἢ τοῦ κόσμου αἰτίαν, ἢ
ἡ ἐκ τὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. διὰ τοῦτο φεύγουσιν ἐπ' αὐτοῦ
σημαίνει ταύτην, ἐκ, ὀνομάσαι οἱ πατέρες, ἵνα μὴ προκαταρκτικὴ αἰτία ὑπο-
ἐπὶ τῆς πτευθῇ, καὶ τί λέγω τὴν, ἐκ, ὅπου γε καὶ τῷ ὀνόματι τῆς αἰτίας ἐπὶ υἱοῦ
ἑλληνι- καὶ πνεύματος χρήσασθαι ὡς ἐνὸν παραιτοῦνται. Καίτοι φανερῶς καὶ τοῦ
κῆς φω- υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος αἴτιον ὄντος. ἢ μᾶλλον μιᾶς αἰτίας μετὰ τοῦ πα-
νῆς. τρὸς ὄντων τῆς κτίσεως. καὶ σπανιώτατα τούτῳ χρωμένους εὕροις ἂν
αὐτοὺς τῷ ὀνόματι, διὰ τὸ δεδιέναι, μὴ προκαταρκτικὴ αἰτία νο-
μισθῇ πρός τινων. ὅπερ οὐκ ἂν αὐτοὶ βούλοιντο. μίαν γὰρ προκα-
ταρκτικὴν Θεότητός τε καὶ κτίσεως ἴσασι τὸν πνεῦμα αἰτίαν.

Εἰ οὖν Λατῖνοι μὲν κατὰ τῶν ἐξ ἑσπέρας ἁγίων, καὶ οὐκ ὀλίγων τῶν ἐξ ἑώας, ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγοντες, οὐ προκαταρκτικὴν αἰτίαν φασὶ τὸν υἱὸν, τῆς δ' αὐτῆς δυνάμεως τὴν ταυτότητα παριστῶσι. Δαμασκηνὸς δὲ τὴν προκαταρκτικὴν αἰτίαν ἀρνούμενος, ἢ διὰ τῆς ἐκ, σημαίνεσθαι εἴωθε, πρὸς τὴν τάξιν μᾶλλον ἀπεῖδε καὶ διὰ τοῦτο τῇ, διὰ, χρῆται διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμολογῶν. εἰ οὖν ἡ πρὸς τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ τάξις δηλοῦται, τὴν ἰσότητα ἢ ταυτότητα τῆς δυνάμεως αὐτῶν οὐδ' αὐτὸς ἀθετεῖ, πῶς ἂν μᾶλλον ἀλλήλοις σύμφωνα λέγοιεν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ εἰπὼν περὶ τοῦ πατρός. αὐτὸς μὲν οὖν ἐστὶ νοῦς λόγου ἄβυσσος, λόγου γεννήτωρ. καὶ διὰ λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ πνεύματος. καὶ πάλιν. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ ἐκφαντορικὴ τῆς κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ πατρὸς, ἐκ πατρός ἐστι δι' υἱοῦ ἐκπορευομένη. Ὅτι δὲ διὰ τῆς, διὰ, ὑπό τε τούτου τοῦ διδασκάλου καὶ τῶν ἄλλων πατέρων, καὶ ὁ υἱὸς μετὰ τοῦ πατρὸς αἴτιος τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως δείκνυται, ἱκανῶς ἐν τῷ περὶ ἑνώσεως συγγεγραμμένῳ μοι δείκνυται λόγῳ, καὶ μάλιστα τοῦ ἐκπορεύεσθαι ῥήματος προσκειμένου. ὃ καὶ κατὰ τοὺς ἡμετέρους οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὴν τοῦ πνεύματος ὕπαρξιν σημαίνει. ταῦτα μὲν
λύσις οὖν πρὸς τὸ ἐκ τοῦ Δαμασκηνοῦ προτεινόμενον.

πρὸς τὸ Περὶ δέ γε τὸ τοῦ ἁγίου Διονυσίου, ἵνα μᾶλλον καθαρώτερον δειχθῇ
τοῦ ἁγίου μὴ τοῦτον ἔχειν τὸν νοῦν, ὃν οἱ ἡμέτεροι οἴονται, ἀκουστέον πρῶτον,
Διονυσίου. τῶν καὶ τὸν υἱὸν ὁμολογησάντων διδασκάλων πηγὴν τοῦ πνεύματος

τοῦ

ſemper per Filium; ſequuti illud, Omnia per ipſum facta ſunt. ſic ad ordinem magis Orientales ſpectarunt. & propterea præpoſitione, Per, vtuntur, quæ ordinem ſolum indicare poteſt. Præſertim cum & præpoſitio, Ex, in lingua Græca cauſam προκαταρκτικὴν (hoc eſt originalem, & à nullo alio vim cauſandi accipientem, atque vt aſſerunt Theologi, principium originis ſine principio) ſignificet. Qualem cauſam eſſe Filium, vel mundi, vel Spiritus ſancti, non poteſt dici. propterea fugiunt in ipſo Patres propoſitionem, Ex, nominare; ne aliquis procatarcticam cauſam in eo ſuſpicaretur. Et quid ego aio Præpoſitionem? quandoquidẽ & nomine cauſæ in Filio & Spiritu, quoad fieri poſſit, vti recuſant? Atqui manifeſtè Filio, & Spiritu, cauſis, vel potiùs vna cauſa cum Patre, creationis exiſtentibus. Et admodum rarò inuenies ipſos, qui hoc nomine vſi ſint, propterea, quod vereantur, ne originalis cauſa, quibuſdam eſſe videatur: quod fane ipſi nollent. Vnam enim originalem cauſam Deitatis, & creaturæ Patrem agnoſcunt.

Si igitur Latini quidẽ cũ Occidentalibus Sanctis, non paucis etiam Orientalibus, ex Patre, Filioq; Spiritum ſanctũ affirmantes, non originalem cauſam dicunt eſſe Filium; ſed identitatem ipſorũ potentiæ declarant, & exprimunt. Damaſcenus verò, originalem cauſam negans, quæ illa præpoſitione, Ex, ſignificari ſolet, ad ordinem magis reſpexit; & propterea præpoſitione, Per, vtitur, ex Patre per Filium procedere Spiritum ſanctum concedens, quo modo loquendi ordo Filij ad Patrem declaratur; æqualitatem, ſeu identitatem ipſorum potentiæ, nec ipſe quidem improbans; quoniam modo quidem magis conſona dicerent: ipſe enim ille eſt, qui de Patre dixit: Ipſe igitur eſt mens verbi abyſſus, verbi genitor, & per verbũ productor manifeſtatiui Spiritus. Et rurſus: Spiritus verò Sanctus manifeſtatiua ſecretæ Deitatis vis Patris, ex Patre per Filium procedit. Quod autem illa præpoſitione, Per, ab iſto Doctore, cæteriſq; Patribus, & Filius cum Patre cauſa eſſe perſonæ Spiritus oſtendatur; ſatis in ea, quam de concordia conſcripſi, oratione probatur. Maximeque verbo ἐκπορεύεσθαι adhibito, & adiecto. quod etiam ſecundum noſtrates, nihil aliud quam exiſtentiam Spiritus ſignificat. Hæc igitur ad illud, quod nobis ex ſcriptis Damaſceni obijciunt.

Ad illud verò Sancti Dionyſij, vt magis, & clarius appareat, *Solutio dicti Dionyſij.*

non

τοῦ ἁγίου, οὐ χαρισμάτων τινῶν ἀνυποστάτων, τούτῳ γὰρ πολλάκις πρὸς ταῦ ῥητὸν τινὲς χρῆσθαι εἰώθασιν, ἀλλ' αὐτῆς τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως. περὶ τούτου μὲν οὖν Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν λόγῳ τὸ ψαλμικὸν ἐκεῖνο, ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς ἐξηγούμενος. ἤδη γὰρ φησὶν ὁ πατὴρ δηλονότι, παρ' ἑαυτὸν ἔχων τὸν υἱὸν τὴν πηγὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Πάντως οὖν τὴν ὑπόστασιν ἐνταῦθα δηλοῖ. οὐ χάρισμα ἀνυπόστατον. ἔχομεν γὰρ ὑπὸ τοῦ μεγάλου Βασιλείου παραδεδομένον κανόνα. ὡς ὅταν ἀκούσωμεν πνεῦμα ἅγιον μετὰ τῆς προσθήκης τοῦ ἅγιον, οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὴν τοῦ πνεύματος ὑπόστασιν ὀφείλομεν ἐννοεῖν. ἐνταῦθα οὖν ὁ υἱὸς πηγὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος μετὰ τῆς προσθήκης τοῦ ἅγιος εἰρημένου, τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ δηλαδὴ πηγὴ εἴρηται.

Ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸς ὁ μέγας Βασίλειος, ὁ τοῦτον ἡμῖν παραδεδωκὼς τὸν κανόνα, πηγὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸν υἱὸν ὀνομάζει λέγων οὕτως. πηγὴ ζωῆς ὁ υἱός. φησὶ γὰρ ὁ Δαβὶδ πρὸς τὸν πατέρα, ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς. καὶ πάλιν, ἕτερος Προφήτης λέγει περὶ τῶν Ἰουδαίων. ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος. ὕδωρ δὲ ζῶν ὀνομάζεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Καὶ σημειῶσαι ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον φησὶ δηλῶν τὴν ὑπόστασιν. ἡ δ' ὑπόστασις τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, Θεός. ὁ οὖν υἱὸς πηγὴ τοῦ πνεύματος ὢν τοῦ ἁγίου, πηγὴ θεότητός ἐστιν ἀριδήλως. ὥστε τὸ τοῦ θείου Διονυσίου, ἡ μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ πατὴρ λέγοντος, ἐπεὶ τοῖς εἰρημένοις ἁγίοις οὐκ ἀντίκειται, οὐ γὰρ θέμις ἐννοεῖν ἀντιλέγειν ἀλλήλοις τοὺς διδασκάλους, ἄλλον τινὰ νοῦν παρὰ τὸν τοῖς πολλοῖς φαινόμενον ἔχει. καὶ οὐκ ἀρνούμενος ἀπὸ τοῦ υἱοῦ τὸ τοῦ πνεύματος πηγήν. ταῦτα φησίν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἂν φαίη μετὰ τούτων τῶν διδασκάλων πηγὴν τοῦ πνεύματος τὸν υἱόν, ἤτοι τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως.

Τούτων οὖν προσαφηνισμένων, λέγομεν μετὰ ταῦτα. ὡς οὐ πανταχῆ ἐνταῦθα διάκρισιν τῶν θείων τῆς τριάδος προσώπων τῷ διδασκάλῳ πρόκειται παραδοῦναι. καὶ δῆλον ὅτι οὐδεμίαν υἱοῦ καὶ πνεύματος διάκρισιν πρὸς ἄλληλα παραδέδωκεν, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ. οὐ πάντων οὖν τῶν προσώπων ἀπ' ἀλλήλων διάκρισιν, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς πρὸς τὰ ἐξ αὐτοῦ παραδίδωσι μόνον. τὸν τοίνυν πατέρα πρὸς τὸν υἱὸν θεωρῶν ἐν τούτῳ τῷ μέρει. καὶ τὴν τούτων παραδιδοὺς ἀπ' ἀλλήλων διάκρισιν, μόνην πηγὴν τὸν πατέρα φησίν.

non hunc habere ſenſum, quem noſtri arbitrantur; audiendi ſunt priùs Doctores, qui concedunt Filium eſſe fontem Spiritus ſancti; non donorum quorundam non ſubſiſtentium (hoc enim freqnenter in omne dictum, nonnulli vſurpare, atque vti ſoliti ſunt) ſed ipſius hypoſtaſeos Spiritus. Primùm igitur Athanaſius in oratione aduerſus Arianos illud pſalmi, Quoniam apud te eſt fons vitæ, explanans: Sciebat enim, inquit, Pater ſcilicet habere apud ſe Filium, fontem Spiritus ſancti.

Sanè quidem hypoſtaſim hic ſignificat, non donum aliquod, ſubſiſtentiam non habens. Etenim habemus à Baſilio Magno traditam nobis regulam, cùm audimus Spiritum ſanctum, cum illa appendicula Sanctum, nihil aliud, quàm hypoſtaſim Spiritus, intelligere debemus. Hic igitur Filius, fons Spiritus ſancti, cùm acceſſione Sancti dictus, nimirum hypoſtaſeos, ipſius fons eſſe dictus eſt.

Deinde verò, idem ipſe quoque Magnus Baſilius, qui hanc nobis tradidit regulam, Filium appellat fontem Spiritus ſancti, ſic dicens: Fons vitæ eſt Filius: ait enim Dauid ad Patrem: Quoniam apud te eſt fons vitæ. & rurſus alius Propheta dicit de Iudæis: Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ: aqua verò viua, nominatur Spiritus ſanctus.

Et nota, quòd Spiritum ſanctum dicat, ſignificans hypoſtaſim & perſonam: hypoſtaſis autem Spiritus ſancti, eſt Deus. Filius igitur, cùm ſit fons Spiritus ſancti, eſt fons clariſſimæ Deitatis. Quare dictum S. Dionyſij, affirmantis, ſolum Patrem eſſe fontem ſuperſubſtantialis Deitatis, quoniam prædictis Sanctis non aduerſatur: non enim fas eſt cogitare, Doctores inter ſe contrarios eſſe: alium quempiam habet ſenſum, præter eum, qui multis apparet. & non remouens a Filio fontẽ eſſe Spiritus, hæc ait: vel ſi & ipſe vna cũ iſtis Doctoribus, diceret Filiũ fontẽ Spiritus, hoc eſt eius hypoſtaſeos.

His igitur prius illuſtratis, deinceps dicimus, non eſſe propoſitum huic Doctori tradere, hic omni ex parte perfectam & plenam diuinarum perſonarum Trinitatis diſtinctionem. Indeque perſpicuum eſt quòd nullam diſtinctionẽ Filij ac Spiritus, inter ſe in hac oratione tradiderit, Non igitur omniũ perſonarũ diſtinctionẽ inter ſe tradit; ſed Patrem tantùm ab ijs, qui ab ipſo habent eſſe, diſtinguit. Patrẽ igitur ad Filij rationem contemplans, hac ex parte tantùm, & horum cùm tradidiſſet inter ſe diſcrimen, ſolum Patrem fontem appellat;

ὡς τοῦ μὲν πατρὸς πηγῆς τοῦ υἱοῦ ὄντος. τοῦ δ' υἱοῦ πηγῆς τοῦ πατρὸς, οὐδαμῶς. καὶ ὅτι περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ φησὶ μόνου, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπαγομένου δῆλον. τὰ γὰρ τῆς ὑπερουσίου θεογονίας φησὶ οὐκ ἀντιστρέφει πρὸς ἄλληλα. τὸ γὰρ τῆς θεογονίας ὄνομα ἀπὸ τοῦ γεννᾷν παρείληπται καὶ τῆς γεννήσεως. ἥτις δηλαδὴ σχέσις μεταξὺ πατρὸς ἁρμόζει καὶ υἱοῦ. τοῦ μὲν γεννῶντος. τοῦ δὲ γεννωμένου. τοῦτο δὲ καὶ ἔτι περιφανέστερον ποιεῖ ὁ διδάσκαλος, οὐκ ὄντος λέγων υἱοῦ τοῦ πατρός. οὐδὲ πατρὸς τοῦ υἱοῦ. ὥστε τὸ γεννᾷν καὶ τὴν πατρότητα τῷ πατρὶ μόνον ἀποδιδοὺς, μόνην αὐτὸν πηγὴν φάσκει θεότητος. ὡς ἂν εἰ ἔλεγε, μόνος πατὴρ καὶ μόνος γεννῶν. μήτε αὐτοῦ τὴν τάξιν τὴν τοῦ γεννᾶσθαι. μήτε τοῦ υἱοῦ ἀντιλαμβάνοντος τὴν τοῦ γεννᾷν. καὶ διὰ τοῦτο μὴ ἀντιστρεφόντων τῶν τῆς ὑπερουσίου θεογονίας πρὸς ἄλληλα.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἴ τις μόνην πηγὴν τῆς ὑπερουσίου θεότητος τὸν πατέρα φάσκει, ὡς μόνον αὐτὸν καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος αἴτιον, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ἀληθείας. μόνος γὰρ ἐκεῖνος αἴτιος καὶ ἀμφοῖν. καὶ μόνος πηγὴ οὐκ ἐκ πηγῆς. τοῦ υἱοῦ πηγῆς μὲν ὄντος ὡς εἴρηται τοῖς ἁγίοις, ἀλλὰ πηγῆς ἐκ πηγῆς.

Ταύτης δὲ τῆς ἐννοίας καὶ τὸν μακάριον Αὐγουστῖνον παραγαγεῖν ἔχομεν ἡμῖν κοινωνοῦντα. ἐν γὰρ τῷ περὶ Τριάδος δ. φησί.

Καὶ ὅπερ δὲ λέγει ὁ κύριος. ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς, δείκνυσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τοῦ πατρὸς ὂν καὶ τοῦ υἱοῦ. καὶ γὰρ καὶ εἰπὼν ὃ πέμψει ὁ πατὴρ, ἐν τῷ ὀνόματί μου προσέθηκεν. οὐ μέντοι εἶπεν ὃν πέμψει ὁ πατὴρ παρ' ἐμοῦ. ὃν τρόπον εἶπεν ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς, δεικνὺς δηλαδὴ, ὡς ὅλης τῆς θεότητος, ἢ εἰ βέλτιον λέγειν, τῆς θεότητος ὁ πατὴρ ἐστὶν ἀρχή.

Τούτου τίνα ἀξιοπιστότερον τῆς Διονυσίου διανοίας ζητήσομεν ἐξηγητήν; τούτου τίς μᾶλλον τῆς ἐκείνου συνῆκε νοῦν τῆς αὐτῆς αὐτῷ θεολογικῆς ἠξιωμένου χάριτος; καὶ Θεὸν φέροντος λαλοῦντα ἐν ἑαυτῷ. ἰδοὺ γὰρ ὅπερ ἐκεῖνος μόνην πηγὴν τῆς ὑπερουσίου θεότητος εἶπεν, οὗτος ἀρχὴν τῆς ὅλης θεότητος εἴρηκεν. ὡς τοῦ μὲν πατρὸς δηλονότι, αὐτοῦ μὲν οὐδένα αἴτιον ἔχοντος, αἰτίου δὲ καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος ὄντος. υἱοῦ δὲ αὐτοῦ τε αἰτιατοῦ ὄντος, καὶ αἰτίου μόνου τοῦ πνεύματος.

Μὴ προσκοπτέτω δὲ πάλιν ἐνταῦθα τῷ ὀνόματι τῆς ὅλης θεότητος, ἀντιτιθεὶς τῇ ὅλῃ μέρος. ὡς τοῦ υἱοῦ μέρους ὄντος αἰτίου. θεότης

γὰρ

vt pote, qui ſit fons Filij, Filius verò minimè ſit fons Patris.
Quod autem de Patre tantum ac Filio dicat, etiam ex con- "
ſequentibus manifeſtum eſt. Perſonæ enim, inquit, ſuper- "
ſubſtantialis diuinæ generationis non reciprocantur. No-
men enim illud, theogonias, hoc eſt diuini ortus, à gignen-
do, & generatione deſumptum eſt. Quæ ſanè relatio tantum
Patri conuenit & Filio, cùm alter generet, alter gignatur. "
Hoc verò & vltra progrediens Doctor, magis planum & ma- "
nifeſtum facit: Non exiſtente, inquiens, Patre Filio, neque Fi-
lio Patre. Quare cùm gignere ac Paternitatem tantùm Patri
attribuiſſet, eum ſolum dicit eſſe fontem Deitatis: quaſi dice-
ret, ſolus ipſe eſt Pater & ſolus generat: cùm neque ipſe ob-
tinuerit locum vt gignatur, neque Filius viciſſim acceperit lo-
cum vt generet: & propterea, perſonæ ſuperſubſtantialis di-
uinæ generationis minimè reciprocantur.

Verùm enim verò, etſi quis diceret ſolum Patrem eſſe fon-
tem ſuperſubſtantialis Deitatis, quippè ſolus ipſe ſit cauſa &
Filij & Spiritus ſancti, à vero non aberraret. ſolus enim ille
eſt cauſa & amborum: & ſolus eſt fons non ex fonte; cum Fi-
lius ſit fons quidem, vt Sancti aſſerunt; ſed fons ex fonte.

Huius porrò ſenſus & intelligentiæ, etiam Beatum Augu- *Auguſtinus.*
ſtinum, ſocium nobis adducere poſſumus: in quarto enim
libro de Trinitate ait.

Quòd autem dicit Dominus, Quem ego mittam vobis à "
Patre; oſtendit Spiritum ſanctum, & Patris eſſe, & Filij. Cùm "
enim etiam dixiſſet, Quem mittet Pater, in nomine meo ad- "
didit: Non tamen dixit, quem mittet Pater à me, quemad- "
modum dixit, Quem ego mittam vobis à Patre: oſtendens "
ſcilicet totius Diuinitatis, vel, ſi melius dicendum eſt, Dei- "
tatis Patrem eſſe principium. "

Quem alium, quàm iſtũ, cui magis credamus, mentis Dio-
nyſij quæremus interpretem? Cùm & iiſdem Theologiæ in-
ſignibus ornatus eſſet, & Deum in ſe loquentem geſtaret? Ec-
ce enim, quòd ille ſolum fontem ſuperſubſtantialis Deita-
tis dixerat; iſte principium totius Deitatis dixit; tan-
quam Pater ſcilicet ſui ipſius neminem cauſam habeat, ipſe
verò & Filij & Spiritus cauſa exiſtat. Filius autem & ipſe ſit
cauſatus, & ſolius Spiritus ſit cauſa.

Neq; verò te rurſus hoc nomen totius Deitatis offendat, Pa-
trem cum toto conferentem, tanquam Filio Patris cauſa exi-
ſten-

γὰρ οὐ μερίζεται· ἀλλὰ τὸ ἐλάττωμα τῆς τῶν ὀνομάτων ἐστὶν ἀσθενίας· ἣν οὐ καλῶς ποιήσεις ἐπὶ τὰ πράγματα μεταφέρων.

Πολλῶν μὲν οὖν καὶ ἄλλων ὄντων, οἷς ἄν τις τοῦτο τὸ ῥητὸν ἐξηγούμενος χρήσαιτο, ἀρκέσει ὅμως τὰ εἰρημένα σαφῆ τε ὄντα καὶ ἀναντίρρητα, δεδειγμένου γὰρ τοῦ καὶ τὸν υἱὸν πηγὴν εἶναι θεότητος κατὰ τὰς διδασκαλίας, εἴπερ τὸ μὲν πνεῦμα Θεός, τοῦ δὲ πνεύματος πηγὴ ὁ υἱός, οἷς τὸν ἅγιον Διονύσιον ἐναντία οὐκ ἂν λέγειν, λείπεται τὸ μόνην πηγὴν τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ πατὴρ, καθ' ἕνα τῶν προειρημένων τρόπων ἐκλαμβάνειν, καὶ οὐκ ἑτέρως.

Ἐπίλογος. Ἐγὼ μὲν οὖν σοὶ χαριζόμενος ἀνδρῶν ἄριστε, ὅπερ ἐζήτησας ἤδη τετέλεκα, τῶν τε ἐν τῇ συνόδῳ πεπραγμένων ἐκ μέρους ἁψάμενος, καὶ λόγους ἑκατέρου τῶν ζητημάτων ἀποδεδωκὼς ἐν βραχεῖ, τά τε ἐπαγόμενα ἄτοπα λύσας, καὶ πανταχόθεν τὴν ἀλήθειαν τοῦ συμπεράσματος δείξας. προτετίμηκα δὲ κἂν τῇ φράσει τὸν ὕπτιον καὶ ἀνειμένον τρόπον, μᾶλλον τοῦ ἐπηρμένου. ὡς ἂν, ὡς ἐνὸν, τοῖς ἐντυγχάνουσι πᾶσιν εἴη ὁ λόγος σαφής.

Κἂν ὁπόσον μὲν τοίγε ἐστὶν ἡ φράσις ὑπτία, τὸ τῶν νοημάτων καὶ τῆς ὑποκειμένης ὕλης μέγεθος, ἀσάφειαν ὅμως οὐ μικρὰν ἐμποιεῖ. ὅθεν καί σου δέομαι καὶ παντὸς τοῦ προσεντυγχάνοντος, μετ' ἐπιστασίας τε καὶ αὖθις περιλήψεως καὶ πολλάκις τὰ αὐτὰ ἀναγνῶναι, μὴ ἀποκάμνοντας πρὸς τὸ ἐρευνᾶν. ἴσως γὰρ ἂν οὐκ ἀνάξιον τοῦ πόνου καρπὸν ἀπενέγκησθε, ὠφεληθέντες ἃ ὠφεληθῆναι ἀνάγκη. περὶ δὲ πάντων τὰς τῶν ἁγίων καὶ διδασκάλων τῶν ἐξ ἑσπέρας, ἅς σοι μετὰ τουτονὶ πέπομφα ῥήσεις, μετ' ἐπιστασίας ἀναγινώσκοντες, ἐκ τούτων τὴν τοῦ προβλήματος συλλέξασθε σαφεστάτην ἀλήθειαν. εἴ τις μὴ πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλὰ πρὸς ἔριν βλέπων ἐνστάσεις τινὰς ἢ τῷ μέσῳ λόγῳ, ἢ τῷ συμπεράσματι Λατίνων ἐπάγει, τούτων καταγνῶντες, καὶ διὰ τῶν ῥητῶν τῶν ἁγίων ῥᾷστα αὐτὸν ἐντρέποντες. δῆλον γὰρ ὡς ἅπας λόγος τούτοις ἐναντιούμενος, ἀποδοκιμαστέος, ὡς τῇ ἀληθείᾳ ἐναντιούμενος, εἴπερ τὴν ἀλήθειαν οἱ πατέρες ἐλάλησαν.

Σὺ δέ μοι πρὸς ταῖς τῶν δυτικῶν ῥήσεσι, καί τινας τῶν ἐξ ἑώας ἐκτεθειμένας σοι ῥήσεις ἀφ' ἡμῶν δέχου. ὡς καὶ αὐτοὺς γνῷς ταυτὰ λέγοντας τοῖς ἀπὸ δυσμῶν πατράσι. καὶ μὴ μόνον ἐννοίᾳ, ἀλλὰ καὶ ῥήμασι συμφωνοῦντας.

ſtente: Diuinitas enim non diuiditur: ſed hoc incommodum, & vitium ex defectu, & imbecillitate nominum prouenit, quam, non benè facies, ſi ad res ipſas tranſtuleris.

At enim, cùm multa ſint & alia, quibus aliquis explanans ſententiam Dionyſij vti poſſet, dicta tamen ſufficiant, cum & clara ſint, & contra quæ nemo dicere queat. Oſtenſo enim ſecundum Doctores, quibus S. Dionyſium non eſſe contrariũ; par eſt dicere, quòd & Filius ſit fons Deitatis: ſi quidem Spiritus Deus eſt, Spiritus ſancti verò fons eſt Filius; ſupereſt, vt illud dictum, Solus Pater eſt fons ſuperſubſtantialis Deitatis, vno ex prædictis modis, & non aliter accipi debeat.

Ego itaque tibi morem gerens, vir optime, quod petiuiſti iam perfeci, cùm & res geſtas in Synodo ex parte attigerim, ac rationes vtriuſque quæſiti breuiter reddiderim, abſurdaq; illata diſſoluerim, atque vndique veritatem concluſionis oſtenderim. Pluris verò æſtimaui etiam in phraſi & elocutione modũ planum & remiſſum, magis quam elatum; vt quoad eius fieri poſſet, omnibus qui legerint, oratio ſit clara & facilis. Epilogus.

Quantumuis vero ſit elocutio plana; ſententiarum tamen ac ſubiectæ materiæ magnitudo, non paruam obſcuritatem efficit. Vnde etiam te rogo, & quemuis alium, qui in hæc ſcripta inciderit, vt cum animaduerſione, ac ſine præiudicio anticipatæ opinionis, & ſæpe eadem legatis, ſine defatigatione, verum inueſtigantes. fortè enim non indignos veſtro labore fructus feretis, vtilitatem percipientes ex ijs rebus, ex quibus emolumentum conſequi vobis neceſſe eſt. Ante omnia verò, auctoritates Sanctorum, atque Doctorum Occidentalium, quas tibi vna cum iſtis mitto, accuratè, ac diligenter legentes, ex his huius quæſtionis clariſſimam veritatem colligite; & eos, ſi qui ſunt, qui contentionis cupidiores, quam veritatis obiecta quædam vel meæ orationi, vel concluſioni Latinorum inferant, irridete, dictiſque Sanctorum facilè eos confutate. clarum enim eſt, quòd quæuis ratio, quæ his aduerſatur, reprobanda eſt, quippè quæ veritati repugnet; ſiquidem veritatem Patres loquuti ſunt.

Tu verò præter auctoritates Occidentalium, quaſdam etiam Orientalium tibi expoſitas, à nobis accipe; vt & ipſos eadem dicentes cum Patribus Occidentalibus, ac non ſolum intelligentia, verum etiam verbis conſentientes agnoſcas.

PIO

PIO LECTORI.

HIc, pie Lector, deſiderantur Sanctorum Patrum tàm Græcorum, quàm Latinorum nonnullæ ſententiæ, quæ huc ſpectant, & præſens dogma ſatis luculenter probant; quaſque Beſſarion collegerat, & vnà cum iſto libello Clariſſ. Viro Alexio miſerat. Eas nos partim poſuimus poſt inſcriptiones Vecci, nimirum Patrum Orientalium, partim poſtponemus infra in hoc eodem libro, eas inquam, quæ ſunt B. Auguſtini Eccleſiæ tanti Doctoris, quamuis non omnes; Omiſſis interim reliquorum Patrum Latinorum ſententijs. Cùm enim permulti doctiſſimi Viri hac noſtra ætate, ac ſuperioribus ſæculis de controuerſijs, ſine controuerſia egregiè ſcripſerint, & ex monumentis diuinorum Doctorum, atque ſacrorum Conciliorum eas collegerint; ſanè quidem eas licebit, in eorum libros congeſtas, otioſè quærere, ac percurrere.

BES.

BESSARIONIS PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

Epiſcopi Tuſculani S. R. E. Card. Nicæni, de ſucceſſu Synodi Florentinę, & de proceſſione Spiritus ſancti, primùm Græcè editus liber, deinde ab eodem Latinis litteris donatus.

BESSARION CARDINALIS Nicænus, Magn. & Clementiſſ. viro Alexio Laſchari Philantropino. S. D.

TV quidem non humanis ſolum rebus, verum etiam diuinis ſummopere ſtudens, meditationeq; ſcripturarũ te ipſum oblectans non ceſſas, & ipſe per te fidei veritatem inquirere, & nos adhortari, vt pro poſſe opem tibi feramus ad eam inueſtigandam, atque inueniendam. Ego verò cum pigritia quadam tũ vel maximè quia libenter ſimiles labores depoſui, propterea quod ſæpius de hac re ſermonem habui cum noſtris hominibus, qui pluris ſuam ſuperſtitionem, & ignorantiam faciunt, quàm veritatem: inuitus hoc ruiſus ſubeo certamen, quanquam ad te ſcripturus, qui ſapientia, & humilitate ornatus non magis teneandi, quam veri inueſtigandi gratia, hæc à me petis. Ipſam item auctoritatem Sacri Concilij ſimpliciter ſatis eſſe puto ad perſuadendum quemquam, & inducendum ad eius concluſionem humili corde capeſſendam, atque credendam ſine

quacunque contradictione, vel ambiguitate. Cum tot hominum conuentum, qui ſapientia, ſcientia, & omni virtute præditi fuerunt, quorum in medio adfuiſſe Spiritum ſanctum vt credamus neceſſe eſt, veritatem latuiſſe minimè credendum ſit. Præterea memini longam ad te alias dediſſe Epiſtolam, omniaque ſatis tetigiſſe quæ nunc quæris, & ipſam etenim quæſtionem per ſe ipſam probaui, quod ſcilicet Spiritus ſanctus à Patre, Filioque procedit, & quæ videbantur ſequi inconuenientia ſolui, & de alijs omnibus, quæ tunc etiam petijſti, reddidi rationem; ita vt non ſit opus pluribus verbis præſertim tibi, qui tantam in huiuſcemodi habes experientiam, vt paruis etiam principijs habitis multa, magnaque poſſis ex te ipſo percipere. Cum verò aliquid plus à nobis expoſtules non propter te ipſum fortaſſis, cum ipſe idem nobiſcum ſapias, ſed propter contentioſos, & veritatis aduerſarios nos cum quia parati ad ſatisfactionem eſſe debemus omni poſcenti nos rationem de ea, quæ in nobis eſt fide ſecundum Apoſtolum, tum vt amicitiæ noſtræ ſatisfaciamus. Spe etiam ducti aliquorum vtilitatis, qui hæc legent, morem tibi gerere propoſuimus. Primis itaque auctoritates Sanctorum Patrum, & Doctorum Occidentalium tibi mittimus, quibus apertiſſimè ex Patre, & Filio Spiritum ſanctum procedere affirmant: & Patrem, & Filium ſui ipſius habere principium, & ambos vnum eius eſſe principium. Quæ cum plurimæ ſint, & cunctis eorum in libris ſparſæ paucas nos tibi modò mittimus; quibus tamen ſimiles alias etiam omnes eſſe ſcias. Deinde quendam noſtrum ſermonem, cui dogmaticum, aut de vnione titulum impoſuimus, tibi mittendum iudicauimus, quem paulo ante ſacram vnionem, tanquam vltimam meę opinionis, atque ſententiæ declarationem edidimus, quemque mitiſſimo noſtro Imperatori, & Patriarchæ Reuerendiſſimo omnibus noſtris præſentibus legendum dedi, cum inter nos vltimatim conſideraremus quid faciendum eſſet, & ſententias aliorum de re vnionis ſcrutaremur. In quo ex ipſiſmet Orientalibus Patribus, & Doctoribus noſtris omiſſis omninò Occidentalibus pro poſſe, quæſtionem propoſitam declaraui, atque probaui, quem tanquam, & tibi potiſſimum, & ſi quis alius ſine contentione audet, & perleget, maximè profuturum tuæ nobilitati

mit-

mitto clementiſſime ac ſplendidiſſime vir. Cum verò in ijs nihil laboris ad præſens adhibuerimus (iam enim erant edita) tuo autem amore nunc quoque aliquid lucubrationis propoſuerimus ſuſcipere, vltra hæc etiam aliquid plus tui gratia tibi ſcribemus. Quare quàm breuiter omnem Sacri Concilij proceſſum vnioniſque ſacra modo tibi narrabo, ac aliquas rationes, quibus dogma propoſitum probabitur, afferam; & ſic finem imponam. Sed antequam de ijs dicam paruum quiddam non tamen parui, imò verò maximi exiſtimandum ijs procemijs addam, ſupplebo, quod prædicto ſermone dogmatico deeſt, verborum multitudine futura vtilitate compenſans. In illo itaque dogmatico ſermone ex Orientalibus dumtaxat Doctoribus volens huius quæſtionis veritatem probare vnam quandam auctoritatem B. Baſilij, quæ ſola omnibus alijs quod propoſitum oſtendendum antecellit, omiſi, propterea quod ab aliquibus dubitabatur an eſſet B. Baſilij. Non quia ego quoque aliquid dubij de ea habuerim, minimè, ſed quia apud alios dubitabatur, nolui dubio vti. Hæc autem eſt qua in tertio contra Eunomium ſuorum librorum Beatus ille vſus eſt. Cur enim neceſſe eſt (inquit) ſi ordine, ac dignitate tertius eſt Spiritus; natura quoque ipſum tertium eſſe, dignitate namque ipſum ſecundum eſſe à Filio, cū ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & annuntiet nobis, & omninò ab illa cauſa depēdeat pietatis ratio tradit. *Capitur cauſa pro principio, cauſatum verò pro eo, quod à principio eſt, & non vt cauſa, & cauſatum limitationem important prout Latini accipiunt cum talia remouent à diuinis, veluti imperfectionem ſonantia. Dependere quoque ſumitur pro accipiendo eſſe, & non vt notat eſſentialem diſtinctionem prout Latini accipiunt, cum aiunt nullam in Deo dependentiam ponendam propter diuinæ eſſentiæ vnitatem ſummam.* Hoc igitur omiſimus in dogmatico noſtro ſermone ponere. Ita verò ego certè teneo S. Baſilij hanc eſſe auctoritatem, quemadmodum & alios eius contra Eunomium libros, quibus autem rationibus tu quoque audias. Cum in hac Synodo noſtra ſex inter nos volumina huius operis contra Eunomium haberemus quatuor in mem-

 bra-

branis antiquiſſima, quorum tria quidem Mitylenenſis Archiepiſcopi erant. Quartum Latinorum, duo vera in Papyro, quorum vnum Sereniſſimi erat Imperatoris, aliud Reuerendiſſimi Patriarchę quod à Monaſterio Xanthopulorum commodo accipiens ſecum portauerat. Quorum, inquam, ſex voluminum quinque ita habebant hanc auctoritatem, vti ego nunc allegaui. Videlicet qui ab ipſo, hoc eſt, Filio habeat eſſe Spiritus, & ab eo tanquam à cauſa dependeat. Vnum verò dumtaxat, quod videlicet apud Patriarcham erat, hac auctoritate carebat, in quibuſdam partibus eius diminutum, in quibuſdam ſuperabundans, prout corruptoris, quicunq; ille fuerit mens, & manus voluit, demum poſt celebratum ſacrum Concilium, & noſtrum ad vrbem Conſtantinopolitanam reditum, cum propoſuiſſemus omnes illorum ſacrorum locorum Bibliothecas tum huius libri Sancti Baſilij, tum aliorum gratia inquirere quæcunque noua volumina reperi poſt hanc contentionem ſcripta omnia præ-dicta auctoritate reperi. Quæcunque verò antiquiora erant, & antequam hoc bellum oriretur, ſcripta hæc verò ſana, & integra cum auctoritate prædicta manent, quæ non pauciora ſunt, quàm illa, quæ paſſa fuerant corruptionem. In quibus etiam aliquid reperi: quod & plangendum ſimul, & mirandum eſt. Mirandum quidem ſi quis volens adhæret falſo ipſe illud fingens, & præſertim veritatem celando, cum intellectus naturaliter veritatem habeat pro obiecto: plangendum verò quod aliqui ſint ita fidei veritatem paruifacientes, ſine qua eſt impoſſibile hominem ſaluum fieri: vt non ſolum eius inueſtigationem contemnant, verum etiam cum clarè appareat eam celare, opprimere, atque peruertere conentur. Hoc autem tale quid erat vnà cum alijs duos etiam quoſdam libros Sancti Baſilij offendi apud Monaſterium Chriſti Saluatoris Pantepopti, vnum in pergameno antiquiſſimum, vt videbatur, quanti verò temporis ignoro, non enim erat annus inſcriptus. Aliud in papyro ante CCC. annos ſcriptum: erat enim in fine tempus notatum, ex quo certè habetur tantum temporis præterijſſe ab eius initio: & libri adhuc extant, niſi poſtquam eos publicauerint, è medio ſublati fuerunt ab illis, qui omnia contra ſuam ipſorum ſalutem machinantur: Hæc ambo vti nos allegauimus ha-
be-

bebant Sancti Doctores auctoritatem inſcriptam. Quidam autem animi audax audacioris etiam manus, à membranis quidem ferro veritatem deleuit, quanquam nihil ei temeritas profuit, cum & locus vacuus manens, & ſyllabarum medietates adhuc exiſtentes, & illius audaciam accuſent, & veritatem nihilominus oſtendant. In papyreo verò volumine atramento perfuſo totam illam partem operuit, quæ dicitur ab eo tanquam à cauſa dependere. Ac poſt aliquot annos, cum hic liber in manus incidiſſet illius ſapientiſſimi viri Demetrij Cydonij, auctoritas prædicta reintegrata eſt. Ille enim eam propria manu in margine illius libri adſcripſit, & audaciam corruptoris dignè reprehendit, in tantam inſaniam tenebras, & ignorantiam noſtros homines pepulit eorum contentio. Deinde dicere audent, quod Latini, noſtrorumque Veccus, & alij, qui Latinos ſecuti fuerunt, libros corruperint, præſertim cum auctoritas hæc tantum ornatum, tantam gratiam, & eloquentiam atticam præſeferat, vt non modo Latinos aliquid ſimile cum tanta gratia in lingua peregrina, & græca non poſſe componere: Sed neque Græcos quidem præter ipſum Baſilium. Latinis etenim lingua propria generaque dicendi à noſtris diuerſa impedimento ſunt, ne aliquid ita ornatè in noſtra lingua conſcribant: Quemadmodum etiam noſtris impoſſibile eſt aliquid æquali gratia, & ornatu, atque Latini in lingua latina ſcribere quantumcunque vel Græci in latina, vel Latini in græca lingua profecerint. Cuius rei tum ego, tũ alij de noſtris digni ſumus teſtes, qui latinam vtcumque mediocriter intelligimus linguam, nil tamen quod ornatum, latineque compoſitum ſit, ſcribere poſſum. Clarè itaque patet qui modos dicendi, ſtylum, eloquentiam, & alia indicare ſciunt ipſius Baſilij; & eius limatæ linguæ hanc auctoritatem, & nullius alterius eſſe. Præterea cum Veccus paucis ante annis fuerit: libri verò multò eo antiquiores ſint, falſam hanc accuſationem, & vanum refugium probant. Item hoc idem aliunde probatur. Vir quidam apud Latinos maximæ reputationis Hugon nomine antiquus, & longè ante tempora noſtra; præteriti ſunt namque ferè CCC. anni, ex quo fuit, cum de proceſſione Spiritus Sancti ſcriberet, hanc etiam auctoritatem Sancti Baſilij ad hanc concluſionem probandam inducit. Hoc autem non

latinè ſcriptum viders dico, verum græcè apud Conſtantinopolim in quodam libro græco; non ipſus Hugonis, ſed cuiuſdam Nicetæ Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, qui ipſi Hugoni contradicit: Quanquam ipſe Theſſalonicenſis idem cum Latinis ſapiebat: quod enim Spiritus ſanctus ex Patre, Filioque procederet, credebat; contendebat verò, vt vulgo dicitur, de vmbra aſini, neque ipſum verum aſſerens licere Symbolo addi, rem magnæ profectò deuotionis, & ſapientiæ, ac ſi diceret, non oportere veritatem publicè prædicare. Hæc autem longius narraui, volens probare fuiſſe quidem corruptionem in libris, verum non à Latinis, & illorum ſequacibus, ſed è contra à contendentibus cum Latinis, corruptionemque non per additionem ſolum, ſed interdum per minutionem factam fuiſſe. Ita vt nullus amplius poſſit Veccum, & ſimiles cauſare, cum libri multò antequam fuerit Veccus veritatem clarè probarent. Et hæ quidem à tempore ita indubia, & vera ſunt ſigna: ab ipſo etiam genere dicendi ſuauiſſimo, & ornatiſſimo ſtilo patet nullius alterius, quàm Baſilij debere credi iſtam auctoritatem eſſe. Attamen ab ipſa etiam ſententia, & ſequentium ad præcedentia connexu id ipſum clarè patebit; ſi quis attente conſideret. Cum Eunomius ex eo, quod Spiritus ſanctus tertius ordine, dignitateque diceretur à quibuſdam Doctoribus, tertium etiam eum natura colligeret; S. Baſilius concluſionem hanc ægre ferens, media tamen non negat, quod ſcilicet Spiritus ſanctus tertius eſſet dignitate, & ordine: nam & ſi contra Eunomium clamans, ait, qui verò ij Sancti fuerint, & in quibus eorum ſermonibus hoc docuerint, dicere, non audet: non ideò hoc dicit, quia negant Spiritum ſanctum tertium ordine eſſe, vel dici à Sanctis: quemadmodum noſtri rectè putant. Sic enim ſibi ipſi etiam, & veritati contraria diceret, ſed illius temeritatem ægre ferens, & concluſionem hanc repellens, quod ſcilicet Spiritus ſanctus tertius etiam eſſet natura: exclamauit dicens, qui verò ij Sancti fuerint, & in quibus eorum ſermonibus hoc docuerint dicere non audet. Non quia non fuerint qui hoc dixerunt, ſed quia ſi eorum auctoritatem expreſſè allegaſſet, maniſeſtè apparuiſſet non potuiſſe hanc abſurdam ſequi concluſio-

ſionem ex dictis eorum. Scimus etenim quod ex vno etiam vocabulo, vel dictione ablata, ſuperaddita, vel propoſita, tota intentio, atque ſententia Scriptoris mutatur; & è conuerſo cum fideliter allegatur, clarè mens eius probatur, ita vt non liceat malignantibus concluſionem inferre, quæ præcedentibus non conueniat: quare ſi Eunomius etiam allegaſſet auctoritatem Sanctorum, non licuiſſet ei concludere quod concluſerat: nam & ſi tertium eſſe Spiritum ſanctum Doctores concedunt, tertium tamen eum eſſe natura negant expreſſè, quare malignitatem eius deteſtans infert; fuitne vnquam ita temerarius aliquis, qui diuina dogmata peruerteret, atque innouaret: et patet quod nouitatem hic nominat tertium eſſe natura Spiritum ſanctum, non autem ordine, et dignitate. Nempe enim ſe ipſum appellaſſet nouarum rerum auctorem, & ſibi ipſi contraria diceret. Ipſe enim eſt qui præcipuè nobis credere tradidit Spiritum ſanctum tertium eſſe ordine, & dignitate, & hanc auream catenam ordinis nos docuit. In ijs enim contra Eunomium ſermonibus ſuis, dignitate namque ait ſecundum eſſe à Filio, videlicet Spiritum ſanctum cum ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & annunciet nobis, & omninò ab illa cauſa dependeat, pietatis ratio tradit. Huius enim auctoritatis, & ſi non totam, partem tamen admittunt noſtri, cætera abſcindentes, ac ita eam allegantes: dignitate etenim ſecundus eſſe à Filio tradit fortaſſe ratio pietatis, addentes fortaſſis, vt orationem dubiam reddant; quæ dubietas omninò aliena à mente ſancti Baſilij per nos probabitur. Hæc enim non per impoſſibile ſanctus ille Doctor infert, quemadmodum aliquibus ignoranter viſum eſt, ſcilicet vt veram ſanctæ ſcripturæ, ſuamque opinionem exponens conſiderat quod ſequens eſt tertium ordine clarè ponens Spiritum eſſe; tertium verò natura tanquam impium repellens. Audi etenim quæ ad eiuſdem probationem dicit: quemadmodum enim, inquit, Filius ordine quidem à Patre ſecundus eſt, quoniam ab illo; & dignitate, quoniam origo; & cauſa eſſendi ei, cum eius Pater ſit, natura verò nullo modo ſecundus, quoniam in vtroque vna eſt Deitas; ita videlicet & ſi dignitate, & ordine ſecundus à Filio eſt, non tamen alienæ ipſum naturæ eſſe inde conſequetur. His etiam verbis aliqui

addiderunt, quanquã concedendum non ſit: quo nihil magis contrarium eſt intentioni B. Baſilij, qui in Epiſtola ad Canonicas, clariſſimè Spiritus ſanctus, inquit, Patri quidem, & Filio connumeratur, cum ſupra omnem creaturam ſit; ordine verò tertius eſt, vt Euangelia nos docent, Domino dicente, euntes in vniuerſum mundum baptizate in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; qui autem eum præponit Filio, aut ſuperiorem Patre dicit, hic contradicit Dei traditioni, alienus verò à ſana fide eſt, quam accepit, laudationis formam non ſeruans, & poſt pauca: quare ſi quis hunc ordinem peruertit, ipſam perſonarum exiſtentiam, totamque fidem negat. Si igitur hæc verba hæſitantis, & dubitantis circa ordinem ſint, & eius, qui ſuam ſententiam ſub dubijs, & cum fortaſſis, & quanquam concedendum non ſit proferat, tuum ſit iudicium, & aliorum, qui recti iudices ſunt, & aliquatenus intelligant vim rationum, & dogmatum veritatem. Deinde non pudet eos tantæ contrarietatis Sanctum Doctorem accuſare, imò verò ignorantiæ ſi modo quidem tertium vt non liceret abſque crimine impietatis, & totius fidei peruerſionem hunc ordinem mutare, modò fortaſſis eum eſſe ſecundum à Filio dicat, & alia huiuſcemodi. Ego verò teſte Deo vicem eorum, qui hæc autumant doleo & pro eis me pudet. Si verò ipſi non ſentiunt, mirum eſt profecto. Quod autem omnem eorum impudentiam eneruat, hoc eſt, quod in his contra Eunomium rationibus ſuis poſt multa concludens hic Doctor infert: ita & Spiritus ſanctus dignitate quidem, & ordine ſecundus poſt Filium eſt; accepimus enim eum tertium à Patre, & Filio numeratum ipſo Domino in traditione baptiſmatis ſalutaris hunc ordinem docente cum dixerit, euntes baptizate & c. Animaduerte igitur quod quibus argumentis in Epiſtola ad Canonicas ordinem in Trinitate probat ſalutaris ſcilicet baptiſmatis traditione eiſdem etiam hic eundem ordinem demonſtrat: at in Epiſtola ad Canonicas tanta cum certitudine hunc aſſerit ordinem, vt eum, qui aliter diceret, impium aſſereret. Quo igitur modo hic, vbi eiſdem argumentis vtitur cum hæſitatione, & dubitatione loqueretur? verum hæc prauorum hominum, & impiorum, non illius ſanctiſſimi Viri ſunt. Nulli itaque dubitandum

eſt

eſt ſancti Patris noſtri Baſilij hanc eſſe auctoritatem, Spiritum, ſcilicet Sanctum, ordine, & dignitate ſecundum à Filio eſſe, ipſumque eſſe habere ab eo, & ab eo tanquam à cauſa dependere. Quod cum ita ſit, quis amplius aliquid aliud quærit? Nonne ſolus Baſilius ſufficiens eſt omnem nos docere veritatem? Nonne tantum, & humanæ, & diuinæ ſapientiæ participauit, vt etiam ſolus ſufficiens ſit toti cauſæ doctor, ac magiſter? Et quanquam hæc veritas, quod Spiritus ſanctus videlicet etiam ex Filio procedit, ex ijs etiam nudis huius Doctoris verbis manifeſtè appareat; non tamen ab re eſſe iudicaui ipſius eius verbis præſuppoſitis ſyllogiſmum quendam ad eam veritatem probandam inferre. Dicit igitur Filium ſecundum à Patre ordine, & dignitate, hoc autem noſtri etiam concedunt, ſed animaduerte quonam modo ſecundus à Patre ſit Filius ordine, & dignitate, idem enim infert, propterea quod ab eo eſt, & quia principium, & cauſa eius eſt Pater. Quare quod in diuinis perſonis ſecundum ordine, & dignitate ab aliquo eſt; ideo ſecundum ab illo eſt, quia eſt ab illo. Hęc verò in naturalibus etiam rebus manifeſtum eſt. Omne enim, quod ab aliquo natura ſecundum eſt, etiam ab eo eſt: ſi quis dicat calorem produci à ſole prius radium, non tamen calorem produci à radio, quamquam ſit natura ſecundus poſt radium reſpondetur, in creaturis quidem, quod natura ſecundum alterius ab eo eſſe, vel tanquam à cauſa effectiua, vel tanquam à cauſa, ſine qua non, vt in exemplo producto; in Deo cum non prius tempore procedat à Patre Filius, quam Spiritus: ſi Spiritus eſt natura ſecundus Filio, oportet quod ab eo ſit tanquam à cauſa effectiua: ſumimus autem hic, & in toto hoc opere cauſam pro producente more Doctorum Græcorum. At Spiritum quoque Sanctum ordine, & dignitate ſecundum a Filio idem ait, quod autem non quaſi dubitans, vt quidem ſomniant, imò verò certo tenens in epiſtola ad Canonicas clare videtur. Ex ijs igitur tale ſit argumentum. Omne, quod in diuinis perſonis alio ſecundum eſt, ab eo eſt; Spiritus verò Sanctus ſecundus à Filio eſt; igitur à Filio eſt. Quod ſi volueris magis generaliter argumentari in hunc modum tibi dicendum eſt: Omne, quòd ab natura ſecundum aliquo eſt, ab eo

eſt;

eſt: Spiritus verò natura ſecundus eſt à Filio, dignitate, & ordine; igitur Spiritus ex Filio eſt: quod autem Spiritus natura eſt ordine ſecundus à Filio, patet, nihil enim eſt in Sancta Trinitate præter naturam, neque per accidens; & caue ne te ſcandalizet hęc dictio, natura, cum Spiritum natura ſecundum à Filio audias. Non enim ſecundum naturam ſecundum illum dicimus, vt alterius naturæ illum eſſe oſtendamus, prout Eunomius faciebat; ſed naturæ dicimus excludentes accidens, & quod præter naturam eſt. Hoc autem Sanctus quoq; Athanaſius teſtatur; qualem ordinem, & naturam habet Filius ad Patrem, talem ordinem, & naturam Spiritum quoque Sanctum ad Filium habere docens. Duo enim hæc per hanc auctoritatem probantur, & quod tertius à Patre Spiritus ſanctus eſt ordine, & ſecundus à Filio, quodque natura eſt hic ordo: Sed hæc quidem ex auctoritatibus Sancti Baſilij luce clarius probata ſunt, quæ longo ſermone data opera expoſui; cum non parua nos inde ſequatur vtilitas; imò verò totum hæc ſola verba poſſint. Si quidem ſolus Baſilius ſufficiens eſt ad docendum nos fidei veritatem. Iam verò ad promiſſa me transferam, & omnem tibi proceſſum ſacri Concilij breuiter narrabo; deinde aliquas demonſtrationes huius veritatis in medium afferam, & ſic finem faciam.

Narratio eorum, quæ in Concilio facta fuerunt.

ILla igitur, de quibus Ferrariæ, vbi vt notum vobis eſt primò appulimus ante inchoationem Concilij priuatim diſputauimus, tanquam non neceſſaria omittam, cum etiam nobis illa terendi temporis gratia potius, & illos expectandi, qui venturi erant ad Concilium, propoſita fuerint, quam quod neceſſaria eſſent. Tempore verò adueniente viſum eſt noſtris in duas partes propoſitam quæſtionem diuidere. Vnam, quòd nec ipſam etiam veritatem liceret addere Symbolo Patrum. Alteram quod nec ſit verum Spiritum ſanctum ex Patre, Filioq; procedere. Et cum hoc placuiſſet, demum quærebatur quonam incipiendum eſſet, & communi

ni aliorum ſententia viſum fuit inde incipere: Quod nihil ſit addendum Symbolo Patrum, quamquam ipſe manifeſtè contradicebam. Aiebam enim aut probabilius hoc altero eſſe, aut è contra: & ſiquidem minus probabile eſſet, non decere à debilioribus incipere, ita vt victos, & profligatos nos in primo certamine deterritos: deinde ſecundum ſubire, ne fortaſſis iſthæc profligatio etiam vt ſecundam partem perderemus cauſa fieret. Quod ſi probabiliorem illam partem putaremus, oportere eam poſteriorem ſeruare. Si enim in prima quæſtione vinceremus, etiam ſecundam fortiori animo aggrederemur, quod ſi primam perderemus, illam videlicet, quæ Spiritum ſanctum etiam à Filio procedere ponit, tunc ſaltem in ſecunda vinceremus: neque ipſam veritatem licere addere oſtendentes. Præterea cum in natura etiam quod fieri per pauciora poteſt, non ſit per plura: fruſtra enim eſſet, fruſtra verò nec Deus, nec natura facit; illud proponendum dicebam & de illo primum diſputandum: poſt quod alteri non relinquitur locus. Si igitur ipſum dogma falſum eſſe probaremus, illud addere non licere, manifeſtum eſſet, nec probandum eſſet, non licere illud addere. Quare vno certamine totum perficiemus, aiebam, ſi incipiemus à dogmate etiam illud falſum eſſe probare poterimus. Quod autem nec ipſam veritatem liceret addere probato, reſtabit adhuc ipſum dogma verum ne, an falſum ſit probare. Hęc autem cum dicens perſuadere noſtris non potuiſſem, ſcilicet de illo primo vellent omninò diſputare; propterea quod putabant hanc probabiliorem partem, volens eos dehortari: Dixi in contrarium quatuor rationes dumtaxat præſente ſapientiſſimo Imperatore noſtro, quas Latini etiã poſtea adduxerunt, quaſq; inter rationes per Latinos inductas, audies; quibus probabã, & huius rei falſitatem, & quod ridiculum ſit putare veritatem non licere addere: quas & ſi nullus præſentium ſoluere potuerit: quod tamen volebant, hoc ſtatuerunt, & ego ſequebar, dicere quidem quæ expedirent nationi, & honori eius, putans me debere Deo & ipſi nationi, deinde verò maiorem partem ſequi & vnà cum eis certamen ſubire: ſequebatur etiam Sereniſſimus Imperator, licet ei non placeret hoc conſilium, veritus tamen ne quis ignorantium eum putaret vim aliquam eis inferre. Incepimus igitur cum Latinis

diſputare, probare volentes nihil, nec ipſam veritatem licere Symbolo Patrum addere; tota verò vis noſtra in decretis Sanctorum, & Oecumenicorum conciliorum conſiſtebat, in quibus circa finẽ aiunt, non licere præter hæc, aliã fidẽ conſcribere, aut ſapere, aut docere, & cætera huiuſcemodi; Quãdo ridiculoſum quid, & magni vituperij dignum paſſa fuiſſet tota natio, & nos omnes per prudentiam boni Epheſini, niſi ego ſentiens impediuiſſem. Vna enim cum decretis Patrum illud quoque Apoſtoli ad Galatas allegare volebat, dicentis, ſi quis vobis aliud præter quam tradidi vobis euangelizatus fuerit, anathema ſit. Item Sancti Dionyſij Areopagitæ de diuinis nominibus auctoritatem dicentis, omninò itaq; nihil eſt audendum, vel dicere, vel cogitare præter illa, quæ diuinitus, è ſacris oraculis nobis tradita ſunt. Volebat itaque per iſta etiam probare non licere nec ipſam etiam veritatem addere Symbolo. Hoc autem quantam nobis deriſionem feciſſet, & quod in ipſo ingreſſu conuincti, & profligati fuiſſemus, hinc ſenties. Tota ratio noſtra, qua credebamus hanc rem poſſe probari in dictis tertij Oecumenici Concilij Epheſini conſiſtebat; cum aſſeueraremus illam primã in fine ſui decreti hanc inhibitionem de quacunque videlicet additione edidiſſe. Nam & ſi non ſit verum talem inhibitionem illud Concilium feciſſe, qui tamen contendere volunt, poſſunt aliquid adiumenti hinc habere propter æquiuocationem, & ambiguitatem verborum. Cauſa verò cur tertium Concilium primum hanc inhibitionem feciſſe dicimus, eſt primo quod acta primi concilij nuſquam reperiuntur; ſecundo cum ſciremus ſecundum Oecumenicum Concilium Symbolum Nicænum in plurimis mutaſſe partim auferendo, partim addendo, non licebat dicere ante ſecundum Concilium hanc inhibitionem factam fuiſſe: ipſos etenim Sanctos Patres ſecundi Concilij anathematis reos feciſſemus; qui partim addiderunt, partim diminuerunt Nicæno Symbolo. His igitur ita declaratis, conſidera quæ ex ijs, quæ Epheſinus propoſiturus erat inconuenientia ſequebantur: cum enim Sanctus Apoſtolus, B. quoque Dionyſius multò ante non ſolum ſecundam, ſed etiam primam Synodum fuerint; ſi eæ auctoritates ipſam etiam veritatem inhibent; ne quis eam vel doceat, vel addat Symbolo ſub anathemate, & ſecundi Concilij

Pa-

Patres eſſent, qui tot additionibus, & minutionibus Nicæni concilij Symbolum alterarunt, & ipſi Nicæni Concilij Patres, qui quo ante eos Eccleſiæ vtebatur Symbolum pleriſque in partibus eius mutarunt: Si autem hæc opinio nec cogitanda quidem tanquam impia ſit, patet, quod illa inhibuit, & Apoſtolus, & Dionyſius docere, ſapere, euangelizare, & cogitare quæ falſa fideique Catholicæ contraria ſunt, quod ſi falſa inhibet, nos autem eorum auctoritates tanquam æquiualentes decretis Conciliorum producebamus, patet, quod etiam decreta Patrum falſa inhibent ne Symbolo addantur, non autem quæ vera ſunt. Itaque in ipſo primo congreſſu, & primo die conuicti, & profligati fuiſſemus. Cum autem hæc ego ſenſiſſem rationibus prædictis vix ei perſuaſi, vt illas auctoritates non proponeret. Ex ijs itaque licet illius hominis, & ingenij eius ſubtilitatem iudicare, & quale ei iudicium in ſublimioribus ſit, ſi hæc res eum tam manifeſta latebat: hæc autem dico non eius reprehendendi cauſa; longè enim ab hoc abſum, ſed vt auditores admoneam vt ſibi ab eius ſermonibus caueant. Diſcutientes igitur hanc quæſtionem, & de ea publicè cum Latinis diſputantes, dum in principijs, & circa procemia eſſemus, nos videbamur ſuperare: nondum enim aliquid dignum quod ad propoſitam rem faceret, dictũ à Latinis fuit. Quando (& ſit abſq; arrogantia dictum) potiores ad hãc rem ex parte noſtra productæ rationes à me, & inuentæ, & dictæ fuerunt, teſtes ſunt qui adfuerũt. Cum autẽ ſucceſſerit in ſermone optimus ille vir Iulianus S. R. E. Cardinalis Sancti Angeli digniſſimus, multa, & quidẽ potiſſima in medium adduxit, quibus propoſitam quæſtionẽ ita clarè, & ſufficienter probauit, demonſtrando licere veritatẽ ſemper addere fidei Symbolo: præſertim cum neceſſitas cogat, & auctoritas Summi Pontificis accedat, vt nihil nos, quanquam diu multumque cogitauerimus, contradicere potuerimus. Quæ cum multa fuerint, illa tamen, quæ memoria teneo, hic exponam, vt etiam huius rei veritatem intelligas. Sed ante hæc ſummam noſtratum rationũ, & potiſſimam audi: In fine decretorum cuiuslibet ſacri Oecumenici Concilij à tertio inchoando de verbo ad verbum ſic habetur: his lectis determinat Sancta Synodus, nulli licere aliam fidem proferre, aut componere, aut ſapere, aut docere aliter.

Qui

Qui verò hoc audeant facere, clerici priuentur, Laici anathematizentur. Huius ſententiæ, & horum ferè verborum omnes aliæ inhibitiones ſunt. His nos auctoritatibus tanquam irrefragabilibus nitebamur, dicentes nec ipſam veritatem licere addere; cum ex dictis Sanctorum inhibitum ſit, nec liceat. contra noſtra poſitionem inter multas rationes ex parte Latinorum introductas hæc quoque fuerunt.

Rationes Latinorum, quibus probatur quod licet veritatem addere Symbolo

QVodlibet Concilium non ſolum proferre aliam fidem inhibet, ſed & componere. Si igitur per hoc quod dicit, aliam fidem, intelligit alijs verbis eidem tamen ſententiæ compoſitam fidem, ſeu Symbolum accidet quod omnes qui dem Symbolum diuerſis quidem verbis, ſententia tamen eadem, compoſuerunt, quod quia omnes Doctores Sancti, qui fidem catholicam profitentur, fecerunt, ſub anathemate erunt. At hoc non ſolum falſum, ſed etiam blaſphemia eſt dicere. Igitur non prohibetur alijs verbis conſonis veritati eandem exponere fidem, ſed contrariam, & diuerſam componere, hoc prohibitum eſt. Item quartum concilium ipſum etiam ſapere, & docere aliter, anathemati ſubijcit. Si igitur ſapere, vel docere vocabulis quidem diuerſis, conſonis tamen veritati prohibet, ſub anathemate ſunt omnes, qui fidem orthodoxã, quibus potuit vnuſquiq; verbis docuerunt. Vnuſquique enim Sanctorum diuerſis vocabulis eandem fidem prædicauit. At cum hoc inconueniens ſit dicere, non diuerſitatem vocabulorum, ſed ſententiarum contrarietatem prohibet: præſertim cum ipſum ſapere ad ſententias, non ad vocabula referatur.

Præterea ſextum concilium eadem ipſa, quæ & quartum, dicit, & inſuper inhibet ne quam vocem inanem, aut vanam alicuius dictionis inuentionem quis introducat ad peruertendum quæ á ſe determinata ſunt. Ex quibus manifeſtè apparet illa vocabula inhibita eſſe, quæ ad peruertendum dogmata Patrum introducuntur, non quæ ad corroborandum.

Amplius tertium concilium ſtatuit, nec licere aliam fidem proferre; præter eam, quę in Nicæno concilio edita fuit, & eos, qui hoc auderent, anathemati ſubiecit. De Symbolo verò per ſecundum concilium edito, quo tota Eccleſia vtitur, nullam facit mentionem. Si igitur ideò non fecerant de eo mentionem, quia aliud, & diuerſum à fide Nicæni concilij illud putarunt: peccamus nos, & quidem mortaliter, qui omiſſo totaliter Symbolo Nicæno, præter quod nullam aliam fidem proferre ſtatuerunt Patres, ſecundi Concilij vtimur Symbolo, illud legentes, illud docentes, illud & priuatim, & publicè proferentes: & hac ratione ſub anathemate ſumus. Quod ſi ideò ſilentio illud præterierunt, quoniam idem eſt per omnia Symbolo Nicæni concilij, eademque fides in vtroque continetur, niſi manifeſtè apparet verbis non eſſe idem. His enim maximè differt plures additiones, plures etiam diminutiones habens. Eſt igitur idem ſententijs, qua de cauſa & primi, & ſecundi concilij Symbolum tanquam vnum putarunt tertij Concilij Patres: quare omne etiam Symbolum quibuſcunque compoſitum verbis eandem ſententiam, quam & Nicænum continens, idem eſt illi: nihilque contra hoc facit, cum dicitur, non audere tradere aliud Symbolum, aliud enim intelligendum eſt, quod contrariam veritatis ſententiam continet. Siquidem ſecundi concilij Symbolum tantum a Nicæno differens quoad verba, idem tamen cum primo non aliud iudicatum eſt à Patribus.

Item vnumquodque concilium poſt lectionem totius ſui decreti, non Symboli ſolius, ſed totius decreti, ait, his lectis determinauit Sacra Synodus nulli licere aliam fidem proferre: patet autem, quod cum dicat, his lectis, totum decretum intelligit. Igitur & quod ſequitur, aliam fidem non licere proferre ad totum decretum ipſum quoque refertur, videlicet non licere proferre aliam fidem præter eam, quæ in toto decreto non ſolum in Symbolo continetur. Atqui quoad verba quartum concilium aliud quàm tertium, quintum aliud quàm quartum, & ita cætera conſcripſerunt. De tota igitur fide, & ſententijs, non verbis hic ratio eſt.

Item ſeptimum concilium non omninò facit aliquam Symboli vel primi, vel ſecundi mentionem, ſed ſimpliciter de-

decreto eius edito in fine addit, his nihil eſt addendum, nihil ab eis auferendum, quod ſi quis vel addat, vel auferat quicquid ab hac fide anathema ſit. Manifeſtum igitur eſt, quod de fide contraria, & falſa inhibet, non enim prohibet, ne Eccleſia decreta, cum res exigit, edere poſſit.

Præterea quæ corde credimus in iuſtitiam, eadem ore quoque confiteri ad ſalutem debemus, aliter imperfecta nobis fides eſſet. Confitenda enim eſt coram hominibus fides, ſi deſideramus promiſſa præmia. At verum neceſſe eſt ſapere, igitur & confiteri idem neceſſe eſt.

Amplius in actis quarti Concilij in prima ſeſſione, primo quidem legit Eutyches Nicænum Symbolum, deinde idem Hæreticus infert, quod de hac fide Nicæna videlicet decreuit Epheſina Synodus eum, qui præter hanc quicquam addat, cogitet, aut doceat reum eſſe pœnis, quæ ibidem continentur. At Euſebius Epiſcopus Doryleſis, qui ſe zelo fidei accuſatorem huius hæretici conſtituerat; cum hæc audiſſet, exclamauit dicens, non eſt tale decretum, non eſt canon, qui hoc iubeat, mentitus eſt. Patres verò Concilij ſexcenti & triginta numero his auditis, Eutychen condemnarunt, nolentem ſapere, atque credere aliqua alia, quæ in Nicæno Symbolo non contineantur explicitè. Alia verò dico numero, non vt contradictoria, vel contraria, quo fit, vt illas additiones putauerint inhibendas eſſe, quæ contrariæ, & oppoſitæ veritati ſunt, non illas, quæ ſunt conſentaneæ. Quod enim Chriſtus in duabus, & ex duabus naturis abſque confuſione permanſerit poſt carnis aſſumptionem, quod Eutyches negabat, quanquam aliud eſſet à Nicæno Symbolo, aliud verò non ſententia, ſed verbis, tamen cogebant Eutychen, vt hoc crederet. Igitur manifeſtè apparet non ſimpliciter aliud, ſed contrarium inhibuiſſe Sanctos Doctores. Animaduerte namque quod ipſamet verba tertij Concilij, quæ nos proferimus, nulli videlicet licere aliam fidem proferre. hæc eadem Eutyches pro ſe producebat, Epiſcopus vero Doryleſis, & totum Concilium, non eſt talis Canon exclamarunt, qui hoc iubeat, & illum condemnarunt tanquam non rectè intelligentem hunc Canonem: Exponebat enim eum quemadmodum & noſtri omne aliud ſimpliciter, etiam ſi eſſet differentia verbalis, putans inhibitum eſſe. Quam expoſitionem Synodus refellit,

non

Digitized by Google

non negans hæc verba in canone Epheſino contineri: aliam tamen fidem putans, quæ contraria veritati, non quæ verbis differens, ſententijs concors & conſentanea ſit.

Item in libro canonum conciliorum, quos noſter Zonaras exponit, in eo, inquam, libro eſt hæc inhibitio tertij concilii, his videlicet lectis determinauit ſancta Synodus, & eſt inter eiuſdem concilij canones ſeptimus numero, ante hunc eſt alius eiuſdem concilij canon numero ſextus, qui communione priuat eos, qui auderent aliquid eorum permutare, quæ à Synodo acta ſunt. In ſeptimo autem canone videlicet inhibitionis anathematizantur qui tranſgrediuntur canonem, & aliam prædicent fidem. Quærit igitur Zonaras quare ſancti Patres in ſexto canone communione dumtaxat priuant tranſgreſſores, in ſeptimo verò anathemati eos ſubijciunt; hanc verò quæſtionem his verbis ſoluit. Multum intereſt, inquit, inter contradicere, & dubitare de aliqua re: ideò qui dubitant de his, quæ iam rectè à Patribus ſtatuta ſunt excommunicatione innodatur, & communione priuatur: qui verò eis contradicit tanquã contraria ſapiens, anathematizatur. Quare iſte etiam commentator aliam fidem hic contradictoriam, contrariamque apertiſſimè, & manifeſtè nominat.

Item concilium in Trullo celebratum in primo ſuo canone dicit, ſtatuimus immutabilem, abſque aliqua nouitate, ſeruare traditam nobis ab ipſis miniſtris Verbi, qui eum oculis viderunt Apoſtolis videlicet ſanctis, & à CCCXVIII. ſanctis Patribus in Nicæna congregatis, & conſequenter enumerat omnia concilia, & iubet fidem ab omnibus illis traditam immutabilem ſeruari. Deinde infert, quod ſi quis prædicta pietatis dogmata non teneat, & eis acquieſcat; & ita ſapiat, & prædicet, ſed eis contraire conetur, anathema ſit ſecundum canones à prædictis ſanctis Patribus iam editos, & à Chriſtiano conſortio tanquam alienus pellatur & proijciatur. Nos enim nec addere, neque auferre quicquam omninò vel cogitamus, vel poſſumus canones prædictos ſequentes. Hic canon manifeſtè declarat tertij concilij decretum, & aliorum, quæ inhibent, ne quis aliam præferat fidem, cum dicat, quod ſi quis contraire Patrum dogmatibus conetur, anathema ſit ſecundum canones iam ab eis

editos, hos videlicet, qui inhibent aliam fidem. Hæc igitur decreta contrariam fidem prohibent, & quod inferunt, nos enim nec addimus, nec auferimus aliquid, in fide videlicet intelligunt, non in Symbolo; Symbolum enim hæc Synodus non inſeruit in ſuo decreto, ſed fidem exponens, & dogmata ſanctorum Patrum, & omnium Conciliorum infert, nec addere, nec auferre quicquam cogitamus; & ratio, quia canones prædictos ſequimur; ita vt clarè pateat, cum dicat, Patres nec addere, nec auferre licere, non verbales additiones, & ablationes, ſed contrariarum ſententiarum, & falſi ſenſus inhibere: Per hunc igitur vnum canonem ſolum, quem non ratio noſtra inducit, non aliquis priuatus homo commentatur ſimpliciter, ſed quem vna Synodus, tot Patrum conuentus compoſuit, quo etiam & aliorum ſimilium Patrum mentem exponunt; apertiſſimè, & manifeſtiſſimè ſoluitur quæſtio non contendere volentibus. Voluiſſem liceret longius euagari; vidiſſes profectò multas ſimiles rationes, & quidem potiſſimas. Cùm verò & quæ dicta ſunt ita clarè hanc quæſtionem decidant, vt illi quidem, qui veritatem diligat, & abſque contentione quæ dicta ſunt audiat, ſatis ſuperque ſint: contendere verò volenti nec multo plures ſatisfaciant, vno dumtaxat argumento Latinorum adhuc addito ceſſabo de hac re plura dicere. Eſt autem hoc potiſſimum, & quod ſolum ſufficiat ad redarguendum errorem noſtrorum. Nos aſſerimus, quod primum tertium concilium hanc inhibitionem decreuit, vt paulò ante dixi; quando etiam cauſam, quare hoc dicimus manifeſtaui, quæ eſt: quod cum ſecunda Synodus plura addiderit, pluraque abſtulerit à Symbolo Nicæno, ſi aſſereremus ante ſecundum concilium hanc inhibitionem fuiſſe, ex duobus vtrum ſequeretur, neceſſe eſſet; aut tranſgreſſionis canonum ſanctos ſecundi Concilij Patres accuſare, & ſub anathemate fuiſſe, aut cùm hoc non ſolum abſurdum, ſed etiam blaſphemia ſit dicere, non omnem verbalem additionem, ſed ſententias falſas, atque contrarias, ne addantur inhibuiſſe. Quare cogimur dicere poſt ſecundam Synodum hanc inhibitionem factam fuiſſe, non antea. Igitur ſi quis è conuerſo oſtendat quod ante ſecundam Synodum hæc inhibitio fuerit, & iiſ-

iiſdem ferè verbis, quibus tertium concilium vſum eſt, colligetur duorum ſupradictorum alterum, & cum ſecundi concilij Patres tranſgreſſores canonum dicere, blaſphemia ſit, reſtat, vt ſecundum ſit verum, videlicet non id intelligere illam inhibitionem, quod noſtri putant, ſed contrariam fidem inhibere. Hoc igitur nobis oſtenderunt Latini. Probatum eſt etenim ab eis primam Nicænam Synodum hanc inhibitionem feciſſe, iiſdem ipſis verbis, quibus & tertium, & alia concilia ſcripſerunt. Probarunt autem hoc modo, ita ſtudioſi, & diligentes in omnibus actibus ſuis ſunt Latini, prout & tua nobilitas ſit experta in multis eorum ſapientiæ, vt non ſolum in diuinis, verùm etiam in humanis, & ciuilibus rebus nihil eos de priſcis geſtis, vel ſcriptis latet; quare in vnaquaque etiam ciuitate reperies in eorum archiuijs multa antiquiſſimis geſtis eorum conſcripta. Hoc etiam in catholica Eccleſia, alijſque pijs locis ſeruatur. Multa enim acta Pontificum, multæque conciliorum epiſtolæ, & canones extant. Produxerunt igitur nobis in antiquiſſimo libro membrano epiſtolam Liberij Papæ ad B. Athanaſium Alexandrinum Patriarcham, quæ incipit. Iam à principio tantam accepimus à Beatiſſimo Petro Principe Apoſtolorum. In qua poſt pauca dicit, accepiſſe Epiſtolam ſancti Athanaſij, & eam legiſſe. Deinde addit, cùm autem fidem Nicæni concilij in ea rectam reperiſſemus, magnas gratias vobis retulimus, pro qua non ſolum compati vobiſcum, & perſecutionem pati parati ſumus, ſed cùm neceſſitas exigat, etiam mori pro nomine Chriſti non poſtponemus quantumcunque ſumus imbecilles. Prædicta namque vt legimus ſancta decreuit Nicæna Synodus, aliam fidem nulli licere proferre, aut conſcribere, aut componere, aut ſapere, aut aliter docere, nec aliquid in fide vel intelligere, vel proferre horum Patrum decretis contrarium ſit. Qui verò audeat aliam fidem proferre, aut docere, aut aliud Symbolum tradere illis, qui ad viam veritatis ex quacunque hæreſi deſiderant conuerti, aut ex Iudaiſmo, aut ex gentilitate, ſi Epiſcopus, vel clericus ſit, priuetur Epiſcopus Epiſcopali dignitate, & clericus clero: Si verò monachus, aut Laicus anathematizetur. Hæc nunc qui-

quidem actis primi concilij deperditis ignota nobis ſunt: tunc verò cum adhuc extarent, ſciebant & Papa Liberius, & ſanctus Athanaſius. Hæc autem ſimilia ſunt omninò tertij concilij verbis. Quid igitur de ſecunda Synodo, & B. Gregorio Nazianzeno dicemus, qui, cum huic concilio præſideret tanquam alios ſapientia excellens, hoc Symbolum, quo nunc tota Eccleſia vtitur, conſcripſiſſe dicitur, in plurimis Nicænum mutans, ſi hæc inhibitio illam mentem, quam noſtri dicunt habet pro ſanctis Patribus, & Doctoribus heu ſeductores, & deceptores facti ſunt, & ſecundi concilij Patres, & B. Gregorius Nazianzenus, cui per excellentiam Theologus cognomen fuit. Sed abſit hanc blaſphemiam etiam cogitare. Non igitur nec prima, nec tertia, nec aliqua alia Synodus hoc intelligit, cum hanc inhibitionem decernit, ſed manifeſtè contrariam fidem inhibet.

Concluſio quod vrgente neceſſitate, & iudicio Eccleſiæ, & auctoritate Summi Pontificis accedente, licet & neceſſarium eſt addere verbum Symbolo.

PER hæc itaque omnia clementiſſime luce clarius probatum eſt non eſſe prohibitum veritatem addere fidei Symbolo, imo verò declarare. Nullum enim veritatis dogma eſt, quod vel explicitè non contineatur Symbolo, & ſimplici Apoſtolorum traditioni: Declarare autem, & replicare, ac Symbolo addere non ſemper videlicet, nec omnem volentem, ſed magna neceſſitate cogente, & cum Eccleſiæ iudicium, & auctoritas Summi Pontificis acceſſerit, non modo non eſſe prohibitum, ſed etiam neceſſarium eſſe.

Con-

Continuatio narrationis eorum, quæ in Concilio facta fuerunt.

HIs igitur, alijſque ſimilibus per Latinos dictis, clementiſſime vir, nos cum nihil ad hæc reſpondere haberemus; quid namque poterat aliquis contra talem veritatem impudenter dicere, tacebamus. Latini verò probato quod licet addere Symbolo veritatem, conſequenter pollicebantur ſe probaturos etiam Dogma Symbolo additum, verum eſſe, videlicet, quod Spiritus ſanctus ex Patre, Filioque procedit. At noſtri in primo conuicti, formidabant ſecundum certamen ſubire, illudque eis euenit, quod ego iam à principio præuidebam futurum, cum impediebam, ne ab hac quæſtione inciperemus. Timebant igitur, & nullo modo volebant amplius permanere: Sed quiſque deſiderabat diſcedere, & reuerti ad propria, nihilque aliud, niſi redeundum ad Patriam clamabant: & cum cauſam cur nam ita vellent interrogarentur, reddere non volebant. Quid igitur dicemus Latinis interrogati, qua ratione in medio certamine, imò verò adhuc in principio, quæ enim hucuſque de non licere addere dicta ſunt, nihil ad rem ſunt. Qua igitur ratione nondum facto initio redeundum eſſet, dicere non habebant. Verum abſque vlla ratione vociferabantur, redeamus, redeamus. Dicebant autem etiam inter ſe quod ad eorum aures perueniſſet, Latinos poſſe in medium afferre plurimas multorum Sanctorum occidentalium auctoritates, quibus palam probatur Spiritum ſanctum ex Patre, Filioque procedere. Quid igitur ad has reſpondebimus? diſcedamus, redeamus, abeamus. Audis ne Patrum, & Doctorum ſententiam? Quoniam, inquiunt, multas auctoritates Sanctorum Latini afferre habent, ad quas nos reſpondere non habemus, diſcedamus ab eis. Vix tamen ſentientes abſurditatem ſententiæ ſuæ, & à Sereniſſimo Imperatore perſuaſi ceſſerunt, & manere decreuerunt. Interim res ipſæ de Ferraria in Florentiam acceſſum Summi Pontificis coëgerunt, & inde illuc tranſlationem concilij. Abierunt igitur Latini,

receſſimus etiam nos, & cum omnes iam appuliſſemus Florentiam decreta fuit dies, in qua incipiendum, atque continuandum erat concilium, & termino adueniente rurſus nos accuſare Latinos incepimus. Quemadmodum enim in illa quæſtione an liceat addere quicquam, nos accuſatorum, Latini verò reſpondentium tenuerunt locum, & ita reſponderunt, vt nil nos ad illa replicare potuerimus, ita etiam in ipſo dogmate nos quidem tanquam accuſantes propoſuimus; illi verò reſpondebant. In omnibus enim ad libitum noſtrum, & prout volebamus, ita facere nobis licebat; & tamen non pudet aliquos dicere vim nobis illatam fuiſſe: quod nunquam fuit teſte veritate qui Deus eſt. Propoſuimus igitur ab ipſis Apoſtolis, & ſacris Synodis incipientes, eorumq; atq; omnium orientalium Doctorum auctoritatibus vſi, quibus probatur Spiritum ſanctum non quidem non procedere ex Filio, talem namq; nullam auctoritatem habemus; prout tu etiam ſcis, præter illā Ioannis Damaſceni, qui dicit Spiritū Filij dicimus, ex Filio verò non dicimus. Aliæ verò auctoritates omnes hoc probant, dumtaxat quod Spiritus ſanctus ex Patre procedit. Has igitur nos afferentes in medium putabamus probaſſe, falſum eſſe, quod ex Filio etiam procedat Spiritus ſanctus: Latini verò ad has quidem omnes auctoritates vnam hanc reſponſionem communem dederunt; quod omnes videlicet veræ ſunt, & ita etiam eis videri: ſed etiam hoc idem credere Spiritum ſanctum ſcilicet ex Patre procedere: hoc tamen non vt contrarium, nec vt contradictorium appoſitioni auctoritatibus dicentibus eum etiam ex Filio procedere. Si enim altero illorum modorum illis apponeretur, tunc vno poſito, alterum perimeretur omninò: nunc verò nil prohibet vtrunque verum eſſe; videlicet quod ex Patre procedat, & quod ex Filio. Quemadmodum ſi dicamus Spiritum ſanctum mitti ex Patre, alius verò dicat eum ex Patre, & Filio mitti. Vtrunque verum dicetur, & alterum non repugnat alteri. Si igitur ſancti Patres dicerent, vel quod Spiritus ſanctus ex ſolo Patre procedit, vel quod ex Filio non procedit, tunc falſa noſtra eſſet fides. Cum autem neutrum horum nondum aliquis Sanctus dixerit iſtud, quod dicunt ex Patre eum procedere, non perimit quod nos dicimus ex Filio etiam eum procedere. Et hæc quidem ad no-

ſtras

ſtras reſponderunt auctoritates. Ad illam verò Ioannis Damaſceni auctoritatem nihil reſponderunt, cum nec nos eam propoſuerimus. In fine tamen huius operis, illius quoque ſolutionem tua gratia his apponam; deinde Latini tanquam à principio incipientes, plura, ac varia pluribus in ſeſſionibus argumenta dixerunt à ſancta Scriptura, & Eccleſiæ Doctoribus minores vt plurimum propoſitiones habentes: quibus probarunt Spiritum ſanctum ex Patre, Filioque procedere. Et tandem auctoritates Patrum attulerunt, quibus clarè, & palã huius dogmatis veritas apparet. Attulerunt verò non ſolum Occidentalium, verum etiam Orientalium Patrum teſtimonia, quorum aliqua, quæ mihi viſa fuerunt magis ad noſtrum propoſitum facere, tibi cum his ad præſens mitto, vt i telligas quid de hac re ipſi etiam Occidentales Doctores ſapiunt. Ad quæ nos nihil reſpondere habebamus, niſi quod corrupta ſint, & à Latinis corrupta fuerunt. Produxerunt noſtrum Epiphanium multis in locis ex Patre, & *Filio* clarè dicentem eſſe Spiritum ſanctum, corruptum fuiſſe dicebamus. Allegarunt Cyrilli nonnulla, & aliorum, idem aiebamus. Adduxerunt Occidentalium Doctorum auctoritates, omnis noſtra reſponſio eadem, & nulla alia erat. Cum igitur multis diebus inter nos ipſos conſideraremus quidnam ad hæc reſpondendum eſſet, nullam aliam reperiebamus reſponſionem, præter prædictam, illam verò tanquam leuem, & à cunctis deridendam in medium afferre non videbatur. Primò, quia ex antecedentibus, & ſequentibus hæc opinio videbatur de mente eſſe Sanctorum. Deinde plurimis libris, & antiquiſſimis idem habentibus non erat facilè ea calumniari; præſertim cum nullum nos librum alium haberemus non latinè, non græcè ſcriptum, qui aliter auctoritates prædictas ſcriptas haberet, quam Latini dicebant. Præterea nos alios Doctores contrarium dicentes producere non habebamus, eoſdem Occidentales aliter alibi dicentes probare minime poteramus: naturalibus rationibus eos oſtendere falſa dicere, minime erat poſſibile. Cum igitur nullam nobis reſponſionem, quæ digna eſſet, relictam videremus, tacuimus, per multoſq; dies non conuenimus cum Latinis. Verum fuerunt qui ſubtilitate ingenij aliam inuenerunt reſponſionem. Non eſſe mirum ſcilicet, ſi in aliquo Sancti tamquam homines erraſ-

ſent: & ideò Occidentales etiam Doctores in hoc articulo de proceſſione Spiritus ſancti erraſſe, mentitoſque fuiſſe. Hoc autem quod totam fidem noſtram euertat, clarè patet. Si enim fides noſtra à dictis doctrinæ Sanctorum pendet, ij verò circa veritatem errant, tota noſtra fides euertitur. Propter hæc omnia meritò ſecuta eſt vnio, & omnes abſque quacunque violentia, ſponte, & voluntariè huic rei conceſſerunt. Qui verò concedere noluerunt (fuerunt autem duo, & non plures) cum omni libertate, ſine aliqua oppreſſione in ſuo arbitrio relicti, cum honore, & charitate, ſumptibus Eccleſiæ Romanæ ad propria remearunt. Si verò iuſtè, & rectè ſecuta fuerit vnio, cum videris, & perlegeris auctoritates Sanctorum, quas tibi nunc mitto, ipſe iudicabis. Quis namque Chriſtiano inſignitus nomine non ſequeretur eos, & dictis eorum, tamquam a Spiritu ſancto editis, crederet? dico tàm Occidentalium, quàm Orientalium Patrum, quos conſona dicere, eandemque veritatem exprimere verbis differentibus firmiter tenendum eſt; prout in dogmatico ſatis probaui. Ipſæ igitur auctoritates ſolæ per ſe ipſas ſatis tibi, & alijs erunt, clementiſſime vir, ad omnem ambiguitatem tollendam, & omne dubium auferendum à quacunque anima non contentioſa. Etenim me etiam non ſyllogiſmi, nec demonſtrationum neceſſitas, non argumentationum vis, ſed ipſæ nudæ auctoritates Doctorum ad credendam hanc veritatem induxerunt. Cum enim vidiſſem, & audiuiſsem eas, ſubito omni contentione, & contradictione poſtpoſita, acquieui auctoritati dicentium. Iudicaui namque ſanctos Patres Spiritu ſancto loquentes, non potuiſſe à veritate diſceſſiſſe. Quare non ſolum acquieui, verum etiam gratias egi Saluatori noſtro, qui mihi donauit, & audiuiſſe, & intelligiſſe, quæ nunquam ante audiui. Nullus enim noſtrorum vnquam credidit tot auctoritatibus Doctorum propoſitam quæſtionem poſſe probari. Et tibi igitur, cui cor humile, & anima veri appetens eſt, alijs quoque Chriſtianis tibi ſimilibus, hæ ſolæ auctoritates, vt paulò ante dixi, ſatis erunt. Cum verò etiam aliquas rationes, & probationes à me petieris, tua gratia hæc quoque, quoad potero, breuiter faciam, à ſacra Scriptura, & Doctorum auctoritatibus arguens,

guens, quod & ſi in ſermone, quem de vnione edidimus factum ſit, ſatis tamen hic etiam idem faciam, aliquaſqe rationes in medium afferam. ſed antequam ad eas deſcendam, neceſſe eſſe puto aliqua præſupponere, vt ea, quæ ſequentur, clarius intelligantur.

Præſuppoſita ad argumenta probantia Spiritum ſanctum etiam ex Filio procedere. Et primò quid ſit paternæ perſonæ conſtitutiuum.

CVm vnicuique enti ſit quædam forma communis; ſit item alia propria, qua conſtituimur, & eſt hoc aliquid, quemadmodum huius hominis, vt puta Petri, vnà cum forma communi, quæ eſt humanitas, ſecundum quam dicitur homo, eſt etiam alia propria forma, per quam dicitur, hic homo, Petrus videlicet, vel Paulus, quod & incommunicabile alteri eſt propter varias opiniones de principijs indiuiduationis, etiam hic varia ponuntur; & cum dicimus, aut corpus eſſe propriam alicuius formam, hoc non intelligimus ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quandam ſimilitudinem. Hæc autem eſt anima eius, vel corpus, aut aliquid aliud, quod eſt ei principium indiuiduationis. Quemadmodum eſt etiam de Deo, & Patre, quænam ſit propria eius forma perſonam eius conſtituens: eſt enim ei communis ad Filium, & Spiritum diuina, ac eſſentialis forma, quæ vna, & eadem numero in eis eſt, Deitas videlicet, ſecundum quam vnus eſt cum eis Deus: habet nihilominus aliam etiam propriam formam alijs perſonis incommunicabilem, ſecundum quam hoc aliquid & perſona in ſancta Trinitate eſt: quodnam igitur ſit, quærendum eſt. Et primò, an ſit ipſum ingenitum eſſe, at non videtur: hoc enim eſt negatio, nihil autem exiſtentium ſecundum negationem hoc aliquid eſt: ſed eſt eius proprietas, quæ ſequitur iam conſtitutam eius per-

perſonam. Secundo, an ſit hoc, quod dicitur cauſa, ſiue principium. Nec tamen hoc verum eſt. Nam ſi hæc eſſet conſtitutiua eius forma cauſa, ſiue principium potius, quam Pater diceretur. At ab omnibus Doctoribus communiter Pater nominatur. Item cum cauſa, ſiue principium vniuerſale quiddam ſit, hoc dictum eſt ſecundum illos Philoſophos, qui tenent vniuerſalitatem fieri per intellectum: ſi tamen diceretur vniuerſalia, nullo modo ab intellectu dependere, adhuc non eſſe dicendum, quod illud commune principium eſſet alicuius perſonæ formaliter conſtitutiuum, cum communicabile nulli det formaliter eſſe incommunicabile, quod facit erga perſonam formale ipſius conſtitutiuum, & tam de Patre, quam de ſpirante prædicetur, intentio quædam eſt, nõ res: quod autem eſt, tale eſt non ens; non ens autem non eſt conſtitutiuum eius, qui ſuper omne ens. Reſtat igitur aut paternitatem ſolam, aut ſpirationem ſolam, aut ambas conſtitutiuas eſſe perſonæ paternæ. At ambas impoſſibile eſt eſſe ijs rationibus: Si enim ambæ conſtituerent Patris perſonam, aut ita ambæ ſimul, & ſiquidem vtraque per ſe conſtitueret; duas formas Pater haberet, & conſequenter duæ perſonæ eſſent. Hoc quod diximus patet, cum enim illæ ſint rationes diſtinctæ, ſi quælibet earum eſſet perſonæ conſtitutiuæ, cum conſtitutiuæ formaliter diuerſæ ſint reſpectu diuerſorum conſtitutorum, ſequitur id, quod diximus, tanquam duas perſonales formas habens. Quemadmodum ſi quis homo duas haberet animas, quod abſurdum eſt. Quod ſi non vtraque per ſe, ſed ambæ ſimul, neque qui diceret Patrem ſolum, ſignificaret perſonam paternam, neque qui diceret ſpirantem, huius tamen totum contrarium eſt in vſu: omnes enim Doctores, & omnis ſcriptura cum dicunt Patrem, diuinam eius perſonam ſignificant: noſtri etiam, cum dicunt ſpirantem, ipſum Patrem ſolum putant ſignificare. Igitur nec ita ambæ ſimul ſunt conſtitutiuæ perſonæ, vt vtroque nullo modo, ſed ambæ ſimul conſtituant; nec vt vtraque per ſe conſtituat. Sed neceſſario alterum quidem ſolum conſtituit perſonam, alterum verò ſequitur iam conſtitutam perſonam. Reſtat igitur aut paternitatem eſſe conſtitutiuam, & propriam Patris formam, ſpirationem verò ſequi eum iam conſtitutum, aut è conuerſo ſpirationem eſſe conſtitutiuam perſonæ pa-

ternæ,

ternæ, paternitatem ſequi perſonam iam conſtitutam. At ſi ſpirare quidem conſtituit, paternitas verò, & ipſum generare ſequitur, abſurdum quid, & quod præter omnium Doctorum traditionem eſt, ſequitur: quod tale quid eſt, principia, & immediata cuiuſque operatio ab eius conſtitutiua forma prodit; omnes autem aliæ operationes per hanc primam videlicet operationem, vt puta ex anima, quæ eſt conſtitutiua Petri forma, prima & immediata operatio eius prodit, quod eſt viuere: deinde per eam, ſcilicet tanquam per cauſam, ſine qua non, omnes aliæ operationes prodeunt, ſpeculari videlicet, docere, texere &c. Per viuere namque, quæ eſt prima, & immediata eius operatio, omnes aliæ efficiuntur. Si igitur & perſonæ paternæ ipſum ſpirare eſſet conſtitutiua forma, eſſet ſpiratio quidem prima eius, & immediata operatio; per hanc autem generaretur Filius, quo fieret vt non Spiritus per Filium procederet, vt Theologi aſſerunt, ſed Filius per Spiritum generaretur. Quæ cuncta veritati contraria, & Patrum traditionibus, & communi eorum vſui ſunt. Et cum hæc abſurda ſint, reſtat paternitatem conſtituere perſonam paternam, & hanc eius eſſe incommunicabilem formam, ſpirationem ſequi iam conſtitutam eius perſonam.

Non quidem accipitur hic accidens propriè quod realiter ab eo, cui accidit, diſtinguitur vt accidens, cum nihil in Trinitate ſit accidens. Verum ſecundum naturam, & eſſentialiter, ideſt neceſſariò, & per ſe tanquam quoddam ſui naturam, & eſſentiam in eo neceſſariò conſequens, & ipſum quidem generare primam, & immediatam operationem perſonæ paternæ eſſe, ipſum verò ſpirare fieri per generare, non tanquam per principium, ſed per aliquid neceſſarium, quod præexigitur. Et hæc quidem prædicta ſint tanquam ad quæ ſequuntur neceſſaria.

Item hæc etiam tanquam communia præſupponantur: eorum, quæ in Deo dicuntur quædam ſunt communia omnibus perſonis, vt bonus, ſapiens, & omnia abſoluta, ſimiliter omnes negationes, quæ per excellentiam reſpectu ad creaturam de eo dicuntur, vt inuiſibile, incomprehenſibile, & huiuſcemodi.

Item quæcunque relationem ad creaturam ſignificant,

vt creator, iudex, & ſimilia: hæc itaque communia ſunt omnibus perſonis; quædam verò ſunt propria, & horum quædam ſunt propria duabus perſonis comparatione ad reliquam, quemadmodũ Filio, & Spiritui à principio eſſe, Patri, & Filio mittere Spiritum: hic capitur mittere, vt importat relationem originis inter mittentem & miſſum, & per conſequens diſtinctionem realem. Aut quod Spiritus dicatur Patris, & Filij. Quędam propria vnius perſonæ, & horum rurſus quædam ita propria perſonalia ſunt, vt etiam conſtitutiua ſint, vt paternitas, filiatio, ſpiratio paſſiua. Quædam & ſi vni ſoli inſunt, non tamen conſtitutiua perſonarum ſunt, ſed quædam notiones, quemadmodum Patri notionale ingenitum eſſe Ingenitum capitur hic pro improducto. Hæc igitur trium perſonarum communia perſonalia ſunt, nec illa, quæ duabus comparatione ad tertiam propria ſunt; nec illa, quæ vni quidem propria ſunt, ſed ita propria, vt notionalia, & ſequentia: illa verò ſola ſunt perſonalia, & perſonarum conſtitutiua propria paternitas, ſcilicet filiatio, & paſſiua ſpiratio, quę verò duabus propria comparatione ad tertiam ſunt, hæc notionalia ſunt duarum perſonarum. His præſuppoſitis probabimus Spiritum ſanctum ex Patre per Filium, ipſo iuuante, & ex Patre, Filioque procedere.

Argumenta probantia Spiritum Sanctum ex Patre per Filium, & ex Patre, Filioque procedere.

PEr primam, & immediatam vniuſcuiuſque operationem, omnes aliæ operationes eius fiunt, prima verò, & immediata Patris operatio eſt generare: per generare igitur ſpirandi actio fit, & ex Patre per Filium Spiritus ſanctus procedit. Quod autem velit hoc, quod dicimus per Filium, & quod ipſum per cauſam, ſiue principium medians ſignificet, ex hoc non intelligimus, quod Filius ſit principium medians quantum ad ſpirare, ita quod Pater non immediatè ſpiret Spiritum ſanctum; ſed ſpiret eum mediante Filio, tan-

quam

quam cauſa ſecundaria, ſicut Deus mouet Cælum intelligentia mediante. Tenemus enim cum Auguſtino, quod Spiritus immediatè ab vtroque procedit: ſed intelligimus quod Filius, qui eſt Spiritus principium: eſt medians quantum ad eſſe inter Patrem, & Spiritum ſanctum, cum prius naturaliter intelligatur à Patre productus, quàm Spiritus ſanctus ab vtroque, ſufficienter in ſermone de vnione probauimus.

Item Spiritus ſanctus aut ex ſolo Patre procedit, aut non ex ſolo Patre: inter contradictoria nanque nihil eſt medium. At non poteſt dici quod ex ſolo Patre procedat: igitur non ex ſolo Patre. Quod ſi non ex ſolo Patre, igitur etiam ex Filio. Quod autem non ex ſolo Patre procedat, probatur primò quidem, nuſquam reperitur hoc dictum, neque apud ſcripturam canonicam, neque apud Doctores. Quod verò non fuit ab aliquo iſtorum dictum, non eſt audendum dicere. Deinde cum ſpirare non primam, nec immediata ſit eſſentialis actio Patris, ſit per primam vt dictum eſt. Accipitur hic (per) prout importat habitudinem cauſæ, ſine qua non: quia ſpirare neceſſariò præſupponit generare, non prout importat habitudinem principij; quia generatio non eſt principium ſpirationis; cum ſpiratio Filio conueniat, cui non conuenit actura generatio, quæ eſt ipſum generare, & generatio: quare neceſſe eſt vt Filius ex hac operatione participet, & per eum Spiritus ſanctus procedat: cum enim omnia ſint communia Patri, & Filio præter conſtitutiuas perſonarum proprietates, communis ei erit vis etiam ſpirandi, quæ naturalis quidem Patri, non tamen conſtitutiua perſonæ eius eſt, vt dictum eſt. Quare Spiritus ex Patre, & Filio, vel ex Patre per Filium procedit. In Theologia namque (per) & (ex) nihil differunt. Quod ſi quis dicat communem ergo licet & Spiritui ſancto hanc vim ſpirandi eſſe, vim ſpirandi, ideſt, actiuam ſpirationem, ſiue diuinam naturam coniunctam actiuæ ſpirationi tanquam eſſentialem, & naturalem, Omnia enim eſſentialia ipſi quoque communia ſunt. Diſcat is hoc impoſſibile eſſe, eò quod opponitur eius proprietati: non enim poteſt idem ſui ipſius eſſe principium. Vnaquæque enim diuinarum perſonarum manens in

eo,

eo, quod eſt, & ſuam proprietatem perſonalem ſeruans: communia etiam inuicem habet omnia eſſentialia. Manens enim Filius in eo quod Filius eſt, vt B. Baſilius ait, habet omnia quæcunque & Pater: igitur Spiritus etiam manens in eo quod Spiritus eſt: habet omnia quæcunque & Pater, & Filius. Proprietati itaque eius oppugnat ſui ipſius principium eſſe: Et ideò ſpirationem actiuam habere non poteſt. Sed dicet aliquis fortaſſe, quod ſi non ſit ei communis ſpirandi vis, erit ei ſaltem communis generatiua potentia, quemadmodum Filio ſpiratiua: at non lateat eum, hoc etiam impoſſibile eſſe: principio quod cum generandi potentia, ideſt actualis generatio conſtitutiua ſit perſonæ paternæ, & incommunicabilis alteri, vt probatum eſt, impoſſibile eſt alteri perſonæ eam eſſe communem quemadmodum eſt Filio ſpiratiua. Deinde quia implicat contradictionem, ſi enim idem generaret Filium, & procederet ex eo, eſſet ad idem & principium, & quod eſt à principio, quod eſt contradictio. At ideò, dicet quiſpiam, hoc inconueniens ſequetur, quia præſupponitur Filium ſpirare Spiritum: Quod ſi non præſupponeretur, licet ſolum quod Spiritus cum Patre generet Filium, non relinquetur huic inconuenienti locus. Cur enim non potius Spiritus cum Patre generet Filium; quam Filius cum Patre ſpiret Spiritum. Si quis hæc dicit: primò quidem ſe ſciat quærere quæ nemo vnquam nec cogitare quidem auſus eſt: deinde potentia, ideſt actualis generatio quidem generatiua præcedit ſpirandi potentiam tanquam prima, & immediata Patris operatio, vt probatum eſt: & ideò non poteſt eſſe communis Spiritui, ſpirandi verò potentia cum ſequetur Filij generationem, & per eius generationem, vt probatum eſt, fiat, non impoſſibile, imò neceſſarium eſt, vt ſit ei communis cum Patre. Quod ſi quis rurſus propter hæc dicat, igitur minor eſt Spiritus ſanctus & Patre, & Filio, ſi quidem Pater generat Filium, & ſpirat Spiritum: Filius & ipſe cum Patre ſpirat Spiritum, Spiritus verò nec Filium generat, nec ſe ipſum, nec alium Spiritum ſpirat. Vana ratio eius eſt, & contra ſe ipſum, qui hæc dicit, concludit. Si enim nullius perſonæ principium eſſe, imperfectionis, & minutionis ſignum in Trinitate putandum eſſet, pauciorum quoque perſona-

rum

rum cauſam eſſe imperfectionis eſſet, Filius igitur cum vnius perſonæ dumtaxat, videlicet Spiritus principium ſit, minor eſſet hac ratione Patre, qui ambarum perſonarum eſt principium. At hoc inconueniens eſt etiam ſolum cogitare. Igitur illud quoque ſimpliciter abſurdum eſt. Principium enim prout eſt actui coniunctum, vel à principio eſſe cum de perſonalibus proprietatibus ſit, neque maius, neque minus alterum altero vel eſſe, vel dici facit.

Item ſi vis actualis generatio generandi, atque ſpirandi, ideſt actualis ſpiratio ita eſſet propria perſonæ paternæ, vt vtraque per ſe conſtitueret eius perſonam, vniuſcuiuſque verò operationis principium eſt forma; duæ formæ (per formas intelligimus principia harum duarum operationum) eſſent principia. Sed vnaquæque forma, ideſt vnumquodque principium operationis conſtitutiuæ cum illa operatione aliquam perſonam conſtituit; ſicut eſſentia, quæ eſt principium generationis actiuæ cum ipſa generatione Patrem conſtituit, & ſic Pater eſſent duæ perſonæ. Hoc autem inconueniens eſt. Vis igitur ſpirandi, ideſt actiua ſpiratio non conſtituit perſonam Patris. Quod ſi non conſtituit, communis igitur eſt etiam vel alijs perſonis, vel alicui earum: non vtrique ſimul, neque Spiritui ſolum, cum ipſe ſeipſum ſpirare non poſſit. Eſt igitur communis Filio. Spiritus igitur ex Patre, Filioque procedit.

Item communiter omnes Doctores fatentur Spiritum ſanctum prodire ex Filio: hoc autem naturaliter intelligendum eſt; nihil enim in Deo eſt præter naturam, neque per accidens. Si igitur naturaliter, & ſecundum naturam Spiritus ex Filio prodit, in diuinis verò dupliciter poteſt aliquid ſecundum naturam prodire, aut per generationem, aut per ſpirationem; per generationem verò non prodit ex eo, eſſet enim Spiritus Filius Filij: prodit igitur per ſpirationem; & ex eo procedit.

Quod ſi quis dicat, dicere eum prodire à Filio, gratiam, & operationem eius in nos ſignificat; vnum hoc refugium eſt. Nam & ſi gratiam quandam nos participamus, & non ſubſtantiam Spiritus: (ſubſtantia namque Dei imparticipabilis eſt) non tamen prodit ex Filio non ſubſiſtens gratia, ſed ipſa diuina Spiritus perſona. Quod patet ex alijs

cla-

clarioribus, & apertioribus Doctorũ verbis, cum eum dicunt emanare, oriri, ſcaturire, elucеſcere à Filio. quæ cuicunque non excæcato ipſam ſubſtantiam Spiritus non participationem, nec temporalem dumtaxat emiſſionem ſignificant? Talis igitur perſonalis Spiritus ex Filio progreſſus, aut naturalis, aut ſeruilis eſt; & cum non ſit ſeruilis, neceſſariò naturalis eſt. Naturalis verò ex Filij ſubſtantia Spiritus ſancti progreſſus quid nam aliud ſit præter eius proceſſionem neque fingere facile eſt.

Item Spiritum ſanctum ex ſubſtantia Patris, & Filij eſſe, & ex ſubſtantia eorum eſſe communiter omnes Orientales, Occidentaleſque Patres clamant. At in ſancta Trinitate quod ex ſubſtantia alicuius eſt, ex perſona quoque eius ſit neceſſe eſt: igitur Spiritus, cum ex ſubſtantia Filij eſſe dicatur ab omnibus Doctoribus, ex eius quoque perſona eſt. Quod autem id, quod eſt in Trinitate ex alicuius ſubſtantia, eſt etiam ex eius hypoſtaſi ſiue perſona, hinc patet, ſubſtantia, vel eſſentia, & hypoſtaſis, ſiue perſona in vnaquaque diuinarum perſonarum vnum ſunt realiter, & ita vnum, vt ratione tantum diſtinguantur. Si enim realiter ſubſtantia, & perſonæ diſtinguerentur, eſſent profectò ſicuti tres perſonæ realiter, ita tres eſſentiæ; vel ſubſtantiæ, vel poneretur in Trinitate quaternitas rerum. Tres videlicet perſonæ realiter diſtinctæ, & tres ideò res, & eſſentia, quæ quarta res eſſet à perſonis realiter diſtincta. Horum autem vtrumque contra fidem eſt. Quare diſtinctio quidem hypoſtaſis, & eſſentiæ rationis eſt. Vnitas verò realis, contra quam in nobis hominibus eſt, etenim in nobis vnitas quidem naturæ, ſiue humanitatis cum vniuſcuiuſque perſona rationis eſt. diſtinctio verò realis eſt. Alia namque res eſt humanitas ipſa, alia huius perſonæ indiuiduatio. Quare quemadmodum ſumus multæ perſonæ, ita etiam multi homines. Quo fit, vt quod ſit ex natura alicuius hominum, non neceſſariò etiam ſit ex eius perſona; in ſancta verò Trinitate è conuerſo eſt, vt dictum eſt. Vnitas eſſentiæ, & perſonæ eſt realis, diſtinctio verò rationis: quare quod ex eſſentia alicuius perſonarum eſt, ex perſona quoque eius neceſſe eſt eſſe: Si igitur Spiritus ex natura, & eſſentia Filij eſt, vt in pleriſque locis tum alij Doctores, tum vel maximè

Cyrillus probat, ex perſona quoque eius eſt. At noſtri aiunt, ideò hæc dicuntur à Doctoribus, vt conſubſtantialitas comprobetur, & vt oſtendatur Spiritus eiuſdem eſſe ſubſtantiæ cum Filio. Hoc autem quantò verius eſt, tantò magis pro Latinis facit. Tunc enim magis eiuſdem ſubſtantiæ Spiritus cum Patre, & Filio eſt, cum ex eorum ſubſtantia, perſoniſque eorum prodeat, hoc eſt procedat. Dicatur enim clariùs propter eos, qui vim verborum ignorant. Nam ſi hoc ſolum conſubſtantialitatem ſignificaret, vt noſtri homines putant, diceretur etiam Pater ex ſubſtantia Filij, & Spiritus ſancti, vel Filius ex ſubſtantia Spiritus. Sed hoc nec auſus eſt, nec audebit aliquis dicere.

Præterea cum eſſentia nec generet, nec ſpiret ſecundum Theologos, item etiam ſecundum Philoſophos; & ipſi enim vbique dicunt operationes indiuiduorum eſſe, non vniuerſalium, & generum; Me enim non homo ſimpliciter, ſed quidam homo genuit. Si igitur operationes indiuiduorum non vniuerſalium ſunt, nec ſubſtantiæ ſimpliciter, quid aliud intelligendum eſt, cum eſſentia Filij audiamus, & ex ea Spiritum prodire, niſi diuinam eius perſonam?

Amplius nec hoc nos lateat, quod qui hæc dicebant ſancti Doctores contra Arianos, & Eunomianos ſe opponentes hæc dicebant. Qui Filium ex Patre, & Spiritum ex Filio eſſe dicentes, ex ſubſtantia tamen eorum eſſe negabant; cum dicerent Filium & ſi ex Patre, non tamen ex eius eſſentia, ſiue natura, ſed voluntate natum fuiſſe. Spiritum verò ipſum etiam ex Filio non tamen eſſentialiter, ſiue naturaliter, ſed voluntariè. Quare Filium minorem Patre, & alterius ſubſtantiæ, Spiritum minorem Filio, & alterius eſſentiæ aſſerebant: Treſque in diuinitate ponebant eſſentias. Patres igitur, & ſancti Doctores opinionem eorum tanquam falſam refellentes non ex Filio ſolum, ſed ex eius ſubſtantia conabantur Spiritum ſanctum eſſe probare. Similiter Filium non ex Patre ſolum, verum etiam ex eius eſſentia. Conſidera ergo quomodo ad hoc, quod Hæretici dicebant ex voluntate, non eſſentia Filij Spiritum

eſſe, ſe opponebant Doctores, ex eſſentia Filij illum eſſe aſſeuerantes: ad hoc autem, quod illi dicebant ex Filio eſſe, nullus contradixit, nec dixit non eſſe illum ex Filio, tanquam & ipſi hoc idem ſentientes, & dicentes eſſe ex eſſentia Filij; idem & ipſi intelligentes, ac ſi dicerent ex eſſentia, & perſona eius; & nos hoc idem dicentes.

Item Beatus quidem Baſilius in primo contra Eunomium, Filium ait, ordinem habere naturalem ad Patrem, & qualem illud ad ignem, quod ex eo eſt, & cauſatum ad cauſam. Idem etiam Spiritum ſimilem ordinem ad Filium habere aſſeuerat: Magnus verò Athanaſius & apertius ait, qualem ordinem, & naturam habet Filius ad Patrem, talem ordinem, & naturam habet Spiritus ad Filium. Ex his talis fit ſyllogiſmus, talem ordinem, & naturam habet Spiritus ad Filium, qualem Filius ad Patrem; ſed Filius ad Patrem naturalem ordinem habet, qualem cauſatum ad cauſam: igitur & Spiritus ſanctus naturalem ordinem habet ad Filium, qualem cauſatum ad cauſam; igitur Filius etiam cauſa, ſiue principium eſt perſonæ Spiritus ſancti.

Item cum naturalibus rebus omnis cauſa præcedat cauſatum tempore, cauſatum verò poſterius ſit ſua cauſa; ideò quidam audientes cauſam, & cauſatum in Trinitate, & præſertim Ariani, & Eunomiani ex humanis, & naturalibus exemplis arguebant contra coæternitatem Trinitatis, Filium poſteriorem Patre tanquam cauſatum ab eo, & Spiritum Filio poſteriorem tanquam cauſatum ab eo probare volentes: Egregius Nyſſenus eis contradicens, & coæternitatem trium perſonarum probare proponens in primo ſuorum contra Eunomium librorum proportionem quandam Filij ad Patrem, & Spiritus ad Filium facit, Patrem quidem dicens cauſalitatis ratione ſolum præintelligi ante Filium, non autem tempore; & ideò non poſſe ſequi, quod non ſint coæterni: Filium autem & ipſum præintelligi ante Spiritum ratione cauſalitatis, & non aliter. Ita vt clarè pateat per hunc ſanctum Doctorem Filium cauſam eſſe Spiritus: quemadmodum enim, inquit, coniungitur Patri Filius, ita & Spiritus coniungitur Filio; & rurſus quemadmodum Pater

præ-

præintelligitur ante Filium, non aliqua temporali diſtantia, nec realiter, ſed intentione, ratione cauſalitatis; ita & Filius præintelligitur ante Spiritum ſimiliter intentione ratione cauſalitatis.

Item & ſi in rebus humanis ſenſibilibus non omne exemplar alicuius cauſa etiam eius eſt; in artificiatis enim exempla eorum non ſunt etiam effectiuè cauſa eorum: attamen quod naturaliter eſt alicuius exemplar etiam in ipſis rebus humanis cauſa eſt imaginis, cuius exemplar eſt; multò igitur magis in diuinis, vbi & omnia alia, & ipſum exemplar naturaliter accipitur (nihil enim ibi præter naturam eſt) hæc propoſitio verificatur, videlicet, quod in diuinis perſonis alicuius exemplar eſt, & cauſa eius eſt, cuius eſt exemplar, at ille magnus Gregorius miraculorum auctor, & inde nominatus, Filium exemplar Spiritus dicit. Patet igitur quod etiam cauſam eius putabat. Hoc idem à ſimili probari poteſt. Magnus enim Baſilius exemplar Filij Patrem ponit in quarto contra Eunomium: Gregorius verò prædictus oratione, quæ incipit, Hoſtes, & alieni à Catholica fide ſunt, qui Filium ex non ente dicunt; Filium exemplar Spiritus docet. At Baſilius Patrem tanquam cauſam Filij eius exemplar ponit; igitur Gregorius etiam Filium tanquam cauſam Spiritus eius exemplar aſſeuerat.

Item ſanctus Baſilius, & plurimi alij Doctores Filium imaginem Patris, Spiritum imaginem Filij dicunt. Filium item operationem Patris, Spiritum operationem Filij; Filium verbum Patris, Spiritum verbum Filij; Filium fragrantiam Patris, Spiritum fragrantiam Filij. Sed ſecundum illa omnia dicitur Filius eſſe Patris tanquam ex Patre; igitur & Spiritus ſanctus ſecundum eadem dicitur eſſe Filij tanquam ex Filio.

Item ſi Spiritus non eſſet ex Filio; non diſtingueretur ab eo perſonaliter: quod cum falſum, & abſurdum ſit; reſtat, vt ex Filio ſit. Quod autem non diſtingueretur ab eo perſonaliter, ſi non eſſet ex eo, hinc patet. Vnaquæque cauſa, vel principium alicuius rei dupliciter dicitur principium eius, & cauſa; vno modo vt quod, alio vt quo, puta forma, quæ eſt in anima facientis, qua ſimilem

facit effectum id quod facit. Quare omne agens ſimile ſibi agit ſecundum formam, quæ agit; verbi gratia; huius imaginis cauſa eſt & ipſe pictor tanquam quod, & forma pictoris tanquam quo, cui ſimilem pictor facit imaginem. Simili modo etiam in diuinis perſonis Pater quidem, hoc eſt eius diuina perſona; cauſa tanquam quod; diuina verò eius eſſentia tanquam quo: hæc enim eſt forma, cui ſimilia fiunt quæ ex eo prodeunt. Quare Filius quoque & Spiritus ſanctus conſubſtantiales ei ſunt, eo quod omne quidem producens ſimile producit formæ qua producit. Deus verò & Pater producit Filium, & Spiritum diuina eſſentia; & ideò conſubſtantialia ſibi producit. Si igitur Pater ſolus produceret Spiritum ſecundum eos, qui ita aſſerunt, tunc nulla diſtinctio eſſet Filij à Spiritu ſancto, cum nulla ſit differentia, nec in producente (idem enim eſt Pater) nec in forma, qua producit (eſt enim eadem diuina eſſentia) nec in ipſis productis, ſunt enim eiuſdem formæ vnius videlicet, & communis diuinitatis: præſertim cum nulla illic materia ſit, ex qua diſtinctio fieret. Ex quibus ſequeretur nullam eſſe eorum diſtinctionem ad inuicem: reſtat igitur aut Spiritum eſſe Filij cauſam, aut Filium Spiritus; ad hoc vt ſit diſtinctio. At primum non eſt; igitur ſecundum eſt verum.

Item mitti in diuinis à cauſa eſſe ſignificat, cuius teſtis eſt Beatus Ioannes Chryſoſtomus ad Arianos quærentes quomodo eiuſdem eſſet eſſentiæ, qui mittit, & qui mittitur in trigeſima nona homilia ſuper Ioannem hoc modo reſpondens. rurſus ad res humanas ſermones tuos adaptas, nec conſideras quod hæc ideò dicta ſunt, vt etiam cauſam ſciamus, & non incidamus in Sabellij hæreſim; ſed Spiritus mittitur ex Filio; igitur ex eo eſt.

Item iſta mittendi potentia cum ſit & in Patre, & in Filio ſecundum quam ambo mittunt Spiritum ſanctum; quam etiam noſtri concedunt, aut eadem eſt in Patre & Filio, aut alia, & alia: ſed ſi alia, & alia, erit & maior, & minor, & conſequenter miſſiones diuerſæ: quare nec vna potentia, nec vna eorum operatio erit. Et cum quorum potentiæ diuerſæ, eſſentiæ quoque eorum diuerſæ ſint,

al-

alterius, & alterius eſſentiæ erunt Pater, & Filius: ſed hæc omnia abſurda, & contra Catholicam fidem ſunt; non igitur eſt alia, & alia; igitur eadem: ſed in Patre potentia mittendi Spiritum ſanctum eſt eadem cum potentia ſpirandi illum, ſemper enim ſpirat Pater Spiritum ſanctum, & ſpirans illum mittit. Igitur etiam Filius ſimul cum potentia ſpirandi, & ſpirans illum mittit; ergo & Filius ſancti Spiritus eſt productiuus. Illa verò quam quidam aiunt ſecundam, & temporalem miſſionem, cum nihil eſt, cum etiam per prædictam ſoluitur rationem: Quanquam etenim nuſquam hæc duplicitas proceſſionum reperiatur; tamen dato etiam quod ſit aliqua ſecunda miſſio, quæ communis ſit Patri, & Filio ſecundum Patrem eam, & ſimilem ei habebit: nihil enim eorum, quæ communia ſunt Patri, & Filio, diſſimile in altero eorum eſt; ſed Pater mittendi potentiam habet vna cum potentia ſpirandi, igitur & Filius cum ſpirandi potentia habebit potentiam mittendi.

Item quod natura alicuius eſt, etiam ex eo eſt, ſecundum quod dicitur eſſe illius: Spiritus verò ſanctus eſt Filij, & patet quod natura, non enim præter naturam, nec, vt ſeruus. Eſt igitur Spiritus ſanctus vt Spiritus ſanctus, videlicet vt diuina perſona in Trinitate ex Filio.

Item Spiritus ſanctus eſt nomen relatiuum. Dicitur enim Spiritus Patris, Spiritus Filij: ſi enim eſſet abſolutum, non diceretur alicuius. Nullum enim abſolutum ſecundum quod ſignificatur à nomine dicitur alterius; ſed ſecundum aliquem alium reſpectum: quemadmodum homo, cum ſit abſolutum, non dicitur alicuius homo, ſed quod ſeruus, vel Filius: ſed Spiritus ſecundum ſignificatum huius nominis Spiritus dicitur Spiritus Filij, quemadmodum & Patris. Eſt igitur relatiuum, & conſequenter refertur ad ſpirantem. Eſt igitur Spiritus Patris, & Filij tanquam à ſpirantibus, & producentibus illum. Quod ſi quis dicat, ideò dicitur Spiritus Filij, quia ex eo mittitur, falſa ratio eſt, è conuersò namque quia eius eſt, mittitur ex eo, priora enim ſunt cauſa poſteriorum. prius autem eſt quod Spiritus ſit Spiritus Filij, poſterius verò quod mittatur ab eo. Siue enim iſtam temporaneam miſſionem di-

tas poſterior, & abſque dubio quanquam ſit eius Spiritus: ſiquidem hoc æternum eſt; ſiue æternam miſſionem intelligas, hoc etiam modo mente præintelligitur, quod Spiritus ſit Spiritus Filij: quia eſſe quidem Spiritum Filij Spiritum intelligere vt habere, & mittere verò vt dare: habere autem præintelligitur prius quam dare. Quare pro nobis hæc ratio facit. Quia enim natura eſt eius Spiritus, natura illum mittit: proceſſio verò naturalis in diuinis cum aut per generationem, aut per ſpirationem fit, hæc autem non ſit per generationem, relinquitur quod eſt per ſpirationem. Miſſio igitur ex Filio Spiritus eſt eius ab eo ſpiratio.

Item Spiritus ſanctus accipit à Filio. Ille enim, ait, ex meo accipiet; quod autem accipit eſt eius eſſentia: nec enim eſt aliud ipſe, aliud eius eſſentia, eſſet enim compoſitum. Cum igitur ſummè ſimplex ſit, eſſentiam ſuam, & eſſe accipit ex Filio. Hoc enim quod dicit ex meo accipiet, non quemadmodum aliqui putant ex meo Patre intelligendum eſt: primò quia hæc loquutio neque Græca, neque Latina eſt. Nam ſi cum dicitur ex meo, ſubintelligendum eſſet Patre, hoc meo eſſet pronomen generis maſculini: nullus autem vel in Græca, vel in Latina lingua edoctus aut maſculini, aut fœminini generis pronomen profert, niſi cum additione meus frater, vel meus amicus, aut mea ciuitas, vel domus dicens. Meus etenim ſimpliciter abſque additione, non magis Patrem, quam hoſtem ſignificat. Deinde ab ipſa intentione Saluatoris hæc ratio vana probatur. Omnia enim, inquit, quæcunque habet Pater, mea ſunt. Ideò dixi ex meo accipiet, & annunciabit vobis. Ita vt tale ex ijs, fiat argumentum: Spiritus accipit ex ijs, quæ Patris ſunt: Igitur Spiritus accipit ex meis, vel ex meo. Et cum ipſe, & ſua vnum & idem ſint propter ſummam ſimplicitatem, accipiendo de ſuis, accipiet ex eo. Huius autem ſententię ſanctus quoque Athanaſius eſt, ait etenim, non enim verbum à Spiritu accipit; ſed Spiritus à verbo. Quid igitur accipiat à Filio conſiderandum eſt, patet quod ſapientiã, & ſcientiã, ex meo enim, inquit, accipiet, & annunciabit vobis. Annunciare enim nihil aliud eſt, niſi docere, & illuminare Apoſtolos. Hoc autẽ eſt ſapientiæ opus; igitur ſapientiã à Filio accipit Spiritus. Quid igitur

abſ-

abſque ſapientia ſpiratus fuit à Patre, & ideò oportuit eum à Filio excipere ſapientiam? aut aliud eſt eius eſſe, aliud ſapientia? At hæc abſurda ſunt. Idem enim eſt ſapientia, & eſſe eius, & à quo accipit eſſe, ab eodem accipit ſapientiam: & cum ſpiratur, & accipit eſſe, & ſubſiſtere, etiam accipit ſapientiam. Cum igitur ſapientiam à Filio quoque accipit, ipſum eſſe & ſubſiſtere, ſimul ab eo accipit: igitur Filius etiam eſt ei cauſa eſſendi quemadmodum & Pater:

Item ſi Spiritus accipit à Filio; ergo Filius dat ei; ſed ipſum dare in diuinis perſonis ſignificat idem quod producere. Chryſoſtomus etenim illud Euangelicum exponens, omne iudicium dedit Filio, ait, & vt diſcas, quod dedit idem eſſe atque generauit; audi alias auctoritates, ex quibus hoc ſignificat. Quemadmodum enim Pater habet vitam in ſemetipſo, ita dedit Filio vitam habere in ſemetipſo. Quid igitur primo genuit eum, & deinde dedit ei vitam? ergo abſque vita genitus eſt. Sed hoc nec dæmones quidem dicent, vna enim cum impietate magna etiam ignorantia eſſet hoc dicere. Quemadmodum igitur dedit ei vitam pro eo, quod genuerit eum vitam intelligendum eſt; ita & illud dedit ei iudicium pro eo, quod iudicem eum genuit, capiendum eſt. Similiter igitur cum Filius det Spiritui ſapientiam, producit illum ſapientiam, eſſe ſcilicet, & ſubſiſtentiam ei dans, quam accipit cum ſpiratur ab eo. Igitur ſpirationis etiam Filius cauſa, ſiue principium eſt.

Item Filius de ſe quidem ipſo dicit; quæ audiui à Patre meo, annunciaui vobis: de Spiritu verò, non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur. Quod igitur ſignificat de Filio hoc, quod audit à Patre, idem & de Spiritu ſignificat ipſum audire, ſed de Filio ipſum audire ſignificat eſſe à cauſa, & ipſum generari. Audire enim nihil aliud eſt, niſi ſapientiam, & ſcientiam accipere: Filius autem non primo natus, deinde poſtea accepit ſcientiam, vel ſapientiam, ſed natus eſt ſapientia; in ipſo generari accipiens ſcientiam, & ſapientiam, & cætera omnia, que idem ſunt cum eius eſſentia: hanc igitur accipit à Patre cum audit ab eo, & audire eius generari eſt. Igitur & audire Spiritus ſancti non ſignificat niſi quod à cauſa eſt, & ſpiratione eius. Quare à quo audit, ab eo etiam procedit: ſed non ſolum

à Patre audit, ſed etiam ex Filio, quod ex ipſis verbis Saluatoris apparet, vbi dicit, ex meo accipiet, & annunciabit vobis. Annunciandi nanque cauſa eſt Spiritum audire: & eiuſdem annunciandi hoc quoque cauſa eſt, quod ex Filio accipit. Quare ex Filio accipere, vel audire vnius, eiuſdemque rei, videlicet annunciandi cauſa eſt. Igitur in diuinis idem eſt audire, & accipere, & cum accipiat ex Filio; igitur audit etiam ex eo. Eiuſdem ſententiæ ſanctus etiam Baſilius eſt in regula monaſtica, de Spiritu ſancto dicens, quod docet, & ſuggerit omnia quæcunque audit à Filio, etiam producitur ex eo; eò quod eius audire idem eſt quod procedere, vt dictum eſt.

Item eſſe Patrem aut generare non continet in ſe rationem ſpirandi, eſſet etenim Spiritus Filius, ſed Filius omnia ſimpliciter habet, quæ & Pater, præter quam quod generet, vel ſit Pater. Dicit enim ſanctus Cyrillus in ſecundo ad Hermiam, coæternum credimus Filium Patri, & omnia quæcunque æquali menſura habentem, præter ipſum generare: hoc nanque ſoli Deo, & Patri tribuitur. Idem in ſermone de Trinitate, in Filio vnigenito per omnia ſimili, & æquali Patri, præter paternitatem. Habet igitur ſpirandi potentiam Filius, cum hoc præter rationem paternitatis ſit, omnia verò Patris præter paternitatem, vel præter vim generandi, ipſe quoque habet, vt Cyrillo placet.

Item Spiritus ſanctus dicitur donum vt Patris, ita & Filij: ergo eſt ex vtroque. Antecedens omnibus Doctoribus placet, conſequens probatur: donum etenim eſt dantis, aliquid verò alicuius eſt, aut ſecundum identitatem, aut vt poſſeſſio eius, vel ſeruus, aut ſecundum originem, & cum nullus modorum priorum conueniat, cum dicimus Spiritum ſanctum donum eſſe Filij, reſtat vt ſecundum tertium modum originis, videlicet dicatur Spiritus ſanctus Filij donum: ergo Filius eſt eius origo, & cauſa.

Item Gregorius Nyſſenus in homilia ſuper Pater noſter, quæ incipit, quando Moyſes populum Iſraeliticum ad montem diſcendi cauſa adducebat; diſtinctionem diuinæ Trinitatis tradens, Patrem quidem a Filio, & Spiritu ſancto diſtinguit, eò quod ipſe quidem abſque cauſa eſt, illa vo-

verò à cauſa: Filium verò, & Spiritum ſanctum, quibus commune eſt quod à cauſa ſint, diſtinguit ab inuicem, eò quod ille quidem ex Patre eſt, hic verò ex Patre, & Filio: Ita enim in antiquioribus codicibus ſcribitur. Quare manifeſtè etiam ſecundum iſtum Doctorem Spiritus eſt ex Filio. Quod ſi qui ſecundum moderniores libros Spiritum Filij dicant eſſe ſcriptum non ex Filio, nec hoc modo tamen aliquid plus habebunt. Idem enim concludetur etiam ex hoc. Patet nanque quod cum Filio, & Spiritui ſancto commune ſit principiata eſſe (diximus pluries quomodo capiunt ſancti Doctores Græci cauſatum, & principiatum in diuinis videlicet pro eo, quod eſt à principio ſiue creata eſſe) quærit quomodo diſtinguerentur ab inuicem, & aſſerit, quod quanquam commune habeant hoc, quod ambo ſint cauſata, ſiue principiata, tamen Filius ex Patre dicitur, & vltra non procedit eius proprietas, Spiritus verò & ex Patre dicitur & vnà cum hoc etiam Filij eſſe teſtantur Scripturæ. Quare Spiritus Chriſti quoque Spiritus eſt; Filius verò nec eſt Spiritus, nec dicitur. Et hoc putat hic ſanctus Doctor ſatis eſſe ad diſtinguendum, quod Spiritus dicatur Spiritus Filij, Filius verò non dicatur Filius Spiritus. Si igitur quod Spiritus dicatur Spiritus Filij, diſtinguit illum à Filio; ſecundum autem noſtros nil aliud illum à Filio diſtinguit, niſi diuerſus proceſſionis modus ipſum videlicet ſpirari. Idem ergo eſt Spiritum eſſe Filij Spiritum, atque ex Filio procedere. Cuius ergo dicitur Spiritus, ex eo etiam procedit: dicitur autem Filij Spiritus tanquam & Patris; igitur etiam ex Filio quemadmodum ex Patre procedit. Et notandum quod vana eſt quorundam expoſitio dicentium propter conſubſtantialitatem dici Spiritum Filij Spiritum: cum hic ſanctus Doctor tanquam diſtinctiuum hoc accipiat. Quæ verò propter conſubſtantialitatem dicuntur, vniunt, non diſtinguunt. Si igitur non propter conſubſtantialitatem dicitur Spiritus Filij, omnes demonſtrationes Latinorum potiſſimum; & abſque aliqua contradictione remanent: quibus ex eò quod Spiritus dicetur Spiritus Filij, etiam ex Filio eum procedere probant. Per hanc enim falſam expoſitionem, aliqui eas euertere conantur propter conſubſtantialitatem, putantes dici Spiritum Filij. Hanc ſen-

ſententiam Gregorius Nyſſenus vt falſam manifeſtè reprobat, accipiens illud tanquam diſtinctiuum. Sed cum ad oſtendendam quidem huius concluſionis veritatem, Spiritumque ſanctum ex Patre & Filio procedere probandum, multa argumenta, multæ auctoritates, multæ rationes ſint, ſatis tamen ex prædictis tibi puto feciſſe.

Solutiones inconuenientium, quę à Græcis opponuntur Latinis, & cæteris rectè ſentientibus.

CVM verò quædam inconuenientia nobis, qui veritatem confitemur, ab illis inferuntur: qui, nec quid dicant, ſciunt, nec de quibus aſſerunt, illa quidem, quæ contra argumenta probantia veritatem opponuntur, in ipſiſmet argumentis breuiter ſoluimus, vt vidiſti. Eorum verò, quæ cōtra ipſammet concluſionem inferuntur, eligens potiora, & quæ magis veriſimilia videntur, ſolutiones pro poſſe, paucis & ſufficienter hic inferam; vt tibi oratio iſta, quam fieri poteſt, completa ſit, & ad omnia ſufficiens. Quanquam hæc inconuenientia non contra nos inferuntur, nec nos tenemur reddere rationem: ſed contra ſanctos Doctores, qui nobis huius dogmatis, huiuſque concluſionis principes, & auctores fuerunt: & non ſolum contra Occidentales, qui apertiſſimè docent concluſionem, ſed non minus contra Orientales. Ab ipſis igitur etiam ſolutiones quærendæ ſunt, non à nobis, quod & fecerunt, Spiritu ſancto præuidente omnes inſurrecturas hæreſes. Attamen nos etiam ab illis illuminati, & ab alijs viris beatis, qui ampliſſima de hac re opera ſua nobis reliquerunt, ad ea noſmetipſos opponemus. Putant igitur Patrem & Filium aut in vnam confundi perſonam, ſi quis ex vtroque procedere Spiritum ſanctum dicat, aut duas cauſas, duoque principia, neceſſe eſſe ponere; vtrunque verò horum abſurdiſſimum eſt. Nos verò ad confuſionem quidem perſonarum hęc dicimus: quod ſi operationem ſpirandi conſtitutiuam perſonæ paternæ poneremus, tunc ſequeretur

hoc

hoc inconueniens, & Filius eſſet vna, eademque perſona cum Patre: Cum verò conſtitutiua quidem paternalis perſonæ paternitas, & ipſum generare probatum fuerit, ſpirare verò proprietas quædam ſequens eius perſonam iam conſtitutam; cur ille, cui communis eſt cum Patre non conſtitutiua proprietas, vna, eademque perſona cum ipſo eſſet? Quemadmodum enim commune habens Filius cum Patre, quod Spiritus dicatur Spiritus eius, prout Patris; item quod ab eo mittatur prout à Patre, tamen non eſt eadem perſona cum Patre, eo quod non eſt conſtitutiuum, nec quod Spiritus dicatur Spiritus Patris, nec quod à Patre mittatur. Item & ſi commune habeat cum Patre ſpirandi potentiam, non ideo in eandem cum eo confunditur perſonam: cum ſpirare non ſit paternalis perſonæ conſtitutiuum. Quare donec non probetur ſpirandi potentiam paternalis perſonæ conſtitutiuam eſſe, nec confuſio perſonarum inde probari poterit. Sed ſpirandi potentiam conſtitutiua eſſe, probari non poteſt. cum quia ſequeretur quod Pater haberet duas perſonas, & duas hypoſtaſes, vt in principio probatum eſt; hoc autem inconueniens: tum quia hæc petitio principij eſſet. Ponere nanque potentiam ſpirandi conſtitutiuam eſſe perſonæ Patris, & ex Patre ſolum Spiritum procedere, vnum & idem eſt. Quare qui hoc dicit, petit principium. Cum autem hoc non probetur, nec confuſio perſonarum ſequitur, quanquam ſint qui credant. Dictum eſt autem in ſuperioribus quænam eorum, quæ de Deo dicuntur, communia ſunt: quæ propria, & propriorum quænam duabus perſonis propria: quæ verò vni ſoli: eorum quæ vni ſoli, quænam ita propria ſunt, vt & perſonalia, ſiue hypoſtatica ſint: quæ verò ita propria vt notiones non vt hypoſtatica: quale ipſum quoque ſpirare dictum eſt eſſe. Igitur ex ijs, quæ nunc dicta ſunt, & ex ijs, quæ in ſuperioribus præſuppoſita fuerunt, huius inconuenientis ſolutio patet. Nec habet quiſquam amplius accuſare Latinos, quod confuſionem introducant perſonarum. De duabus verò cauſis, ſiue duobus principijs, quæ in theologiam Latini introducere quidam autumant, hocque inconueniens magis eos ſequi, quam vmbram corpora putant: quid dicemus? Nempe hoc in primis dicendum eſt, quod ipſa ſola auctoritas Sanctorum ſufficiat fidelibus, neceſſe eſt: qui vtrumque

dixerunt, & quod Spiritus à Patre procedit, & Filio, & quod tanquam ab vno principio: Non enim duo principia Spiritus ſunt Pater, & Filius, inquit, Auguſtinus, ſed vnum eius ambo principium ſunt; quemadmodum creaturæ non tria principia, ſed vnum ſunt Pater, & Filius, Spiritus ſanctus, ipſa Trinitas Deus. Quam igitur aliquis hac apertiorem quærat ſolutionem, quam Spiritus ſanctus per huius ſanctiſſimi Patris os, & doctoris locutus eſt. Non enim lateat nos quod idem inconueniens multorum videlicet principiorum, & multorum Deorum in productione etiam creaturæ ſequeretur. Si quis non piè conſideraret, quod à fide Chriſtiana eſt alienum, & conueniens Gentilibus. Hoc enim eſt de quo maximè nos Gentiles accuſamus, quod multos videlicet introducebant Deos, multoſque creatores. Cum igitur nos etiam tres diuinas perſonas creaturæ cauſam & principium credamus, nos etiam hoc inconueniens ſequeretur, & multa videremur ponere principia, multaſque diuinitates; ſi quis non rectè intelligat. Sed audi quomodo ſancti Doctores ſapientiſſimè hoc ſoluunt: Nam & ſi Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum creaturæ cauſam eſſe credamus: quoniam tamen ad Patrem omnia referuntur, & quia ab eo habent & Filius, & Spiritus ſanctus, & ipſum eſſe, & creandi potentiam: Si enim Pater non eſſet, Filius, & Spiritus ſanctus, nec creandi potentiam haberent, nec omninò eſſent, item quoniam vna, & eadē numero, & communi diuinitate, ſiue diuina eſſentia prodeunte, ideò meritò vnus Deus, & vnus Creator ſunt.

Item quoniam vna, & eadem numero potentia erat cum Patre; Filius, & Spiritus ſanctus ex vna, & eadem numero, & communi diuinitate; ſiue diuina eſſentia prodeunte: ideò meritò vnus Deus, & vnus creator ſunt. Hoc idem igitur de proceſſione Spiritus ex Patre, & Filio ſufficiens ſit illis, qui de hoc quæcunt. Quoniam etenim vna, & eadem ſpirandi potentia ex vna, & eadem eſſentia prodeunte Pater, & Filius Spiritum ſanctum ſpirant: & quoniam à Patre hanc ſpirandi potentiam Filius habet, ideò vnus ſpirator, vna cauſa, & vnum principium proceſſionis Spiritus ambo ſunt. Hæc igitur vt dictum eſt ſufficerent non contendentibus propter Doctorum auctoritatem, idem tamen ratione quoque probatur; cum enim duo ſint, ad quæ omne productum refertur, forma videlicet, ſe-

ſecundum quam producitur & ſuppoſitum, aut perſona, ex qua, ſi Pater, & Filius, quemadmodum duo ſunt ſecundum perſonas, ſi ita & forma, ſecundum quam producunt, duo eſſent, tunc neceſſariò duo eſſent principia Spiritus, cum verò & ſi perſonis duos eſſe fateamur, forma tamen, qua producunt vnum numero ſint, & omninò indiſtincti (eſt enim ipſa diuina eſſentia vna, & eadem numero communis ambobus, ſecundum quam ambo Spiritum producunt) non eſt neceſſe, imò impoſſibile eſt, duo principia dicere. Eſt etenim vna numero eſſentialis actiua ſpiratio, quæ cum eis propria ſit, non poteſt tamen eſſe communis Spiritui ſancto, eò quod vt ſæpius dictum eſt opponitur eius proprietati. Omnia enim eſſentialia communia Filio, & Spiritui ſancto cum Patre ſunt; ſaluis tamen eorum proprietatibus. Omnia enim eſt Filius quæcumque & Pater, Baſilius, & cæteri Doctores aiunt, manens in eo, quod eſt Filius, videlicet in eius proprietate. Quanquam etenim æqualis, & ſimilis ſit Patri: generare tamen ſe ipſum non poteſt cum ſit eius proprietati oppugnans: Eodem modo Spiritus quoque & ſi omnia communia habet cum Patre, & Filio, ſeruet tamen ſuam proprietatem neceſſe eſt: quia ſpirare ſe ipſum non poteſt, cum hoc oppugnet eius proprietati. Ex his igitur clariſſimè patet falsò Latinos accuſari, quod duo ponant in diuinitate principia: Item aut perfecta eſt, aiunt, ex Patre proceſſio, & ſuperfluit illa, quæ ex Filio eſt, aut ſi hæc neceſſaria eſt, imperfectè ex Patre procedit. Hoc verò inconueniens eſt, imperfectam operationem dicere Patris, & ad ſuam perfectionem Filio indigere. Ad quæ reſpondemus, illos, qui hæc dicunt, ideò errare, quia omninò duos eſſe putant Patrem, & Filium, & eorum operationes, humanis exemplis inhærentes, quia vident duorum hominum duas eſſe operationes numero, & ſi ad vnum effectum tendant, & diſtinctas ab inuicem, putant idem contingere etiam in Deo. Quod abſurdiſſimum eſt. Namque Pater, & Filius perſonis ſolummodo diſtincti, in cæteris vnum, & idem ſunt: quo fit, vt etiam ſpirandi potentiam vnam, & eandem numero habeant, & ſimul non ſeorſum, nec hic prius, alter poſterius; nec hic alia, alter

alter alia ſpiratione ſpiret Spiritum, vt ij, qui corporales in omnibus ſunt, putant: ſed ſimul, & abſque tempore, vna eademque numero ſpiratione perfectè ambo, & ſupra omnem perfectionem eum ſpirent. Neceſſe enim eſt, eadem totiens ad eos dici, qui totiens audientes non intelligunt, aut quid iſti dicent, ſi quis eos è contra interroget, ſi perfectam credunt mundi ex Patre creationem, an non? Si enim perfectam, quare Filium quoq; & Spiritum creatores nominant. Si verò imperfectam, & ideò Filium, & Spiritum Patri aſſociant, conſiderent quid dicant. At perfecta quidem ex Patre mundi creatio, vna verò eademque numero Filij, & Spiritus operatio ad eius creationem eſt, & non alia Patris, alia horum; tunc enim haberent locum hæc puerilia dubia. Ita igitur & in propoſito perfecta quidem, & ſuper omnem perfectionem eſt Spiritus ex Patre proceſſio: eadem verò & vna numero ex Filio quoque eiuſdem Spiritus ſpiratio eſt, non alia, & alia, nec aliter, & aliter, nec prior, & poſterior, ſed ſimul eadem, & ſimiliter cum vna, & eadem numero ſpirandi potentia Spiritum ambo ſpirant. Et nullus rurſus blaſphemiæ hinc rationem accuſet, audiens nos ex creatura arguentes. Et ideò putet Latinos Spiritum ſanctum inter creaturas ponere; fuerunt etenim, & ſunt, qui in hanc etiam proteruiam, & inſaniam deuenerunt, vt hoc quoque Latinis imputare auderent. Hæc enim aut ſtultorum, aut iocari volentium ſunt; aut illorum, qui ignorant ſanctos Patres, & Doctores ſæpius à creatura, & ſenſibilibus exēplis manuducētes nos ad credendum res intellectuales, & inuiſibiles, atque diuinas ab eis, quæ & exile veſtigium diuinæ ſimilitudinis habent, illa probantes pro poſſe. Trinitatem etenim perſonarum Orientales quidem, intellectu, verbo, & Spiritu; item oculo, fonte, & fluuio: rurſus ſole, radio, & luce; Occidentales verò alijs ſimilibus oſtendere conantur. Quamuis vnumquodque eorum exemplorum & ſi ratione tria ſint, vna tamen hypoſtaſis, ſiue ſubſtantia realiter eſt. Patres tamen non putarunt propterea propoſitam veritatem offendere, ſed quantum intentioni eorum conueniebat ex ijs exemplis accipientes, reliquum, tanquam alienum à veritate, repellebant. Et nemo eos nec accuſauit, nec accuſabit, donec mentis compos eſt; quod talibus vſi fuerint exemplis.

plis. Quomodo igitur Latinos rectè quis accuſabit, ſi ad oſtendendam vnam eandemque numero eſſe ſpiratiuam in Patre & Filio potentiam, vtantur exemplo ab omnibus conceſſo, vna eademque numero à Trinitate entium creatione? aut quomodo propterea calumniari eos aliquis audebit, quod Spiritum ſanctum cum creaturis connumerent? præſertim cum nullus eorum, qui nunc viuunt Latini, nec qui poſt diuiſionem & infauſtum, infelixque illud ſchiſma fuerunt, hoc primò dixerit; ſed illi priſci Sancti, illi antiqui Doctores, illa luminaria magna, quorum ſonus in omnem terram exiuit, & verba in fines orbis terræ, quique à nobis, & noſtris, vt præcipui Doctores, & Sancti meritò celebrantur, hæc exempla & inuenerint, & dixerint. Auguſtinus etenim, qui profunditate ſcientiæ omnes antecelſit, ſanctitate, & feruore charitatis in Deum nulli cedit: Auguſtinus eſt, inquam, qui hæc eiſdem verbis dicit, Patrem & Filium ſcilicet principium eſſe Spiritus ſancti. Quemadmodum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum vnum principium creaturæ credendum eſt. Accuſent ij, qui facilè cuncta audent, & Beatum Athanaſium, qui in Dialogo Orthodoxi cum Ariano diſſimilem Filium Patri, & Spiritum Filio, & Patri ponente, ita dicit: Dei natura cum Filij, & Spiritus ſancti cauſa eſt, tum omnis creaturæ; & ſimili audacia aut Filium, & Spiritum cum creatura ponant: aut creaturam cum Filio & Spiritu ſancto vt Deum colant, cum eandem numero cauſam eſſe Dei videlicet & creaturæ, ſanctus Doctor docuerit. Sed hæc impudentium, & ignorantium hominum ſunt. Etenim cum inconuenientia, quæ quidam contra veram noſtram concluſionem ſuis rationibus inferre ſolent, hæc potiſſimum ſint; & ad hæc ſi qua alia ſunt, referantur: patet, quod illis, Deo fauente, ſufficienter ſolutis, cætera etiam ſimul corruunt, & quæ ad hæc dicta ſunt, & ad omnia etiam illa ſufficiunt.

Expo-

Expoſitio auctoritatum Doctorum quorundam, quæ Latinis contrariæ eſſe videntur.

CÆterum reſtat conſiderare quæ à quibuſdam auctoritatibus Doctorum oppoſitis, vt arbitrantur, Latinis & huius dogmatis veritati arguunt, putantes contradictionem ex eis concludere: quarum vna quidem eſt illa, quam in Theologicis ſuis Beatus Ioannes Damaſcenus ait: Spiritum Filij dicimus, ex Filio verò non dicimus. Altera verò Sanctiſſimi Dionyſij Areopagitæ in lib. de diuinis nominibus dicentis, ſolus fons diuinitatis, qui ſupra omnem ſubſtantiam eſt, Pater eſt. Nam & ſi aliquæ aliæ reperiantur, eiuſdem tamen ſententiæ ſunt; & ad hæc tanquam potiſſima, & quæ videntur expreſsè Latinis eſſe contraria, referuntur. De ijs ergo duabus duntaxat conſiderandum eſt. Ad illud ergo, quod Ioannes Damaſcenus ait, audi quam ſimpliciter, quam iuſtè, quamque ſufficienter ad perſuadendum pro Latinis, & eorum opinione confirmanda reſpondebimus. Nullum dicimus nomen ita ſufficiens eſſe, vt vnum ſolum poſſit præcisè ſignificare, quod in diuinis exprimere volumus, quo fit, vt multis, & diuerſis altero vnam, altero aliam rem nec tunc complctè ſignificemus. Cum enim hæc nomina & verba à nobis inuenta ſint, & qui natura regimur, & qui naturalibus rebus ea ſignificandis imponimus, nec inuentoris, nec eorum, quibus imponuntur, naturam excedere poſſunt: ideòque diuinas res completè ſignificare minimè poſſunt. Quare imperfectionem nominum non attribuendam eſſe rebus diuinis, omnis, qui rectè ſapit, affirmat. Sed cum alijs nominibus diuinas res exprimere non poſſimus, vtendum quidem his conſuetis nominibus eſt. Vtendum tamen inquantum rebus ſignificatis conueniunt, imperfectionem eorum, & ſi quid inconuenientiæ ſecum portant, refellendo, & per aliud nomen defectum alterius ſupplendo. In quæſtione itaque propoſita, videlicet in proceſſione Spiritus ex Patre, & Filio, duo hæc neceſſa-

ceſſariò exiguntur: vnum, quod Pater, & Filius æqualiter, atque ſimpliciter Spiritum ſanctum ſpirent, non vnus perfectè, alter imperfectè; hoc enim contrarium eſt fidei veritati. Alterum, quod Filius vt in alijs, ita etiam in ſpirando relationem, & ordinem habeat ad Patrem. Vtrumque enim horum inſunt Patri, & Filio. Summa etenim eſt in eis & potentiæ æqualitas, imò identitas, & ſummus ordo. Quæcunque enim Filius, habet, ipſum etiam ſpirare Spiritum, habet à Patre. Si igitur vnum nomen eſſet ſufficiens, & ſummam potentiæ eorum identitatem, & ſummum ad inuicem ordinem ſimul ſignificare, illo profectò omnibus alijs poſtpoſitis vtendum eſſet. Nunc verò non ſolum impoſſibile eſt vnum tale reperire nomen: & ideò neceſſariò vno nomine alterum horum, altero verò alterum exprimendum eſt. Verum etiam hæc diuerſa nomina ad hoc quod vtrunque per ſe vnum tantum ſignificatum prædictorum ſignificant, etiam imperfectè illud vnum ſignificant. Quare nos rectè quidem, & pid quid rei ſignificandæ conueniat recipientes; reliquum, & quod imperfectionis eſt, repellimus. Tales ſunt ex præpoſitiones, ex, videlicet, &, per. Præpoſitio nanque ex, æqualitatem quidem, cum de aliquibus duobus, vel pluribus accipitur, ſignificat: ordinem verò vnius ad alterum minimè. Si quid enim ex duobus fieri dicimus, puta ſi quod pondus ex duobus trahitur, ſimiliter quidem, & æqualiter eorum ex vtroque trahi, quoad vim præpoſitionis ſignificamus. Ordo verò vnius ad alterum non inde apparet. At præpoſitio, per, è conuerſo ordinem quidem ſignificat, æqualitatem verò minimè. Si quid enim ex aliquo per aliquem eſſe, aut fieri dicatur, manifeſtè apparebit illum, de quo dicitur, per, ordinem quendam ad illum, de quo præpoſitio, ex, prædicatur, habere; & hunc ab eo accepiſſe id, quod per eum fit. Aequalitas verò horum ad inuicem minimè ſignificatur. Minoris nanque potentiæ ſemper, & auctoritatis eſt ille, de quo præpoſitio, per, prædicatur. Vnde ſancti Patres, & Doctores cùm Orientales, tùm Occidentales, cum ad potentiæ æqualitatem, imò identitatem Patris, & Filij, reſpiciunt: ex Patre, & Filio dicunt Spiritum

ſanctum procedere, & eſſe. Cum verò ordinem eorum ad inuicem oſtendere volunt, ex Patre per Filium eum procedere, & ex Patre per Filium, ſiue ex Deo per Filium, eum eſſe docent. Sunt tamen nonnulli ſanctorum, quorum aliqui maioris fecerunt ordinem, vt maior pars Orientalium: aliqui æqualitatem, ſiue identitatem, vt plurimi Occidentalium. Et quemadmodum Occidentales pluris facientes æqualitatem ſæpius vtuntur, ex: ita Orientales, qui ordinem maioris exſtimant, cum quibus & Beatus Ioannes Damaſcenus connumeratur, per, vt plurimum vtuntur, raiò admittentes præpoſitionem, ex. Non ſibi inuicem contradicentes, ſed diuerſa ſignificata diuerſis nominibus exprimentes. Quare de mundi creatione, & ſi abſque vlla ambiguitate ex Filio etiam omnia producta ſint prout ex Patre, rariſſimè tamen reperies apud Doctores præſertim Orientales, quod mundus ſit productus ex Filio, ſed ſemper per Filium, ob illud Ioannis; omnia per ipſum facta ſunt. Ita magis ordini adhæſerunt Patres Orientales; & ideò vtuntur, per; quæ ſola ordinem ſignificat. Præterea lingua Græca per hanc præpoſitionem, ex, principalem ſignificat cauſam: qualem Filium eſſe, vel Spiritus, vel mundi, nullus omninò concedet: Quare fugiunt Doctores de Filio ipſa, ex, vti, ne quis eum principalem cauſam putaret: & non ſolum ipſa, ex, verùm etiam nomen cauſæ fugiunt de Filio dicere reſpectu ad creaturam; quanquam & Filius, & Spiritus paſſim ab omnibus fidelibus cauſa mundi eſſe credantur, & vnà cum Patre cauſa, timentes ne quis propterea principalem cauſam eum eſſe putet; à quo vt falſo ſibi cauent. Vnam enim principalem & Deitatis, & creaturæ cauſam ſciunt Patrem videlicet ſolum. Si igitur Latini cum ſanctis Occidentalibus ex Patre, & Filio Spiritum ſanctum dicentes, non principalem cauſam Filium ponunt, ſed eorum potentiæ identitatem, & æqualitatem per hoc profitentur: Damaſcenus verò principalem cauſam negans, quæ per, ex, ſignificari ſolet, habuit reſpectum ad ordinem, & ideò vtitur, per, ex Patre per Filium procedere Spiritum aſſerens, per quem Filij ad Patrem ordo manifeſtatur, æqualitatem, ſiue identitatem eorum potentiæ,

nec

nec ipſe negans, quomodo magis inuicem conſona dicantur? Ipſe enim eſt, qui de Patre, ipſe quidem eſt intellectus Verbi abyſſus. Verbi genitor, & per verbum ſpirator declaratiui Spiritus. Et rurſus, Spiritus verò ſanctus declaratiua abſconſæ diuinitatis potentia Patris, ex Patre per Filium eſt procedens. Quod autem per hanc præpoſitionem, per, tum per hunc, tum per alios Doctores, Filius quoque cum Patre cauſa ſubſtantiæ Spiritus oſtenditur, ſatis in oratione de vnione à nobis probatum eſt, præſertim cum addatur hoc verbum procedere. Quod etiam ſecundum noſtros nihil aliud, quam ipſum eſſe perſonale Spiritus ſancti ſignificat. Et ad auctoritatem quidem Damaſceni hæc ſufficiant.

Ad illa verò ſancti Dionyſij, ſolum fontem diuinitatis Patrem dicentis, vt clarius appareat auctoritatem illam non habere illum intellectum, quem noſtri putant, audiendum eſt primò illos Doctores, qui etiam Filium dicunt fontem Spiritus ſancti, non dico gratiarum Spiritus non ſubſiſtentium; hac enim abutuntur ad omnia huiuſcemodi reſponſione: ſed ipſius perſonæ Spiritus ſancti; Primo itaque Athanaſius in ſua contra Arianos oratione illud Pſalmi, quoniam apud te eſt fons vitæ, exponens, ſciebat etenim, inquit, Pater videlicet apud ſe habens Filium fontem Spiritus ſancti. Patet igitur quod ipſam perſonam Spiritus hic dicit non gratiam non ſubſiſtentem: habemus enim à ſancto Baſilio traditam regulam, quod cum audimus Spiritum cum additione ſanctum, nil aliud, quam perſonam Spiritus intelligere debemus. Cum igitur hic Filius fons Spiritus cum additione ſancti dictus ſit, patet, quod perſonæ eius fons dictus eſt. Deinde quoque ipſe magnus Baſilius, qui hanc nobis tradidit regulam, fontem Spiritus ſancti Filium nominat, dicens, fons vitæ Filius, ait enim Dauid ad Patrem, quoniam apud te eſt fons vitæ: & rurſus alius Propheta dicit de Iudæis, me dereliquerunt fontem aquæ viuentis. Aqua verò viuens dicitur Spiritus ſanctus. Et notandum quod Spiritum ſanctum dicit ſignificans ipſam eius perſonam; perſona verò Spiritus ſancti Deus eſt; Filius igitur cum ſit fons Spiritus ſancti, fons

eſt diuinitatis manifeſtiſſimè. Quare cum ſancti Dionyſij illa auctoritas, ſolum fontem diuinitatis Patrem inquientis prædictis Sanctorum auctoritatibus non contradicat; (nefas eſt enim etiam cogitare quod ſancti Doctores inuicem contradicant) aliud quam vulgus putat, intelligit; nec ideò dicit hæc ille Doctor, quaſi negans Filium eſſe fontem Spiritus ſancti, ſed ipſe quoque vnà cum prædictis Doctoribus eum fontem eſſe Spiritus ſancti dicit, hoc eſt, eius perſonæ. His igitur declaratis reſpondemus, quod non omnimodam diuinarum perſonarum diſtinctionem ab inuicem hic, vt noſtri falsò arbitrantur, ſanctus Doctor tradere propoſuit; & patet, quia nullam Filij diſtinctionem, & Spiritus ſancti tradidit. Non igitur omnium triũ perſonarum ab inuicem diſtinctionem, ſed Patris duntaxat ad reliquas tradit. Patrem igitur in parte ad Filium comparans, & eorum ab inuicem diſtinctionem tradens, ſolum fontem Patrem ait, ac ſi diceret Patrem quidem fontem Filij eſſe, Filium verò fontem Patris minimè eſſe. Et quod de Patre, & Filio dumtaxat hic ſpeculetur, à ſequentibus manifeſtatur. Ea etenim, inquit, quæ ſunt generationis diuinæ, quæ ſuper omnem ſubſtantiam eſt, non conuertuntur ad inuicem. Hoc enim nomen generationis diuinæ Patrem, & Filium dumtaxat reſpicit, cum ille generet, hic generetur. Hoc autem manifeſtius apparet, cum ſubiungit, cum Pater non ſit Filius, nec Filius Pater: Patet igitur quod generare & ipſam paternitatem ſoli Patri tribuens, ſolum fontem eum ait diuinitatis, ac ſi diceret, ſolus Pater, ſolus generans eſt, nec ipſe generatus, nec Filius generans, cum ea, quæ ſunt generationis diuinæ non conuertantur ad inuicem. Et hæc quidem vera eius auctoritatis expoſitio ſimul & ſolutio eſt. Quod ſi quis etiam diceret Patrem ſolum fontem generationis diuinæ, quæ ſupra omnem ſubſtantiam eſt; tanquam qui ſolus Filij ſimul ac Spiritus principium ſit, & ſolus fons non ex fonte: Filius verò ſit quidem fons, Doctoribus ita docentibus, ſed fons ex fonte: huius autem ſententiæ & Beatus Auguſtinus in quarto de Trinitate eſt; ait etenim, & quod dicit Dominus, quem ego mittam vobis à Patre, probat Spiritum ſanctum & Patris eſſe, & Filij. Etenim cum dixiſſet, quem mittet Pater,

ad-

addidit in nomine meo: non tamen dixit, quem mittet Pater à me, quemadmodum dixit, quem ego mittam vobis à Patre, oſtendens videlicet quod totius diuinitatis, vel vt melius dicatur, Deitatis Pater eſt principium. Hoc Beatiſſimo Doctore, quem digniorem quæremus mentis Dionyſij expoſitorem? quis hoc melius intellexit? in quo vt illo Spiritus ſanctus locutus eſt? quod enim ille dixit ſolum fontem Diuinitatis, quæ ſuper omnem ſubſtantiam eſt, hic totius Deitatis principium inquit: cum Pater ſcilicet à nullo principio ſit, ſed ipſe ſit Filij, & Spiritus ſancti principium, Filius verò principium habens Patrem, ipſe etiam principium ſit Spiritus ſancti. Sed ne te offendat rurſus nomen totius Deitatis, nec opponas toti partem, tanquam ſi Filius partis eſſet principium. Deitas enim non eſt partibilis. Hic verò defectum imbecillitatis nominum eſt, quem qui ad res ſignificatas transfert, non rectè, nec piè agit. ad exponendam igitur auctoritatem prædictam, & oppoſitionem inde ſummotam ſoluendam & ſi multi alij modi eſſent; tamen quæ dicta ſunt, ita manifeſta, & clariſſima ſunt, vt ſola ſufficiant. Probato enim quod Filius ſit etiam fons Deitatis, ſiquidem fons Spiritus ſancti eſt ſanctorum Patrum ſententia, Spiritus verò ſanctus Deus eſt: quibus Beatum Dionyſium contradicere nullus fidelium dicet: reſtat vt hoc, quod dicit Dionyſius, ſolum fontem Deitatis Patrem eſſe, ſecundum prædictos modos, aut alterum illorum, & non aliter dixerit.

Breuis Epilogus omnium, quæ dicta ſunt in hoc opere.

EGo quidem tua gratia, clementiſſime vir, quod petijſti pro poſſe compleui. Quæ enim acta in Concilio fuerunt ex parte narraui: vtriuſque quæſtionis rationes breuiter reddidi. Quæ inferuntur inconuenientia contra veritatem concluſionis ſiue ex rationibus aduerſariorum, ſiue ex auctoritatibus Doctorum ſolui. Et quidem vt puto ſufficienter. Ex quibus, ni fallor, fidei noſtræ veritas clariſſimè probata eſt. Tuum verò erit, & aliorum, quorum in manus hoc opus legendum peruenerit, attentè abſque paſſione ſæpius eadem legere, & rele-

gere; & benè quæ in eo dicta ſunt contemplari; fortaſſis etenim non inutilis, neque labori noſtro inconueniens vos fructus ſequetur; ſed qualis maximi exiſtimandus eſt. Siquidem veri nec inquirendi fructuoſior labor eſt, nec inuenti pretioſior fructus. Sed ante omnia ſanctorum Patrum, & Doctorum Occidentalium auctoritates, quas cum his ſimul ad te mitto, legentes, attentè ex his colligetis problematis huius clariſſimam veritatem. Si qui verò non veritatis, ſed contentionis amici, aut meis rationibus, aut dogmati Latinorum inſtantias inferant: eos deridentes, & per Patrum auctoritates faciliimè arguentes; omnis etenim ratio his contradicens reprobanda eſt, tanquam veritati contraria, ſiquidem Patres veritatem locuti ſunt. Tu verò vnà cum occidentalium Patrum teſtimonijs etiam aliquas orientalium auctoritates à nobis accipe, vt etiam iſtos eadem illis dicentes, intelligas; & non ſolum ſententia, verum etiam ipſis verbis eos plerunque eſſe concordes.

EIVS-

EIVSDEM CARD.

BESSARIONIS

AD GRAECOS

EPISTOLA

EXHORTANTIS EOS
ad obedientiam Sacroſanctæ Romanæ
Eccleſiæ, & ſuſceptionem Synodi
Florentinæ, & de electione ſua
in Patriarcham Conſtan-
tinopolitanum, Græ-
cè, & Latinè.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ PETRI ARCVDII

GRæci noſtri mortuo Ioſepho Patriarcha Conſtantinopolitano Florentiæ, noluerunt alterum eligere, & in locum demortui ſubſtituere, quem confirmaret ſummus Pontifex Eugenius IV. quod dicerent non eſſe moris eum eligendi extra Conſtantinopolim. Quibus excuſando ſe humaniſſimè Pontifex reſpondit, ſe non poſſe deponere Latinum Patriarcham titularem, niſi Græci proponerent alterũ Græcum ibi vbi celebrabatur Concilium, à ſe confirmandum. Quem autem poſteà Conſtantinopoli primùm elegerint, non adeò conſtat. In hiſtoria quam ſcripſit noſtra ætate Theodoſius Zygomalas ad Martinum Cruſſium hæreticum, fertur fuiſſe Gregorius Protoſyngelus, vt notauimus in 2. libro de Sacramentis verſus finem. Doctiſſimus Caryophyllus in libro quinque capitum, quem in linguam tritam, & vernaculam Græcorum vertit, ex alijs hiſtoricis colligit fuiſſe Beſſarionem, quod ego non credo, feciſſet enim alicubi ea de re Beſſarion mentionem. Ferunt eum facere mentionem in hac ipſa Epiſtola cùm dicit, ſe habuiſſe inter Græcos ſummos honores. At hoc veriſimile eſt eum dicere propter doctrinam & prudentiam. alioquin etiam imberbem & iuuenem apud Imperatores præ cœteris ephebis in honore habitum fuiſſe teſtatur. Sed eum, aiunt, ſubſtituiſſe Romæ Cardinalem creatum. Si intelligant Beſſarionem poſt Concilium non fuiſſe reuerſum in Græciam, falſum eſt, vt conſtat ex epiſtola Beſſarionis ad Laſcarim Philanthropinum, circa procemium, vbi reperiuntur hæc verba,

μετὰ τὴν γινομένην ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὴν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἡμῶν ἐπάνοδον, poſt celebratum ſacrum Concilium, & noſtrum in Conſtantinopolim reditum. Si autem intelligant eum breui ſubſtitiſſe in ea Vrbe & reuerſum fuiſſe in Italiam, quamuis non ſit certum, tamen fieri poteſt, & tunc debuit hiſtoricus dicere, quamuis Conſtantinopoli præſens electus fuerit, noluit tamen acceptare. Secundum aiunt fuiſſe Metrophanem, quem mordaci ſcommate per contemptum vocabant μητροφόνον, & φρατριάρχην, tertium Gregorium Protoſyngelum, qui fuit à confeſſionibus Ioannis Palæologi Imperatoris, & tenuit locum Alexandrini in Synodo. Hi omnes fuerunt ex Patribus Concilij, qui ſubſcripſerant, & permanſerunt conſtantes in concordia, & vnione cum Eccleſia Romana. Porrò de Gregorio Protoſyngelo ſiuè fuerit primus, ſiuè tertius, hoc certum eſt, eum ſpontè ceſſiſſe Patriarchatu, & eo munere dignitatis ſe abdicaſſe, immò & Romæ ſe recipiſſe, ac inhabitaſſe monaſterium S. Georgij in Velabro, prope Forum Boarium. Hoc totum contigit tempore Nicolai V., qui etiam ſcribit ad Conſtantinum poſtremum Imperatorem, & eum hortatur, vt proprium Patriarcham, non vt quendam aliquem tenuis fortunæ ſacerdotem miſerè viuere ſinant, ſed vt decet verum Patriarcham Conſtantinopolitanum, ſummopere ipſi commendando. rogat, vt eum redire ad ſuum thronum curet: eique reuerſo cuncti honorem, & obedientiam exhibeant. Eundem ferunt poſt obitem θαυματουργῆσαι edidiſſe miracula. De eodem Gregorio, de Iſidoro etiam Ruthenorum Antiſtite, & Beſſarione ſic ſcribit Pius Secundus libro XI. in ſuis commentarijs, circa tertiam partem libri.

Ex Commentarijs Pij II. lib. XI. circa tertiam partem libri hæc habet de Gregorio, Iſidoro, & Beſſarione.

HVnc annum Viri tres in Eccleſia præcellentes, inſignem morientes reddidere; Primus fuit Iſidorus Cardinalis Epiſcopus Sabinenſis, qui diu anteà percuſſus apoplexia (vt diximus) perdiderat ſermonis vſum: Ruthenis hic præfuerat quondam Pontifex borealibus populis Græcauicum ritum ſeruantibus. Cùm capta eſt Conſtantinopolis à Turcis, Legatum illic agebat Apoſtolicæ Sedis, iam pridem ab Eugenio Pontifice Maximo Cardinalatus dignitate donatus. In cæde Chriſtianorum, quæ ingens ibi facta eſt: iacenti cadaueris hominis, qui ſibi fuiſſet ſimilis veſtimenta ſubtraxit, & cum ſuis permutauit, cuculla, & rubenti pileo ſupra mortuum dimiſſis, ipſe tanquam vnus de plebe captus paruo pretio redemptus eſt; Cadaueri, ſuper quo inſigne Cardinalatus repertum, caput abſciſſum eſt, & haſtæ ſuffixum cum pileo per vrbem, caſtraque Turcarum per ignominiam, contemptumque ſedis Apoſtolicæ vectatum, clamitante præcone, eſſe Rutheni Cardinalis verticem. Ipſe verò paulò poſt ad Nicolaum Pontificem redijt, quem aliquot annis poſteà defuncto Gregorio Patriarcha Conſtantinopolitano, qui anno, quo Mantuam itum eſt, non ſine ſanctitatis opinione, Romæ obijt, Pius Pontifex ad Patriarchatus culmen euexit; eique fatis functo, Beſſarionem Cardinalem Tuſculanum, Virum doctiſſimum ſubſtituit, natione Græcum, genere Trapezuntinum. Sic Pius Secundus, qui deinde proſequitur in ſua hiſtoria declarare quinam ſint illi alij duo Viri præcellentes in Eccleſia Dei, qui vitam cum morte commutauerint.

Cardinalis itaque Beſſarion à Pio Secundo poſt obitum Iſidori creatus Patriarcha Conſtantinopolitanus titularis, præſentem ſatis grauem, patheticam, & elegantem ad Græcos exarauit Epiſtolam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ
ΚΑΘΟΛΙΚΗ
ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΡΔΙΝΑΛΕΩΣ
ΚΥΡΟΥ ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΟΣ.

ΒΗΣΣΑΡΙΩΝ ΕΛΕΩ ΘΕΟΥ

† A τῆς ἱερᾶς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Καρδινάλις, καὶ Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης † οἰκουμενικὸς Πατριάρχης, τοῖς τοῦ πατριαρχικοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνου, ὁποιδήποτε ὑποκειμένοις Ἀρχιερεῦσιν, ἱερομονάχοις, ἱερεῦσι, μοναχοῖς τε, καὶ λαϊκοῖς, ἠγαπημένοις ἐν πνεύματι ἀδελφοῖς, καὶ υἱοῖς, χάριν, εἰρήνην, καὶ εὐλογίαν ἀπὸ Θεοῦ παντοκράτορος βουλομένοις τε, καὶ ἐπιθυμοῦσιν, καὶ τὰ πρὸς ἐκεῖνα φέροντα, πάσῃ σπουδῇ διαπραττομένοις.

ΕΒΟΥΛΟΜΗΝ μὲν αὖ ἐν Θεῷ ἠγαπημένοι ἀδελφοί τε, καὶ υἱοί, αὐτὸς ὑμῖν παρὼν, αὐτὸς ὑμῖν διαλεγόμενος δύνασθαί τε, καὶ λαβεῖν λόγον περὶ τῶν τῇ ὑμετέρᾳ σωτηρίᾳ ἀνηκόντων, καὶ ὧν ὑμᾶς ποιεῖν τε, καὶ λέγειν ποθῶ-τι, καὶ εὔχομαι. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο τά τε περιεστάμενα ἡμᾶς πράγματα, ἥ τε τοσαύτη κωλύει τῶν τόπων διάστασις, ὃ λοιπόν τι καὶ δεύτερον, γράμμασιν ὑμῖν ἀνάγκη συνεῖναι, καὶ τῷ ἐπιστολιμαίῳ τούτῳ λόγῳ, μέρος τι ὧν ἂν αὐτοὶ παρόντες εἴπομεν, ὑμῖν ἀναγγεῖλαι. Εὔχομαι δὲ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ, κατὰ τῆς αὐτῆς ἀγάπης ὑμᾶς τῶν ῥηθησομένων ἀκοῦσαι, μεθ' ἧς καὶ ἡμεῖς αὐτὰ ἐροῦμεν. μάρτυς γάρ μοι ἐστὶν αὐτὸς, ὃν οὐδὲν, οὐδὲ τῶν ἐν διανοίᾳ λανθάνει, ὡς πρόεισι μὲν ὁ θεῖος ζῆλος, ἐπείγει δέ με ἡ τοῦ γέ-

EPISTOLA GENERALIS SAPIENTISSIMI CARDINALIS

BESSARIONIS

BESSARION MISERATIONE DIVINA Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Conſtantinopolitanæ nouæ Romæ œcumenicus Patriarcha, ijs, qui patriarchali Conſtantinopolitanæ ſedi quacunq; ratione & vbicunq; ſubſunt, pontificibus, ſacratis monachis, ſacerdotibus, monachis, & ſecularibus, dilectis in Spiritu fratribus ac filijs, gratiam, pacem, & benedictionem ab omnipotenti Deo volentibus & optantibus, omnique ſtudio conantibus, vt ea adipiſcantur.

VOLEBAM ſanè in Deo, chariſſimi fratres & filij, ipſe vobis præſens, ipſe vobiſcum differens de ijs, quæ ad noſtram ſalutem pertinent, vltro citroque ratione vti, deque ijs, quæ facere ac dicere deſidero, & precor; Quoniam verò res, quæ nos circunſtant, & tanta locorum diſtantia id prohibet, quod reliquum eſt & poſterius, literis vobiſcum verſari, & epiſtolari hac ratione partem aliquam eorum, quæ ipſi præſentes diceremus, neceſſe eſt vobis enunciare. Precor autem Deum, qui eſt ſuper omnia, vt eum eadem charitate, quæ dicenda ſunt, excipiatis, qua etiam nos ea dicturi ſumus; Teſtis enim eſt mihi ipſe, quem nihil latet, ne eorum quidem, quæ ſunt in cogitatione, quod primum quidem zelus diuinus, deinde verò amicitia noſtræ gentis excitat promere

re

νὺς φιλία κινεῖ εἰπεῖν, ἃ μᾶλλον ἐρεῖν, οὐδὲ ἡσυχάζειν ἐᾷ μὴ ἔνδηλα ὑμῖν ποιῆσαι, ἃ ὑμᾶς εἰδέναι ἀνάγκη.

Περὶ πάντων τοίνυν (ἵν' ἐντεῦθεν ἄρξομαι) μνήσθητε ἀδελφοί τε, καὶ ὑμεῖς ἐν τῷ ἀξιώματι, πόσον τε καὶ οἷον ὑπῆρξε τὸ γένος ἡμῶν, τοῦτο μὲν σοφίᾳ, τοῦτο δὲ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ, καὶ μὴν καὶ τῇ κατὰ κόσμον ἐξουσίᾳ τε, καὶ ἀρχῇ, καὶ δυνάμει. οἱ ἡμέτεροι γὰρ πάσης σοφίας, καὶ πάσης ἐπιστήμης οὐχ εὑρεταὶ μόνον ὑπῆρξαν, ἀλλὰ καὶ εἰς τέλος αὐτὰς ἤγαγον, ἐκεῖ πᾶσα ἀγαθωσύνη ἐξέλαμψεν, ἐκεῖθεν μοναρχία πάσης γῆς ἐπεκράτησεν. ἀλλά νῦν (φεῦ τῶν κακῶν) οὐ τὴν ἀρχὴν ἀπολέσαμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ δουλείαις περιφερόμεθα, καὶ ταύτης δεινῆς τε, καὶ χαλεπῆς, βαρβάρων τε καὶ ἀνόμων ἀνδρῶν (οἴμοι) δεσποζόντων ἡμῶν. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ σοφίας οὐδ' ἴχνος ἔμεινε παρά γε τοῖς ἡμετέροις· εἰώθασι γε τῆς ἐπιστήμης μετὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων κτῆσιν ζητεῖσθαί τε, καὶ ἐπιγίνεσθαι. ὧν νῦν ἡμῖν ἐκλειπόντων, διὰ τὴν τοῦ γένους δουλείαν, καὶ τὴν αὐτῇ ἑπομένην τε καὶ συνοῦσαν πενίαν, οὐδεὶς λόγος σοφίας, οὐδεμία ζήτησις ἐπιστήμης. ἀρετὴ δὲ ὥσπερ εἰς τὸ ἦθος τείνει, καὶ καλοὺς κἀγαθοὺς ἀπεργάζεται τοὺς κεκτημένους, αὕτη δὲ μένει τε, καὶ μενεῖ εἰς ἀεὶ παρά γε τοῖς ἡμετέροις. τίς τοίνυν αἰτία τοὺς τὰ ἤθη χρηστοὺς ὄντας, καὶ σοφίαν, καὶ ἀρχὴν, καὶ τὴν ἐλευθερίαν αὐτὴν ἀπολέσαι; οὐ γὰρ δὴ τύχη τε, καὶ τὸ αὐτόματον, οὐδ' ἡ ἄστατος τῶν πραγμάτων ῥοὴ, καὶ τὸ, ὡς ἔτυχε, τὴν τοσαύτην ἡμῖν ἐπήνεγκε δυστυχίαν, εἰ μή τις οἴοιτο μηδὲ διοικεῖσθαι τὰ ὄντα θείᾳ προνοίᾳ, ὃ καὶ ἐννοῆσαι ἄτοπον.

Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ τῶν ἁμαρτιῶν βάρος, καὶ πλῆθος, (ὅ τινες καλῶς τρόπον ἄλλον ποιοῦντες, καὶ ταπεινὰ περὶ ἑαυτῶν φρονοῦντες, ὡς δεῖ λέγειν εἰώθασι) καὶ τῶν παρόντων ἡμῖν κακῶν αἰτιᾶσθαι. οὐ γὰρ μᾶλλον ἡμεῖς, ἢ τὰ λοιπὰ τῶν χριστιανῶν, ὅσα δὴ διαμονοῦσιν, ἔθνη, ταῖς ἰδίαις τὸν Θεὸν παροργίζομεν ἁμαρτίαις, εἴρηται γὰρ δὴ, καὶ ἀληθῶς εἴρηται, τά γ' ἐν τοῖς ἤθεσι τοὺς ἡμετέρους μηδενῶν εἶναι χείρους, ἴσως δ' ἂν καὶ βελτίους.

Εὐ-

re quæ dicturus ſum; neque quieſcere ſinit, ne non manifeſta vobis faciam, quæ vos noſſe neceſſe eſt.

Ante omnia igitur (vt hinc exordiar) mementote fratres in Spiritu & filij, quanta & qualis fuit noſtra gens, partim quidem ſapientia, partim verò reliqua Virtute. Præterea quæ mundana eſt, poteſtate & imperio, viribuſque. Quippe noſtri non tantum totius ſapientiæ, cunctarumque diſciplinarum inuentores, verum etiam perfectores extiterunt. Ibi tota ſanctitas effulſit, inde monarchia toti orbi imperauit: Cæterum nunc (heu mala) non ſolum imperium amiſimus, ſed & ſeruitutem, & eam grauem, ac moleſtam experientia patimur. Barbaris, & impijs (heu me miſerum) nobis dominantibus. Neque id ſolum, verum etiam ſapientiæ, ne veſtigium quidem penes noſtros remanſit. Cùm poſt acquiſitionem rerum neceſſariarum quæratur & ſolita ſit aduenire. Quæ cum nos deſeruerint ob gentis ſeruitutem & eius paupertatem comitem nulla ratio habetur ſapientiæ, nulla bonarum artium inquiſitio. Virtus porrò quæ ad mores ſpectat, quæque probos, & honeſtos, ea præditos efficit, ipſa certé apud noſtros permanet, & vtinam perpetuò perſeueret. Quid igitur cauſæ eſt, cur probi, optimeque morati & ſapientiam, & imperium; atque etiam ipſam libertatem amiſerint? Non enim profectò fortuna & caſus rerumque inſtabilis fluxus, & quod aiunt, VT EVENIT, hanc tantam calamitatem nobis induxit. Niſi quis exiſtimet, ne gubernari quidem diuina prouidentia, quæ in rerum natura exiſtunt, quod vel cogitare abſurdum eſt.

Atqui neque peccatorum ponderi, ac multitudini (quæ nonnulli ſecundùm aliam rationem rectè facientes, & humilia de ſe, vt par eſt, ſentientes, dicere conſueuerunt) cauſa tribuenda eſt. Non enim magis nos, quam cæteræ Chriſtianorum gentes, quæcumque feliciter agunt, proprijs Deum peccatis irritamus; dictum eſt enim, ac verè dictum eſt, quod ſpectat ad mores, noſtri non ſunt deteriores, quam reliquarum nationum, quibuſdam verò & præſtantiores.

Igitur cauendum eſt ne forte à veritate fidei declinatio, rectorum dogmatum negligentia, ab Eccleſia Catholica diuiſio, harum calamitatum nobis origo extiterint. Huius enim mali nonnulli noſtrorum auctores fuerunt ob arrogantiam

tiam

Εὐλαβητέον οὖν μήποτε ἡ τῆς ἀληθείας τῆς πίστεως ἐκτροπή, ἢ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀμέλεια, ἢ ἀπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας διαίρεσις τῶν συμφορῶν τούτων ἡμῖν ἐχρημάτισε μήτηρ. τούτου γὰρ δὴ τοῦ κακοῦ, ἦρξαν μὲν τινες τῶν ἡμετέρων δι' οἰκείαν αὐθάδειαν, ἀρχὴν ἑαυτοῖς ἀνυπεύθυνον ἐπικτώμενοι, μετέσχον δὲ καὶ οἱ ἐπιγιγνόμενοι, οὐ δι' οἰκείαν μοχθηρίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν φθασάντων καὶ τὴν πονηρίαν τῆς λώβης πεπληρωμένοι, ἣν ἀπολύσασθαί ποτε, καὶ ἀποθέσθαι τοὺς εὖ γε φρονοῦντας καὶ προσῆκον ἐστί, καὶ σωτήριον ἅμα. διὸ καὶ ὑμᾶς ἀδελφοὶ καὶ υἱοὶ ἐν ἁγίῳ πνεύματι ποθεινότατοι παρακαλῶ τε, καὶ δέομαι, ἵνα πάσῃ σπουδῇ τε καὶ μελέτῃ ἑαυτοῖς τὴν ἀρχαίαν ἀνασώσητε εὐγένειαν, τὴν παλαιόν ποτε εὔκλειαν ἐπανακαλέσησθε, καὶ τοῖς ἀρχαίοις διδασκάλοις ἡμῶν καὶ ἁγίοις πατράσιν ἑπόμενοι (ὧν ἡ αὐτή τε τῆς πίστεως ὁμολογία, ἡ αὐτὴ τῆς εὐσεβείας ἐστὶ διδασκαλία, ἣν καὶ ἡ Ῥωμαίων νῦν ἐκκλησία ὁμολογεῖ καὶ καθέχει) τοὺς νεωτέρους δὴ τούτους, καὶ τοὺς τοῦ ἀπευκταίου τῶν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν χίσματος γενομένους αἰτίους, ἀποστραφῆτε. καὶ τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ γενομένην σύνοδον εὐλαβῶς τε ὑποδέξησθε, καὶ τὰ ἐκεῖ τοῦ θείου πνεύματος συνεργοῦντος, ὑπὲρ αὐτῆς δεδογμένα, ἀσπάσησθέ τε καὶ πιστεύητε καὶ ὑμεῖς. Πολλοὶ ἐκεῖ καὶ καλοὶ κατεβλήθησαν ὑπὲρ τούτου τοῦ δόγματος λόγοι. πολλὰ ἑκατέρωθεν τῆς οἰκείας συστατικὰ δόξης εἴρηται. τέλος ἐνίκησε παρὰ πᾶσι, τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν μίαν ἀρχὴν εἶναι τοῦ πνεύματος. καὶ ἐξ ἀμφοῖν αὐτό, ὡς ἐξ ἑνὸς ἐκπορεύεσθαι προβολέως. Πολλαὶ τῶν ἁγίων, καὶ διδασκάλων, οὐ μόνον τῶν δυτικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνατολικῶν τε, καὶ ἡμετέρων προσηνέχθησαν μαρτυρίαι τοῦτο δηλοῦσαι πολλοῖς δέδεικται λογισμοῖς. μὴ γὰρ ἀτημελῶς ἀδελφοί, μὴ παρέργως, περὶ τὸ τοσοῦτον προσηνέχθημεν πρᾶγμα; πολλὴν κατεβαλλόμεθα ἀγρυπνίαν, πολλήν, εὖ ἴστε, πεποιήμεθα φροντίδα. ἀλλὰ ἐνεδώκαμεν τῇ ἀληθείᾳ. ἀλλὰ τοῖς τῶν διδασκάλων ὑπεχωρήσαμεν. ἀπείη γὰρ ψυχῆς ἀγαθῆς, καὶ χριστιανῆς τῇ ἀληθείᾳ δειχθείσῃ, καμμύειν τὰ ὄμματα.

Μέρος τι τῶν λόγων ἐκείνων κἀνταῦθα νῦν ἐξεθήκαμεν ἄν, εἰ μὴ ὅ, τε τῆς ἐπιστολῆς ἐκώλυε νόμος, καὶ ἅμα ἄλλοθεν ἐξὸν

καὶ

tiam propriam, qui ſibi principatum nulli ſubiectum nanciſcebantur, participes verò fuerunt etiam poſteri, non quidem ob proprium vitium, ſed propter malitiam eorum, qui eos anteceſſerunt, hanc labem experti ſunt, quam prudentes abluere aliquando, ac deponere, & conſentaneum eſt ſimul & ſalutare. Quocirca etiam vos fratres & filios in ſancto Spiritu deſideratiſſimos rogo, & obſecro, vt omni ſtudio, & cura antiquam vobis nobilitatem recuperetis, & antiquum ſplendorem reuocetis, antiquos Doctores noſtros & ſanctos Patres ſequuti, (quorum eadem profeſſio fidei, eadem pietatis eſt doctrina, quam etiam nunc Romana Eccleſia profitetur & tenet) hos recentiores, & execrandi ſchiſmatis, diſſidijque Eccleſiarum Dei auctores auerſemini, & Synodum Florentiæ celebratam religiosè ſuſcipiatis. & quæ ibi diuino Spiritu cooperante pro ipſo ſancita ſunt, amplectimini, & vos credite. Multæ ibi & egregiæ pro hoc dogmate iactæ ſunt quaſi fundamenta rationes: multa ex vtraque parte dicta ſunt, quæ propriam opinionem commendabant. Tandem vicit apud omnes Patrem & Filium vnum eſſe principium Spiritus, & ex ambobus ipſum tanquam ab vno productore procedere. Multa Sanctorum & Doctorum non tantum Occidentalium, ſed etiam Orientalium & noſtrorum producta ſunt teſtimonia hoc ſignificantia, multis oſtenſum eſt conſiderationibus. Num enim fratres negligenter, num obiter circa rem tanti ponderis nos exhibuimus? multum euigilauimus, multum ſoliciti (vt ſcitis) fuimus. Verum ceſſimus veritati, locum dedimus Doctoribus. abſit enim, vt animus probus & Chriſtianus oſtenſæ veritati claudat oculos.

Partem aliquam illarum rationum nunc etiam hoc in loco vtique expoſuiſſemus, niſi ratio ſcribendarum Epiſtolarum prohiberet, & ſimul aliunde multo plura his, quæ hic dicta ſunt, eligendo legere liceret. Multi enim ante nos Beati viri plurima, eaque optima de hoc argumento diſſeruerunt. noſque ipſi non pauca vel amicis petentibus, vel per nos ipſos conſiderantes, vel fruſtra temereque contendentibus, & ſe opponentibus mutuò reſpondentes, eorumque ſophiſmata diſſoluentes compoſui-

καὶ πλείω τῶν νῦν εἰρημένων ἀναλεξαμένοις ἀναγνῶναι. Πολλοὶ γὰρ τῶν πρὸ ἡμῶν μακαρίων ἀνδρῶν πολλά τε καὶ καλὰ περὶ τούτου εἰρήκασιν. ἡμεῖς τε οὐκ ὀλίγα, ὦ φίλοι· αἰτησαμένοις, ἢ καθ' ἑαυτοὺς σκεπτόμενοι, ἢ τοῖς εἰκῆ καὶ μάτην ἐρίζουσί τι, καὶ ἀντιλέγουσιν ἀνταποκρινόμενοί τε, καὶ τὰ ἐκείνων σοφίσματα λύοντες συγγραψάμενοι ἐκδεδώκαμεν. καὶ ταῦτά γε παρ' ἡμῖν, ἢ ὑμῶν τοῖς γε ζητητικωτέροις τε, καὶ φιλακροατικωτέροις εἰσίν. ὧν εἴ τις ὑμῶν εὐγνωμόνως τε, καὶ ἄνευ ἔριδος ἀκούσειεν, ἀκούσεται δὲ βουληθεὶς, οὐ μικρὰν ὠφέλειαν (σὺν Θεῷ δ' εἰρήσθω) καρπώσεται. ἑνὸς μέν τοι μόνου καὶ τούτου ὡς ἔνι διὰ βραχέων, ἐνταῦθα μνησθεὶς λέγω, ἐπὶ τὰ λοιπὰ τρέψομαι.

Πνεῦμα υἱοῦ λέγεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὐτὸς ὁ υἱός φησι, πνεῦμα καλῶν ἀληθείας αὐτό. ἔστι δὲ αὐτὸς ἡ ἀλήθεια. πολλαχοῦ τε τοῦτο Παῦλος ὁ μέγας κηρύττει, ἐξαπέστειλε γάρ φησιν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν. καὶ εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. καὶ πολλάκις πολλαχοῦ τὸ αὐτὸ λέγει. τοῦτο τὸ ῥῆμα καὶ μόνον ἀδελφοί, ἀρκεῖ τὸ πᾶν ἀποδεῖξαι, οὐδὲ γὰρ πολλοῖς περιρρεῖσθαι. ἔστι μὲν γὰρ αὐτοῦ πνεῦ-
† B μα φυσικῶς τε, καὶ οὐσιωδῶς. ἀλλ' οὐκ ἐπικτήτως. οὐ δ' ἔτι †
πῃ ὅτι, ἀξιώματι καὶ τινὰ ὑπεροχὴν ἀνάγκη πρὸς ἐκεῖνο εἶναι, ὅπερ αὐτοῦ λέγεται εἶναι, ἢ γοῦν ἀξιώματι καὶ ὑπεροχῇ προβάλλοντος, καὶ προβαλλομένου, ἢ κτίστου πρὸς κτίσμα. τοῦτο δ' ἐνταῦθα οὐκ ἄν τὸ δεσπότου φαίη τις εἶναι, εἰς κτίσμα κατάγων τὸν δεσπότην, καὶ κτίστην. τοῦτο γὰρ καὶ ἐννοεῖν ἀσεβές. λείπεται τοίνυν τὸ τοῦ ἐκπορεύοντός τε, καὶ προβαλλομένου πρὸς τὸ προβαλλόμενον εἶναι. ἄλλο γάρ τι οὐδὲ ἐννοεῖν θέμις.

Α γὰρ φασί τινες τὴν ἀλήθειαν ἀποφεύγοντες, ὡς τὸ υἱοῦ πνεῦμα, λέγεσθαι πνεῦμα τοῦ υἱοῦ τὴν ὁμοουσιότητα παριστάνει, ἢ τὸ ἐξ υἱοῦ πέμπεσθαι, καὶ ὅσα ὅμοια, ἀράχνης νήματα ὄντα, καὶ ἡμεῖς πολλάκις ἐδείξαμεν. εἴτε γὰρ διὰ τὸ ὁμοούσιον ἐλέγετο πνεῦμα αὐτοῦ, διὰ τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο, καὶ ὁ υἱὸς ἐλέγετο ἂν τοῦ πνεύματος, ἀλλ' οὐκ ἂν ἑτέροις οὐδαμοῦ τοῦτο. εἴτε διὰ τὸ πέμπεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, πρὸς ἡμῶν ὁ λόγος. τὸ γὰρ πέμπειν δὴ τοῦτο, καὶ πηγάζειν, καὶ ἀνα-

βλύ-

mus & edidimus. & omnia penes nos ſunt, vel inter vos apud eos, qui ſtudioſiores, & auidiores auditores ſunt. Quæ ſi quis veſtrum bono animo, & ſine contentione audierit (modo velit audire) fauente Deo non paruam vtilitatem capiet. Vnam tamen ſolam, illamque quam breuiſſimè hic rationem vbi commemorauero, ad reliquam conuertam.

Spiritum ſanctum dici Spiritum Filij, ipſe Filius aſſerit, ipſum appellans Spiritum veritatis. eſt autem ipſe veritas. & multis in locis Magnus Paulus id prædicat, miſit enim, inquit, Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra, &, ſi quis Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius, & ſæpè paſſim idem dicit. Hoc verbum vel ſolum, fratres, vniuerſæ rei conficiendæ ſatis eſt. Non enim opus eſt plurium effuſione verborum obrui, eſt enim ipſius Spiritus naturaliter, & eſſentialiter, non autem aduentitiè; cuius autem eſſe aliquid dicitur, illud cuius dicitur, neceſſe eſt, vt dignitate aliqua & præſtantia emineat reſpectu illius, quod eius eſſe dicitur. aut ergo eminentia & præſtantia eſt producentis ad productum, aut præſtantia Creatoris ad creaturam, ſed hoc non habet locum in propoſito, vt creator & Dominus deducatur ad creaturam. Nam id vel cogitare impium eſt. reſtat igitur vt ſit producentis ad productum.

Quæ enim aiunt nonnulli veritatem effugientes. Spiritum dici eſſe Filij conſubſtantialitatem Filij cum Spiritu demonſtrare, vel à Filio mitti, & quotquot ſimilia, araneæ eſſe fila ſæpè vos oſtendimus. ſiue enim diceretur Spiritus eius propter conſubſtantialitatem, ob hoc ipſum & Filius diceretur Spiritus ſancti, ſed nuſquam hoc reperies; Siue quod ab ipſo mittatur, ratio à nobis eſt. Hoc enim mittere, & effundere, præſupponit productionem, & eſſentialem proceſſum. & fieri non poteſt, vt is, qui non producit, mittat, multis & ſufficientibus rationibus paſſim demonſtrauimus. Multa igitur alia vitandæ cauſa huius veritatis à noſtris dicta ſunt; ſed omninò nihil valent. multo verò plura, & meliora, qui veritati patrocinantur, afferunt. & omnia diligenter nouimus, cum contra omnes rationes contrarias diſputauerimus.

βλύζειν πεφυκέναι τὴν προβολὴν, καὶ τὴν οὐσιώδη πρόοδον, καὶ ἀδύνατον πέμπειν τὸν μὴ προβάλλοντα, πολλοῖς πολλαχοῦ καὶ ἱκανοῖς ἐδείξαμεν καὶ ἡμεῖς λόγοις. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα παρὰ τῶν ἡμετέρων πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ταύτης ἀποφυγὴν λέγεται, οὐδὲν ὅλως ἰσχύοντα. πολλῷ δ' ἔτι πλείω τε, καὶ καλλίω οἱ τῇ ἀληθείᾳ συνιστάμενοι λέγουσι· καὶ πάντα ἀκριβῶς ἴσμεν πρὸς τοὺς ἐναντίους πολλάκις ἀποδυσάμενοι λόγους. ἐνταῦθα δὲ διὰ τὸ μῆκος τὸν λόγον αὐτὰ παρεῶντες εἰς τὰ περὶ τούτου συγγεγραμμένα ἡμῖν τοὺς βουλομένους παραπέμπομεν. ἓν δὲ τοῦτο ὑμῖν φαμὲν νῦν καὶ μάλα θαῤῥοῦντες, ὡς ἱκανόν ἐστι τοῦτο μόνον (εὖ ἴστε) πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας παράστασιν. τοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐξ υἱοῦ ὥσπερ καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ὡς ἐκ μιᾶς ἀρχῆς, καὶ ἑνὸς ἐκπορεύεσθαι προβολέως. καὶ ἐπειράθητε αὖ ἔργῳ, εἰ παρῆν ὑμῖν ἐδίδουν τε, καὶ ἐλάμβανον λόγον. εἶναι τε καὶ πολλὰς ἄλλας μαρτυρίας τῆς θείας γραφῆς, ὡς τὸ, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρός. ὡς τὸ, παρ' ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. ὡς τὸ, ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει. καὶ ἄλλα ὅμοια. ἐξ ὧν ἑκάστου ἡ αὐτὴ ῥᾷστα τῆς πίστεως ἀλήθεια δείκνυται, ἣν πάλαι τε καὶ νῦν ἡ καθολικὴ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία διδάσκει τε, καὶ κατέχει, ἣν ὅλη πρότερον ἡ ἐκκλησία ἐπίστευε.

Ἀλλὰ φαίης αὖ, ὡς αὐτὸς ὁ κύριος περὶ τούτου λέγων, τὸ πνεῦμα φησὶν, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, μὴ προσθεὶς καὶ ἑαυτόν.

Καὶ τί τοῦτο ἀδελφοί; οὐ γὰρ δὴ καὶ ὡς οὐκ ἐκπορεύεται ἐξ αὐτοῦ εἴρηκεν. τοῦτο γὰρ αὖ ἴσως βιαιότερον ἦν. κἂν μηδὲ τοῦτο ἱκανὸν, πρὸς ὃ ὑμεῖς βούλεσθε. καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, καὶ τῆς ὥρας, οὐδεὶς οἶδε φησὶν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ ὁ υἱὸς. εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος. καὶ αὖθις, ἡ ἐμὴ διδασκαλία, οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με πατρός. καὶ οὐδεὶς ἔγνω τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ. καὶ ὅμως ἡμεῖς καλῶς γε ποιοῦντες, τοὐναντίον πιστεύομεν. καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καὶ τὴν ὥραν. οὕτω σαφῶς αὐτὸν εἰδέναι, ὡς καὶ ὁ πατὴρ, καὶ ἑαυτὸν ὁμοίως τῷ πατρὶ γινώσκειν, καὶ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ παντὸς μᾶλλον αὐτοῦ εἶναι τιθέμεθα. εἰ οὖν ὧν σαφῶς ἀπηρνήσατο, ἡμεῖς ἐναργεστάτως τὰ ἐναντία πιστεύομεν, διατί οὐ κἀνταῦθα ἃ μὴ ἠρνήσατο, εὐσεβῶς πιστεύσομεν;

Καὶ

hoc verò loco ob prolixitatem ſermonum, hæc miſſa facimus, & ad ſcripta, quæ de hoc compoſuimus volentes conſiderare, remittimus. Hoc vnum verò nunc vobis cum magna fiducia dicimus,quod ſufficiens eſt hoc ſolum,certo ſciatis, ad veritatem comprobandam, quod Spiritus ſanctus etiam ex Filio, quemadmodum & ex Patre; vt ab vno principio, & vno productore procedat & reuera ſi præſens eſſem vltro citroque data & accepta ratione experti eſſetis. multa alia conſtare teſtimonia ſacrarum litterarum, vt illud, quem ego mittam vobis à Patre, & illud, de meo accipiet, & annunciabit vobis, & illud, quæcunque audiet, loquetur; & alia ſimilia. Ex quibus ſingulis eadem fidei veritas facilè probatur; quam olim & modo Catholica Romana Eccleſia docet & tenet, quam prius vniuerſa Eccleſia complectebatur.

Sed obijcies, quod Dominus de hoc differens, Spiritus, inquit, qui à Patre procedit, non autem addidit ſeipſum.

Et qualis eſt hæc obiectio, quæſo fratres? Non enim dixit, quod non procedit ab ipſo (Filio.) Hoc enim fortaſſis vehementius vrgeret. Quamuis neque hoc ſufficeret ad probandum quod vultis. Quippe idem dixit, de die illa & hora, nemo ſcit, inquit, neque angeli, neque Filius, niſi ſolus Pater. Et rurſus, mea Doctrina non eſt mea, ſed qui miſit me Patris, & nemo nouit Filium niſi Pater, & tamen nos rectè facientes, contrarium credimus. Et diem illum, & horam ità clarè eum ſcire ſicut & Pater, & ſe ipſum noſſe ſimiliter atque Pater. Et doctrinam eius, maximè eius eſſe dicimus. Si igitur eorum, quæ ipſe manifeſtè inficiatus eſt, nos laudabiliter contraria credimus; cur etiam hoc loco, quæ non negauit, piè non credamus?

Præterea hoc etiam conſiderandum eſt. Promiſit Chriſtus ſuper confeſſionem Petri fundaturum Eccleſiam ſuam, & portas inferi, nimirum hæreticorum nouitates, ipſi nunquam præualituras. Quæ igitur, fratres, ſit hæc Eccleſia, quærendum eſt. Promiſſionem enim firmam eſſe, minimeque fallacem oportere credere, nemo, qui inter chriſtianos

Καὶ μὴν σκεπτέον καὶ τοῦτο, ἐπηγγείλατο ὁ Χριστὸς, ἐπὶ τῇ τοῦ Πέτρου ὁμολογίᾳ οἰκοδομήσειν τὴν αὑτοῦ ἐκκλησίαν, καὶ πύλας ᾅδου, τὰς τῶν αἱρετικῶν δηλαδὴ κενοφωνίας, μὴ ἄν ποτε κατισχύσειν αὐτῆς. τίς οὖν ἂν εἴη αὕτη ἡ ἐκκλησία ἀδελφοὶ ζητητέον. τὴν μὲν γὰρ ἐπαγγελίαν βεβαίαν τε, καὶ ἀψευδῆ εἶναί τε, καὶ πιστεύειν δεῖν, οὐδεὶς ἂν ἀρνηθείη χριστιανός γε ὤν. τὴν δὲ ἐκκλησίαν ἴδωμεν τίς ποτε ἐστίν; ἢ γὰρ ἡ Λατίνων, ἢ ἡ Γραικῶν εἴη ἂν αὕτη, ἄλλη γὰρ παρὰ ταύτας οὐκ ἔστιν. εἴγε πᾶσαι αἱ ἄλλαι παρασυναγωγαί τινες καὶ πλήρεις εἰσὶν αἱρέσεων, πάλαι ποτὲ ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ διδασκάλων, καὶ συνόδων τῶν οἰκουμενικῶν, κατακεκριμένων τε, καὶ ἀποδεδοκιμασμένων. εἰ μὲν οὖν τὴν Γραικῶν εἴποις ἂν εἶναι ταύτην, εἰς στενὸν κομιδῇ τὴν ἐκκλησίαν συγκλείεις, μᾶλλον δὲ εἰς τὸ μηδὲν, ἥγε (φεῦ τοῦ κακοῦ) ἀπορρεῖ ὁσημέραι, καὶ εἰς τὸ μηδὲν καταντᾷ, ἵνα μὴ εἴπω κατήντησε. πάντων γὰρ οἱ ἀσεβεῖς ἐπελάβοντο. πάντων οἱ βάρβαροι οὕτως ἐπεκράτησαν, ὡς τοῦ λοιποῦ καὶ φωνὴν αὐτὴν τὴν ἑλληνικὴν, βιβλία πάντα, συγγράμματα πάντα, οὐ τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας μόνον διδασκάλων, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τῆς θείας γραφῆς, καὶ αὐτὸ λέγω τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον, τάχιστ' ἂν ἐπιλείψοντα σὺν ἡμετέροις, εἰ τὸ κακὸν οὕτω προβαίνει. ἢ οὐκ οἴδατε ὡς οἱ ἐν ἀνατολῇ πάντες, εἴ τινες καὶ ἐλείφθησαν χριστιανοί, οἱ ἐν δυσμαῖς τῇ Γραικῶν ἑπόμενοι ἐκκλησίᾳ, οἱ μὲν καὶ περὶ ἑκατὸν, οἱ δὲ περὶ πεντήκοντα, καὶ ἔτι ἐτῶν πλειόνων, πλὴν αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῶν περὶ αὐτὴν νήσων, οὐδὲ ἐξ ὀνόματος ᾔδεσαν τὴν θείαν γραφὴν, οὐ δ' ἀριθμῆσαι ἠδύναντο ὅσα, καὶ οἷα ταύτης βιβλία. οὐ δὲ ὅλως διδόναι τι καὶ λαβεῖν λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος ἠδύναντο, οὐδὲ συνίεσαν ὅλως οὐδὲν τῶν ἐν τῷ θείῳ εὐαγγελίῳ ἀναγινωσκομένων, οὐ δ' αὐτοὶ, οἵγε ἀναγινώσκοντες ἱερεῖς. οἵγε οὐδὲ ὁλόκληρον αὐτὸ, ἀλλὰ τμήματά τινα, τὰ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμενα, μόλις ποτὲ εἶχον. καὶ ὥσπερ ψιττακὸς, ἤ τινα τῶν μιμηλῶν ζώων φωνὴν μὲν ἀφιέντες ἑλληνικὴν, καὶ τὰ εἰθισμένα μόνον ἀναγινώσκοντες, οὐδὲ ἐκεῖνα ὀρθῶς, μὴ δ' ὅλως

δι

ſit, inficiabitur. Eccleſiam ergo quænam ſit videamus. Vel enim Latinorum, vel Græcorum ea eſſet. alia enim præter has non eſſet. Siquidem omnes aliæ congregationes illegitimæ quædam ſunt, hæreſum plenæ, olim quondam à SS. Patribus, & Doctoribus, atque Concilijs vniuerſalibus condemnatarum, ac reprobatarum. Si igitur Græcorum dixeris hanc eſſe: in anguſtum admodum, immò verò ad nihilum Eccleſiam concludis. Quæ ſanè (ò malum) quotidie effluit, & ad nihilum euadit, ne dicam, euaſit: omnia enim impij occuparunt, omnia ita barbari vicerunt, vt in poſterum, ſi malum ita progreditur, citiſſimè defectura ſint noſtros vel ipſa lingua græca, omnes libri, omnia commentaria, non ſolum Eccleſiæ Doctorum, ſed etiam ipſa diuinæ ſcripturæ, & ipſum dico ſacrum Euangelium: vel neſcitis, quod omnes, qui ad Orientem ſunt, ſi tamen quidam remanſerunt Chriſtiani, atque ad Occidentem qui Græcorum ſequuntur Eccleſiam, illi quidem ante centum annos, hi verò ante quinquaginta & amplius annos, excepta ipſa Conſtantinopoli, & inſulis circumiacentibus, ne de nomine quidem nouerant diuinam ſcripturam; nec enumerare poterant, quot & qualia biblia illius eſſent; Neque omninò vltro citroque reddere, & exigere rationem de ſpe, quæ in nobis eſt valebant; neque penitus intelligebant aliquid eorum, quæ leguntur in ſacro Euangelio; nec ipſi, qui legunt Sacerdotes, qui neque integrum, ſed fragmenta quædam, quæ in Eccleſia leguntur, vix aliquando habebant: & quaſi pſittacus, vel animalia quædam, quæ imitantur vocem humanam, vocem quidem græcam emittebant, & tantum quæ intus ſunt, legunt, eaque non rectè; omninò verò quæ dicuntur, non intelligunt. Nunc verò (heu mihi) & ipſa capta & deſtructa Conſtantinopoli, qualis eſt, vel erit Eccleſia, cui portæ inferi non præualebunt? cui promiſſio hæc Saluatoris ſeruabitur? Agnoſcite matrem ac magiſtram. Percurrite volumina, ſi accuratè perpenderitis, Eccleſiam Romanam reperietis, ſupra omnes ſtatim ab initio habere principatum, & adeò vniuerſæ Eccleſiæ præeſſe, vt ſine ea nihil omninò Eccleſiaſticarum quæſtionum ac dogmatum aliquando concluſum cre-

διὰ τῶν λεγομένων ἀκούοντες. νῦν δὲ καὶ αὐτῆς (οἴμοι) τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἁλούσης καὶ ἀπολυμένης, ποία ἐστὶν, ἣ ἴσως ἡ ἐκκλησία, ἧς πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι; τίνι ἡ ἐπαγγελία αὕτη φυλαχθήσεται τοῦ Σωτῆρος; ἐπίγνωτε ἀδελφοὶ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν κεφαλήν. τὴν τοῦ Πέτρου καθέδραν. ἐπίγνωτε τὴν μητέρα τε καὶ διδάσκαλον. ἐπίοιτε συγγράμματα, εἰ ἀκριβῶς σκοποίητε, καὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν εὑρήσετε κατὰ πάντων εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς σχεδὸν τὸ κράτος, καὶ οὕτω πάσης ὑγιωμένην τῆς ἐκκλησίας, ὡς οὐδ' αὐτῆς μηδὲν ὅλως τῶν ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων τε καὶ δογμάτων συμπερανθῆναι ποτὲ ἢ πιστωθῆναι. αὕτη ἐστὶν ἐκείνη τῷ ὄντι, ἐφ' ᾗ ὁ Χριστὸς τὴν ἑαυτοῦ ᾠκοδόμησεν ἐκκλησίαν, αὕτη ἐστὶν ἡ τὴν Πέτρου πίστιν κατέχουσά τε καὶ συνέχουσα, καὶ τοῖς ἄλλοις κηρύττουσα. οἱ ταύτῃ ἑπόμενοι μίαν μετ' αὐτῆς ἐκκλησίαν ποιοῦσιν. οἱ ταύτης ἀπεσχισμένοι, καὶ τῆς μετ' αὐτῆς ἑνότητος διερρηγμένοι, σωτηρίας τυχεῖν οὐκ ἂν δύναιντο. ἔξω γὰρ τῆς αὐλῆς τοῦ Χριστοῦ σωτηρία οὐκ ἔστιν. λύκοις καὶ ἅρπαξι, καὶ λῃσταῖς ἐντυγχάνειν ἀνάγκη τοὺς τῆς ποιμένος φωνῆς μὴ ἀκούοντας, ὅπερ ἵνα μή τις χριστιανὸς πάθῃ (πάθοι δὲ μηδέποτε μηδὲ εἷς) ἐκείνην πιστευτέον τε, καὶ διδακτέον τὴν πίστιν, ἣν ἡ καθολικὴ αὕτη ἐκκλησία ὁμολογεῖ τε, καὶ σέβεται. ταύτην καὶ ὑμᾶς πάντας εὐλαβῶς ὑποδέξασθαί τε καὶ φρονεῖν ὑμᾶς τε παρακαλῶ, καὶ τῷ Θεῷ δεῖσθαι οὐ παύομαι. θέλω γὰρ πάντας εἶναι ὡς κἀγώ, οὐ μικρόν τι τοῦτο θέλων τε, καὶ εὐχόμενος ὑμῖν. οὐδ' εὐκαταφρόνητον ἀδελφοὶ ἀγαθὸν, εἰ ὅπερ ἐμαυτῷ, τοῦτο καὶ ὑμῖν ἐπιθυμῶ ἀγαθὸν, μείζονα γὰρ ἀγάπην, οὐκ ἂν ἔχοι τις τῷ πλησίον ἐνδείξασθαι, ἢ ἅπερ ἑαυτῷ, κἀκείνῳ εὐχόμενος τ' ἀγαθά. ἀγαπήσεις γάρ φησι τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. καὶ τούτου μεῖζον οὐκ ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν ὁ Θεός. ὡς τοῦτο τῆς ἄκρας ἀγάπης ὂν δεῖγμα. οὐ δὲ γὰρ οὐδ' ἀγνοίᾳ τε καὶ ἀμαθίᾳ φαίη τ' ἂν ἡμᾶς τῆς ἀληθείας ἀποτυχεῖν, εἰδότας ἐκ παίδων τε καὶ διὰ λόγων ἠγμένους καὶ τό γε παρ' ἡμῖν τοῦτο τὸ μέρος οὐδενὸς ὄντας δευτέρους, πολλήν τε

ditumque ſit. Hæc illa reuera eſt, ſuper quam Chriſtus ædificauit ſuam Eccleſiam. Hæc illa eſt, quæ Petri fidem tenet & conſeruat, alijſque prædicat. Qui eam ſequuntur vnam cum ea Eccleſiam faciunt. Qui ab ea diſciſſi ſunt, & à ſua communione diſiuncti, ſalutem conſequi non poſſunt. Quippe extra Chriſti aulam ſalus non eſt. in lupos & raptores atque latrones incidere neceſſe eſt eos, qui vocem Paſtoris non audiunt. quod ne aliquis Chriſtianus patiatur (patiatur verò ne vnus quidem vnquam) illa fides credenda eſt atque docenda, quam Catholica hæc Eccleſia confitetur & colit. Hanc vt vos omnes religiosè excipiatis, & cum ea ſentiatis adhortor, Deumque precari non deſinam. volo enim vos eſſe ſicut & ego. non paruum quiddam bonum nec deſpiciendum vobis volens & deprecans, ſi quod mihi ipſe, hoc etiam vobis opto bonum. Etenim maiorem charitatem oſtendere proximo non haberet aliquis, quam ſi quæ ſibi, hæc & illi precetur bona. Diliges enim, inquit, proximum tuum, ſicut te ipſum, & hoc maius à nobis Deus nòn exigit, quaſi hoc ſummæ dilectionis ſit indicium. Neque enim ignoratione & inſcitia diceris nos veritatem non aſſequutos. Cum ſciatis nos ab ineunte ætate ſtudijs imbutos, & quod ſpectat ad hanc partem, penes vos nulli eſſe ſecundos. & multum ſtudij circa hoc dogma adhibuiſſe, & verum quantum fieri potuit, inueſtigaſſe, & quidnam aliud veriſimile eſt hominem eligere voluiſſe à iuuentute modeſtè, & humiliter educatum & inſtitutum, quique ſub obedientia, & abnegatione ſuæ voluntatis pro virili, Deo iuuante, vitam dixit? qui (abſit autem iactantia) multa de vanitate mundi, multa de profectu morum, multa de cruciatibus, & præmijs, quæ reſeruantur, legit, & in animo recondidit, vt animum rectis dogmatibus præſtantiorem redderet, & veram inueſtigationem in fide amplecteretur. Quam profecto eo magis nunc quam prius pluris & maximi facio, quo iam ſenectute inſtante continui morbi ingruentes quotidiè mihi mortem minantur, & vitam acerbam faciunt: omninò ſcio fratres & Patres, ſcio & me minimè latet, non ampliùs multum mihi eſſe viuendum, & quod tempus iam inſtat reſolutio-

περὶ τοῦτο τὸ δόγμα καταβαλλομένους σπουδήν. καὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς ἐνὸν, ἀπηκριβωκότας; καὶ τί γὰρ ἄλλο εἰκὸς ἐλέσθαι βουληθῆναι ἄνθρωπον ἐκ νέου διὰ μειρακιότητός τε καὶ ταπεινώσεως ἡγμένον, καὶ ἐν ὑποταγῇ καὶ ἀρνήσει τοῦ ἰδίου θελήματος ζήσαντα, ὡς ἐνὸν, σὺν Θεῷ; (εἰρήσθω δὲ ἄνευ καυχήσεως) πολλὰ περὶ τῆς τοῦ κόσμου ματαιότητος, πολλὰ περὶ ἠθῶν διηπώσεως, πολλὰ περὶ τῶν ἀποκειμένων βασάνων ἢ ἀμοιβῶν ἀνεγνωκότα τε, καὶ τῇ ψυχῇ ἀποθέμενον; ἢ τοῖς ὀρθοῖς δόγμασι τὴν ψυχὴν διηπῶσαι, καὶ τὴν ἐν τῇ πίστει ἀληθῆ εὕρεσιν ἀσπάσασθαι; ἣν δὴ τοσοῦτον μᾶλλον ἢ πρότερον περὶ πλείστου καὶ τοῦ παντὸς ποιοῦμαι, ὅσῳ ἤδη τοῦ γήρως ἐπιστάντος ἀλλεπάλληλοι νόσοι ἐπιοῦσαι ἀπειλοῦσί μοι θάνατον ὁσημέραι, καὶ ἀβίωτον ποιοῦσι τὸν βίον. οἶδε πάντως ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, οἶδε καί με λέληθεν οὐδαμῶς. οὐκ ἔτι μοι ἐπὶ πολὺ βιωτέον, καὶ ὡς καιρὸς ἤδη ἐφέστηκεν ἀναλύσεως. ὅτε (καθάγε οἱ τούτων πεπειραμένοι φασὶν) ἔπεισι τοῖς ἀνθρώποις οὐ μικρὸν δέος, περὶ ὧν οὐ πάνυτι πρότερον ἐδεδίεσαν, ἐφιστάμενον ἤδη τὸν καιρὸν βλέπουσι τοῦ λόγον ἀποδοῦναι τῶν βεβιωμένων αὐτοῖς. ἐμὲ δὲ ὅμως ὅσῳ μᾶλλον γειτνιάζει ὁ θάνατος, τοσούτῳ πλέον παραμυθεῖται τῆς πίστεως τὸ ἀκριβὲς, ἐλπίζοντα, τὸ ἐξ ἔργων ἐλλεῖπον τῇ σωτηρίᾳ, ἀναπληρωθήσεσθαι τῇ τῶν δογμάτων τῶν ὀρθῶν δόξῃ. ὧν ἕνεκα καὶ τιμὰς παριδὼν, ἅς τινας εἶχον παρ' ὑμῖν (εἶχον δὲ οὐ μικρὰς, οὐδὲ ὀλίγας) ὅλως ταύτης ἐγενόμην τῆς ἀληθείας. εἰδόσι γὰρ λέγω, καὶ παρ' εἰδότων ἀκούουσί τε, καὶ ἀκουσομένοις αὖ τί βούλοισθε, ὡς νέον τε ἔτι καὶ οὔπω γενειῶντα διὰ πλείστης ἤγετέ με τιμῆς, καὶ αὐτοὶ οἱ μὴ ὅλως ἰδόντες· γνώριμον ἦν τοὐμὸν ὄνομα πᾶσι τοῖς ὁπηδήποτε φωνῆς ἑλληνικῆς ἐπαΐουσι, καὶ μήπω τέτταρα καὶ εἴκοσιν ἔτη γενόμενος, αἰδοῖος ἡγεμόσι, καὶ ἄρχουσι καὶ πᾶσιν ὑμῖν ὑπῆρχον. ποθεινότατος βασιλεῦσιν, οἱ οὐ τῶν ἡλικιωτῶν μόνον, καὶ τῶν προβεβηκότων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀξιώματα περιβεβλημένων ἡμᾶς προετίθουν, καὶ ἀξιώμασί τε καὶ ἀρχαῖς, ταῖς ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν, (οὐ δι' ἐμὴν ἀρετὴν ἀλλὰ δι' ἰδίαν καλοκαγαθίαν) ἐκόσμουν.

καὶ

tionis, quando (vt harum rerum experti aiunt) aduenit hominibus non paruus metus, de quibus non valde admodum prius timebant: aduentare iam tempus aſpiciunt reddendi rationem actæ vitæ. Me verò tamen quo magis appropinquat mors, eo amplius conſolatur fidei candor, ſperantem, quod ex operibus deeſt ad ſalutem, compenſatum iri opinione rectorum dogmatum. Quorum cauſa etiam honores contemnens, ſi quos aſſequutus apud vos eram (aſſequutus autem eram non paucos) totus ſequutus ſum hanc veritatem: Scientibus enim loquor, & à ſcientibus audiuiſtis, & audituri eſtis, ſi volueritis. Quod iuueni adhuc, & nondum pubeſcenti maximus honor habitus eſt, ab ijs etiam qui me nunquam viderant, & notum erat nomen meum omnibus vbicunque lingua Græcorum auditur. Nec dum vigeſimum quartum annum agebam, Ducibuſque & Principibus, & omnibus vobis venerandus eram, Imperatoribus acceptiſſimus: qui non ſolum æqualibus & ætate prouectis, ſed etiam ijs; qui in dignitatibus conſtituti erant, nos præferebant, & dignitatibus ac poteſtatibus, quæ ætatem ſuperabant, non propter meam virtutem, ſed propriam bonitatem, ornabant. Et quamuis modo magnum in Eccleſia Dei habitum geram, quamuis ſplendidam dignitatem obtineam, & reuera magnis honoribus, & excellentibus fruar, & qui meum meritum ſuperant; ſed primum quidem poſtea acceſſerunt, neque ſperati, vt Deus ſcit. Deinde fortaſſis, dixerit aliquis, maiores apud vos extitiſſe. Si quidem ibi apud vos ſtatim inter primos ordine locabar, hic verò plurimis exiſtentibus, immo verò numerum excedentibus, qui & ſapientia prudentiaque & omni virtute vincunt, vix ſum vnus de multis. Dixit autem quidam ex valde ambitioſis, ſi memoriam tenetis, in oppidulo tenui, ac ſterili malle primus eſſe, quam Romæ in maxima, & Illuſtriſſima Vrbe ſecundas partes tenere. habere enim quandam voluptatem primatum, quamuis inter minimos ſit.

Cæterùm & quæ apud vos habui minimi feci, & præſentia modo, (Deum teſtor) vt ſtercora ducerem, & abiectis omnibus, quamuis multo plura his eſſent, ne retro quidem

καί τοι καὶ εἰ μέγα νῦν ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ περίκειμαι σχῆμα, εἰ λαμπρὸν ἀξίωμα περιβέβλημαι, καὶ τῷ ὄντι μεγάλας τιμὰς καὶ ὑπερβαλλούσας καρποῦμαι, καὶ ὅσαι ὑπὲρ ἐμὲ, ἀλλὰ πρῶτα μὲν, ἐπηγγέλλοντο μετὰ ταῦτα, οὐδὲ ἐλπιζόμεναι, ὡς ὁ Θεὸς οἶδεν, εἴπερ τ' ἴσως εἴποι τις ἂν, τρόπον τινὰ μείζους τὰς παρ' ὑμῶν γεγενῆσθαι. εἴγε ἐκεῖ μὲν καὶ παρ' ὑμῖν ἐν τοῖς πρώτοις εὐθὺς ἐτατόμην, ἐνταῦθα δὲ πολλῶν, μᾶλλον δὲ ἀριθμοῦ κρειττόνων ὄντων τῶν σοφίᾳ τε καὶ φρονήσει καὶ τῇ ὅλῃ ἀρετῇ νικόντων, μόλις εἰμὶ πολλοστός. ἔφη δὲ καί τις τῶν πάνυ φιλοτίμων εἰ μέμνησθε, βούλεσθαι ἂν μᾶλλον ἐν πολιχνίῳ λυπρῷ πρῶτος εἶναι, ἢ δευτερεῖα ἐν τῇ μεγίστῃ τε καὶ λαμπροτάτῃ Ῥώμῃ κατέχειν. ἔχειν γάρ τινα, κἂν ἐν ἐλαχίστοις ᾖ, ἡδονὴν τὸ πρωτεῖον. ἀλλὰ καὶ τὰ παρ' ὑμῖν δι' ἐλαχίστου πεποίημαι ἀδελφοὶ, καὶ τά γε νῦν παρόντα, μαρτύρομαι τὸν Θεὸν, ὡς σκύβαλα ἂν ἡγησάμην, καὶ πάντα ἂν ἀπορρίψας, εἰ πολλαπλασίω τούτων ἦσαν, ἀμεταστρεπτὶ πρὸς ὑμᾶς ᾠχόμην, εἰ μὴ συνῄδειν ἐμαυτῷ ἑλομένῳ τὰ κρείττονά τε καὶ σωτηριωδέστερα, εἰ μὴ τὰ πρὸς ζωήν τε τὴν αἰώνιον φέροντα διδάσκουσάν τε καὶ πιστεύουσαν ἐπεπείσμην τὴν καθολικὴν καὶ ἁγίαν ἐκκλησίαν Ῥωμαίων. εἰ οὖν εἰς ἐκεῖνα ὑμᾶς προτρέπω τε καὶ παρακαλῶ, ἃ τῆς ἰδίας σωτηρίας ἐφόδια εἶναι νομίζω, εὐγνωμόνως τε ἀκούειν ὀφείλετε, καὶ ἄσμενοι τὰ λεγόμενα ὑποδέξασθαι. ἀλλὰ μέγα ἡμῖν (φατὲ) σκάνδαλον ἡ παρὰ Λατίνων ἐν τῷ θείῳ συμβόλῳ γινομένη προσθήκη. εἰ ὀρθῶς σκοπεῖν ἐθέλοιτε ἀδελφοὶ, οὐ προσθήκη, ἀλλὰ ἀνάπτυξίς τε καὶ ἐπεξήγησις ἐστὶ τὸ λεγόμενον, προσθήκη γάρ ἐστι καὶ κατ' αὐτοὺς τοὺς ἡμετέρους διδασκάλους ἡ τῶν ἐναντίων δογμάτων διδασκαλία, ἡ δὲ τῶν αὐτῶν τε καὶ ὁμοίων διασάφησις, ἀνάπτυξις ἐστὶ καὶ οὐ προσθήκη. εἰ δὲ μετὰ τῆς ἀληθείας ἐσμὲν, καὶ τῇ δόξῃ τῶν διδασκάλων συμβαίνει, φόβον ἄφοβον δεδίαμεν, καὶ δεισιδαιμονίας μᾶλλον, ἢ εὐσεβείας ἔργον ποιοῦμεν. πολλὰ προσέθηκεν ἡ δευτέρα σύνοδος τῷ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου συμβόλῳ, περὶ γὰρ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος θεότητος. περὶ τῆς τῆς ἐκκλησίας ἑνότητος, περὶ βαπτίσματος, περὶ ἁμαρτιῶν ἀφέσεως, περὶ

νεκρῶν

dem aſpiciens, ad vos me conferrem, niſi mihi conſcius eſſem, quod elegerim præſtantiora magis, & ſalutifera, niſi mihi perſuaſum eſſet, Catholicam ſanctam Romanam Eccleſiam docere, & credere, quæ ad vitam æternam ducunt. Si igitur ad ea vos hortor & obſecro, quæ propriæ ſaluti ſubſidia eſſe exiſtimo, grato animo, & æquo audire debetis, & quæ dicuntur libenter excipere.

Sed ſcandalum, inquitis, nobis eſt, quæ à Latinis facta eſt ad Symbolum additio.

Si rectè conſiderare fratres volueritis, non additio, ſed explicatio, & explanatio eſt quod dicitur. Quippe additio eſt etiam ſecundum ipſos noſtros Doctores contrariorum doctrina dogmatum. At verò eorundem & ſimilium illuſtratio explicatio eſt, non additio. Quod ſi à veritate ſtat, & opinioni Doctorum conuenit, timorem timemus, vbi non eſt timor & ſuperſtitionis potiùs, quàm pietatis opus agimus. Multa addidit ſecunda Synodus ad Nicænum Symbolum. Etenim de diuinitate ſancti Spiritus, de vnitate Eccleſiæ, de Baptiſmo, de remiſſione peccatorum, de reſurrectione mortuorum, de vita æterna; multa alia etiam dixit, de quorum nullo prima Synodus explicitum fecit ſermonem. Multa poſteriores Patres fidem declarantes vberius docuerunt; tamen non additio, ſed explicatio facta eſt. Cur igitur etiam Catholicæ Eccleſiæ hoc idem facere non licuit? ſimiliter hæreticorum inſtante neceſſitate?

Quoniam, inquit (aliquis) tunc quidem licebat, poſtea verò cum tertia Synodus prima fuerit, quæ omnem additionem prohibuerit, nulli fas eſt addere, ne quidem ipſam veritatem.

Sed iſta ratio falſa eſt, fratres re vera & futilis; legite ſi vultis, quam de hac ré compoſuimus orationem, in qua luculenter continetur hæc veritas: & certo ſcio, quod eadem nobiſcum ſentietis. Ob hæc igitur, fratres, & Patres, nolite æmulari contendentes, neq; eos imitamini, qui hoc ipſo quod vera dogmata oppugnant, ſibi gloriam comparare opinantur, ſed humiliantes voſmetipſos Deo, & tot viros ſapientiſſimos ac pijſſimos conſectantes, quos Romana Eccleſia nutrit, illius doctrinam, & fidem ſuſcipite, ac Pontificem & paſtorem ipſius Eccleſiæ caput, & principem, & fidei ducem, & Doctorem eſſe exiſtimantes, ipſum veneramini, &

ducto-

νεκρῶν ἀναστάσεως, περὶ ζωῆς αἰωνίου. πολλά τε καὶ ἄλλα εἴρηκεν, ὧν περὶ οὐδενὸς ἡ πρώτη σύνοδος ἀνεπτυγμένον πεποίηται λόγον. πολλὰ οἱ μετ' αὐτὰ πατέρες, τὴν πίστιν ἐπεξεργαζόμενοι πλατύτερον ἐδίδαξαν, καὶ ὅμως οὐ προσθήκη, ἀλλὰ ἀνάπτυξις γέγονε. διατί οὖν μὴ καὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ταυτὸ τοῦτο ποιῆσαι ἐξεγένετο; ὁμοίως αἱρετικῶν ἐπιστάσης ἀνάγκης; ὅτι φησὶ τότε μὲν ἐξῆν, μετέπειτα δὲ τῆς τρίτης συνόδου προρρήσει πάσας κωλυσάσης προσθήκην, οὐκ ἔξεστιν οὐδενὶ προσθεῖναι, οὐδ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν. ἀλλὰ ψευδὴς οὗτος ὁ λόγος ἀδελφοί, καὶ τὸ ὄντι μωρός τε καὶ μάταιος. ἀνάγνωτε, εἰ βούλεσθε, τὸν περὶ τούτου συγγεγραμμένον ἡμῖν λόγον, ἐν ᾧ διαρρήδην ἡ τοιαύτη ἀλήθεια. καὶ ταὐτὰ ἡμῖν, εὖ οἶδα, ὅτι φρονήσετε. διὰ ταῦτα οὖν ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, μὴ ζηλοῦτε τῶν ἐριζόντων· μὴ τῶν τούτῳ ἑαυτοῖς δόξαν περιποιεῖσθαι οἰομένους, τοῖς ἀληθέσι δόγμασι μάχεσθαι, μιμεῖσθε. ἀλλὰ καταφρονήσαντες ἑαυτῶν τῷ Θεῷ καὶ τοσούτοις ἀνδράσι σοφωτάτοις τε, καὶ εὐλαβεστάτοις, οὓς ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία φέρει, ἑπόμενοι, τήν τε διδασκαλίαν καὶ πίστιν ἐκείνης ὑποδέξασθε. τόν τε ἀρχιερέα καὶ ποιμένα αὐτῆς τῆς ἐκκλησίας κεφαλήν τε καὶ ἄρχοντα, καὶ τῆς πίστεως ὁδηγόν τε καὶ διδάσκαλον ἡγησάμενοι, σέβεσθέ τε αὐτόν, καὶ ἡγουμένῳ τὴν πρὸς ζωὴν αἰώνιον φέρουσαν ἕπεσθε. ἔστι γὰρ δὴ καὶ τοῦτο, εὖ ἴστε τῶν ἀναγκαιοτάτων πρὸς σωτηρίαν, τὸν ποιμένα εἰδέναι τὸν ἑαυτοῦ. ἐπιγινώσκειν τὴν κεφαλὴν τοῦ πληρώματος τῶν πιστῶν. τὸν ἑαυτοῦ ἡγεμόνα καὶ γνωρίζειν, καὶ σέβεσθαι. ὅπου γὰρ οὐκ ἄρχων, ἐκεῖ ἀταξία, ὅπου δὲ ἀταξία, ἐκεῖ λύσις Γρηγόριος ὁ θεολόγος φησίν. εἴτε γὰρ ἐπὶ θείων, εἴτ' ἐπὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων σκοπεῖν ἐθέλοιτε ἀδελφοί, εὑρήσετε μίαν δεῖν εἶναι τὴν τῶν πάντων ἀρχὴν, καὶ ἄλλως μὴ εἶναι εὖ διοικεῖσθαι τὰ ὄντα. αὐτίκα, ἐπὶ μὲν τῶν θείων, ἡ μὲν ἀληθὴς τῶν χριστιανῶν θεολογία ἕνα τὸν ἐπὶ πάντων διδάσκει εἶναι Θεόν. καὶ ἐπεὶ ἐν τρισὶν ἐστὶν ταῖς ὑποστάσεσιν, ἵνα τὴν ἑνότητα φυλάξῃ τῆς αὐτῆς τε, καὶ κατὰ πάντα ὁμοίας οὐσίας, τὰ θεῖα ἐκεῖνα τίθεται πρόσωπα. ἡ δὲ τῶν ἐθνῶν ἐκ τῶν αἰσθητῶν δὴ τούτων εἰλημμένη γνῶσις, καὶ αὐτὴ ταὐτὸ

τοῦτο

ductorem itineris, quod ducit ad vitam, ſequimini. Namque hoc etiam eſſe neceſſarium ad ſalutem optimè ſcitis, noſſe proprium paſtorem, agnoſcere caput Vniuerſitatis fidelium, proprium Rectorem & notum habere, & colere. Vbi enim non eſt princeps, ibi non eſt ordo; vbi non eſt ordo, ibi eſt confuſio ac diſſolutio, inquit Gregorius Theologus, ſiue enim in diuinis, ſiue in humanis rebus conſiderare volueritis, reperietis vnum oportere eſſe cunctorum principium, & aliter fieri non poſſe, vt quæcunque res ſunt rectè gubernentur. Primum enim in diuinis vera Chriſtianorum Theologia vnum eſſe Deum ſuper omnia docet, & quoniam hic Deus in tribus eſt hypoſtaſibus, vt vnitatem ſeruet eiuſdem ac per omnia ſimilis ſubſtantiæ illas diuinas perſonas ponit, & ſtatuit. Gentilium verò à ſenſibilibus iſtis ſumpta notitia, & ipſa hoc idem fatetur. Nam vnus quidem apud ipſos celeberrimus, vnam primam cauſam, vnum omnium rerum auctorem, & conditorem ponit. quamuis poſt illum multos rerum, quæ ſunt, gradus inducat: vnum principium & multa principia, quæ tamen exiſtant opinatus ſub primo. Alter verò idem ponit & ipſe multis rationibus; deinde quaſi concludens ab alio quodam, qui multum eum anteceſſit, ſententiam mutuatus: Non eſt, inquit, bona multorum dominatio, vnus Dominus eſto, vnus Rex. Non enim, inquit, poſſunt entia rectè adminiſtrari. Nimirum malè adminiſtrarentur, niſi vnus omnibus præficeretur.

De humanis verò, & politicis adminiſtrationibus, ipſoq; politico bono ijdem auctores, & omnes alii, & ante ipſos Saluator noſter Ieſus Chriſtus pluris facit, quam alia regimina, legitimam Monarchiam. Reddite enim, inquit ille, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo; vt vno quidem Deo in cælis exiſtente, vno verò Cæſare Monarcha exiſtente in terris. Ex ſapientibus verò mundanis, qui apud eos primas partes ſapientiæ obtinet, hanc ſpeciem imperij, & vnum aliquem omnibus alijs imperare, qui excellat virtute, ſuper alia regimina cenſet eſſe, quod etiam dicas optimum principatum, quem longè præſtantiorem alijs ſtatuit, tanquam ſimillimum veritati (diuinæ) & omnium

opti-

τοῦτο ὁμολογεῖ. ὁ μὲν γάρ τις τῶν παρ' αὐτοῖς κλεινοτάτων, ἓν τὸ πρῶτον αἴτιον, ἓν τὸ πάντων τῶν ὄντων ὑποστατικὸν τίθεται, κἂν πολλοὺς μετ' ἐκεῖνο ὀντότητος εἰσάγῃ βαθμούς, μίαν ἀρχὴν, καὶ πολλὰς ἀρχὰς, ὑπὸ τὴν πρώτην γε ὅμως οὔσας δοξάζων. ὁ δέ τις τ' αὐτὸ καὶ αὐτὸς διὰ πολλῶν λόγων, εἶθ' ὥσπερ συμπεραινόμενος, ὑπ' ἄλλους, τῶν πολὺ περὶ αὐτοῦ τὸν λόγον διατεινάμενος, οὐκ ἀγαθὸν φησὶ πολυκοιρανίη. εἷς κοίρανος ἔστω. εἷς βασιλεύς. οὐ γὰρ θέλει φησὶ τὰ ὄντα κακῶς διοικεῖσθαι, ὡς δὴ κακῶς διοικούμενα ἂν, εἰ μὴ ἕνα ἔχοιεν τὸν ἐπιστάτην. περὶ δέ γε τῶν ἀνθρωπίνων τε καὶ πολιτικῶν διοικήσεων, καὶ αὐτοῦ τοῦ πολιτικοῦ ἀγαθοῦ, οἱ αὐτοί τε καὶ πάντες οἱ ἄλλοι, καὶ περὶ αὐτῶν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν κατὰ νόμους μοναρχίαν περὶ πλείονος τῶν ἄλλων ποιεῖται πολιτειῶν.. ἀπόδοτε γάρ φησιν ἐκεῖνος, τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ· ὡς ἑνὸς μὲν ἐν οὐρανοῖς ὄντος Θεοῦ, ἑνὸς δὲ καὶ μονάρχου τοῦ Καίσαρος ἐπὶ γῆς. τῶν δέ γε τοῦ κόσμου σοφῶν ὁ μὲν τὰ τῆς σοφίας πρωτεῖα παρ' ἐκείνοις κατέχων τοῦτο τῆς ἀρχῆς τὸ εἶδος, καὶ τὸ ἕνα τινὰ πάντων ἄρχειν τῶν ἄλλων ὑπερέχοντα ἀρετῇ, ὑπὲρ τὰς ἄλλας πολιτείας οἴεται εἶναι. κἂν αὐτὴν εἴποις ἀριστοκρατείαν, ἀλλὰ παρὰ πολὺ τῶν ἄλλων βελτίονα τίθεται. ὡς ὁμοιοτάτην τε τῇ ἀληθείᾳ ἀρχῇ, καὶ πάντων βελτίστην, τήν γε τοιαύτην ἐκκρίνει τε καὶ ἐξαίρει. ὅ, τ' ἐκείνου ἀκροατὴς πάντα τὰ τῶν πολιτειῶν ἐκθέμενος, ταύτην μᾶλλον τῶν ἄλλων δοκιμάζει, παμβασιλείαν αὐτὴν ὀνομάζων. τὴν δὴ ἀρίστην ταύτην καὶ τιμιωτάτην ἔν γε τοῖς ῥέουσι τούτοις καὶ χαμαὶ κειμένοις πράγμασιν οὕτως ἀναγκαίαν οὖσαν ἐν τῇ τῶν ψυχῶν τῶν αἰωνίων, καὶ τῆς ἱερᾶς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐπιστασίᾳ, ἀτιμάζομεν ἀδελφοί; μηδαμῶς. ἐνταῦθα τε γὰρ ἀναγκαιοτέρα ἡ εὐταξία, καὶ τοσοῦτον, ὅσον τιμιώτερα τὰ αἰώνια τῶν προσκαίρων εἰσίν. ὅ, τε ἡμέτερος θεσμοθέτης Ἰησοῦς Χριστὸς, ὅτε πάσης ἀνθρωπίνης ὑπερέχει σοφίας, αὐτὸς πάσης ὢν ἡμῖν αἴτιος, αὐτὸς χορηγὸς, τὸν βελτίονα δήπου τῆς πολιτείας τρόπον τῇ ἑαυτοῦ ἔθετο ἐκκλησίᾳ, τὸν Πέτρον καταστήσας μονάρχην, καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς διαδόχοις ἐκείνου. (σὺ γὰρ εἶ (φησὶ) Πέτρος, καὶ ἐπὶ

ταύ-

optimum. Hunc talem præfert alijs & extollit. Eius verò auditor omnes politias exponens hanc magis quàm alias approbat, eam appellans ſummam regiam poteſtatem.

Hanc igitur optimam & abſolutiſſimam, quæ adeò in his fluxis, & caducis rebus neceſſaria eſt, in rebus æternis animorum, & ſacroſanctæ Dei Eccleſiæ principatus adminiſtratione contemnimus fratres? abſit. Hic enim magis neceſſarius eſt bonus ordo, tantoque, quanto pretioſiora ſunt ſempiterna temporarijs; & noſter legiſlator Ieſus Chriſtus quantò excellit omnem humanam ſapientiam, cùm ipſe ſit nobis omnium auctor, ipſe legiſlator, meliorem profectò regiminis rationem Eccleſiæ ſuæ ſtatuit, Petrum conſtituens Monarcham, & per ipſum ſuos ſucceſſores. Tu enim, inquit, es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. & ruſus: Et tibi dabo claues regni cælorum. & iterum: Paſce oues meas, paſce agnos meos. & iterum: Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.

Et ne putetis me nouam ſanctionem introducere, nouum dogma vos docere, redigite in memoriam quotquot in antiquis hiſtorijs, quotquot in actis vniuerſalium Conciliorum culti & exercitati eſtis, quantam poteſtatem Romanus Pontifex ſupra omnem Eccleſiam habet. Papa Cæleſtinus ſolus ipſe Synodum Epheſinam approbauit, atque indixit. licèt tota Orientalis Eccleſia, & ipſi Patriarchæ in idem conuenerint. Leonis Magni epiſtolam Patres ſexcenti & triginta numero, qui fuerunt Chalcedone Epiſcopi exiſtentes, vt ſacra Euangelia acceptarunt, & columnam Orthodoxiæ appellarunt, & iuxta illam de propoſita quæſtione iudicium tulerunt, eiuſque veſtigijs inſiſtentes, eius dogmata ſequuti ſunt. Iidem inter Patriarchas ſecundis partibus Alexandrinum priuantes, & Conſtantinopolitano eas concedentes ad imitationem ſecundæ Synodi, nihil feciſſe exiſtimarunt, niſi eidem etiam Leo ſanctiſſimus Papa ipſum confirmaſſet, & vt hoc faceret; per epiſtolas & Legatos ipſi ſupplicarunt. ipſe tamen non annuit; & niſi alius deinde Pontifex confirmaſſet, non præualuiſſet. Ante hunc Innocentius Arcadium & Eudoxiam Imperatores, qui aureum

ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. καὶ αὖθις. καὶ
δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. καὶ πάλιν, ποίμαινε
τὰ πρόβατά μου ποίμαινε τὰ ἀρνία μου. καὶ αὖθις, σὺ δὲ ἐπιστρέψας
στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. καὶ μὴ νομίσητε νέαν με νομοθεσίαν
εἰσάγειν, νέον ὑμᾶς δόγμα διδάσκειν. ἀναμνήσθητε ὅσοι τῶν
ἀρχαίων ἱστοριῶν, ὅσοι τῶν πράξεων τῶν οἰκουμενικῶν πεπεί-
ρασθε συνόδων, ὅσην ἐξουσίαν ὁ τῆς Ρώμης Ἀρχιερεὺς ἐπὶ πᾶ-
† Γ σαν ἔχει τὴν ἐκκλησίαν. Κελεστῖνος † ὁ Πάπας μόνος αὐτὸς
τὴν ἐν Ἐφέσῳ γενομένην σύνοδον, ἐδοκίμασέ τε καὶ ἐκήρυ-
ξε, καί τοι τῆς ὅλης ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, καὶ αὐτῶν τῶν Πα-
τριαρχῶν εἰς ταὐτὸν συνελθόντων. τὴν Λέοντος τοῦ μεγάλου
ἐπιστολὴν οἱ ἐν Χαλκηδόνι πατέρες ἑξακόσιοι καὶ τριάκοντα
τὸν ἀριθμὸν, ὄντες Ἐπίσκοποι, ὡς θεῖα εὐαγγέλια ἐδέξαντο,
καὶ στήλην ὀρθοδοξίας ἐκάλεσαν, καὶ κατ' ἐκείνην τὸ προκεί-
μενον ἔκριναν ζήτημα. τοῖς ἐκείνου δόγμασι κατ' ἴχνος ἑπό-
μενοι· οἱ αὐτοὶ τὰ δευτερεῖα ἐν πατριάρχαις ἀφελόμενοι τὸν Ἀλε-
† Δ ξανδρείας, καὶ τῷ Κωνσταντινουπόλεως αὐτὰ κατὰ † μίμησιν
τῆς δευτέρας Συνόδου ἐγχωρήσαντες, ποιῆσαι ἐνόμισαν οὐδὲν,
εἰ μὴ καὶ Λέων ὁ ἁγιώτατος Πάπας αὐτὸ βεβαιώσειε, καὶ ὥστε
τοῦτο ποιῆσαι ἐπιστολαῖς τε καὶ πρέσβεσιν αὐτοῦ ἐδεήθησαν. ὁ
δ' ὅμως οὐ κατένευσεν, καὶ εἰ μὴ ἄλλος μετὰ ταῦτα ἐβεβαίωσε
Πάπας, οὐκ ἂν ἐπεκράτησε. περὶ τούτου Ἰννοκέντιος Ἀρκάδιον,
καὶ Εὐδοξίαν τοὺς βασιλεῖς, τοῦ χρυσοῦ τὴν γλῶτταν Ἰωάννου,
ἄδικον καταψηφισαμένους ἐξορίαν, ἀναθέματι καθυπέβα-
λε, καὶ τῆς χριστιανῶν ἀπηλλοτρίωσε κοινωνίας. οὐκ ἄν, εἰ μὴ
κατὰ πάσης ἐκκλησίας ἀρχὴν εἶχεν, οὐ γὰρ ἄν, εἰ μὴ καθό-
λου τῆς ποίμνης, καὶ κοινὸς χριστιανῶν πατὴρ καὶ διδάσκαλος,
καὶ Κωνσταντινούπολις, καὶ οἱ ἐκεῖ βασιλεῖς τῶν ἐκείνου ἦσαν
προβάτων, ἀφώρισεν ἂν αὐτοὺς τῆς τῆς ἐκκλησίας κοινωνίας
καὶ ἑνότητος. ἴσχυσε γὰρ ἂν οὐδὲν ἡ ἐκείνου ἀπόφασις, οὐδ' ἂν
αὐτοῖς οὐδ' ὁπωσοῦν ἐλυμήνατο· μὴ ὑποκειμένοις ἐκείνῳ. Φώ-
τιον μετὰ ταῦτα τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπιβάτην, ὃς τὸν ἁγιώ-
τατον Ἰγνάτιον ἀδίκως ἐξελάσας, τῆς ἐκκλησίας ἐξήλασε, καὶ
αἰ-

illud os immeritò exilio mulctarunt, anathemate percuſſit, & à communione Chriſtianorum alienos effecit, quod vtique non feciſſet, niſi ſupra omnem Eccleſiam principatum haberet. Niſi enim vniuerſalis eſſet paſtor, & communis Chriſtianorum pater & magiſter, & Conſtantinopolis & ibi Imperatores illius eſſent oues, non vtique eos à communione & vnitate Eccleſiæ ſeparaſſet. nullum enim robur illius ſententia habuiſſet, nec eos læſiſſet, ne tantulum quidem, non illi ſubiectos. Poſt hæc Photium Conſtantinopolitanæ ſedis inuaſorem, qui ſanctiſſimum Ignatium expulerat, ab Eccleſia eiecit, & introduxit Ignatium. Quo iure? Nimirum quòd ſupra omnes habeat poteſtatem. Poſtea cùm ſacer Ignatius ad Deum migraſſet, & Imperatores multis & frequentibus pro Photio vrgerent precibus; nonne Ioannes poſt Nicolaum & Adrianum Romanæ Eccleſiæ adeptus imperium, in Patriarchalem ſedem reſtituit, pallium illi per Epiſcopum Paſchaſium mittens? Quid hæc omnia ſignificant, fratres, quàm maximum Romanorum Pontificum ſupra totam Eccleſiam principatum ac dignitatem.

Hæc igitur omnia reputantes, & his animum adhibentes deponite omne vanum præiudicium, omne iniuſtum odium, omnem de Latinis opinionem non rectam, & verum amplectentes, fideique ſynceritatem iuxta Catholicam Eccleſiam, & ipſam ſanctam Romanorum Eccleſiam, & ipſi plurimi & maximi facientes nobis cùm ſitis coniuncti, multùm valere dicentes ijs, qui ſine cauſa ob propriam ambitioſam vincendi contentionem temere, & vt ſors tulerit, quicquid in buccam venit, effutiunt; voſque à recta fide abducunt, Romanorumque Eccleſiæ paſtorem, verè œcumenicum Patrem, & Doctorem, atque Pontificem exiſtimantes, ipſum veneramini, & vt par eſt, honorate. Noſque (quamuis indignos) Patriarcham veſtrum Dei gratia legitime ab Eccleſia creatum ducentes & credentes eſſe, noſtras admonitiones, vt parenteis ſermones ſuſcipite, communicantes mecum eandem ſententiam & fidem, & in eodem ſpiritu & mente idem credentes, idem ſentientes ad inuicem quamdiù ſumus in corpore alter alterum diligamus, & foueamus. Pater filijs congaudens, & omnia vobis bona, vt fieri poteſt, porrigens, & omnibus modis benefaciens. Poſt autem huius tabernaZ 2 na-

ἀντεισήγαγε τὸν Ἰγνάτιον, τίνι δικαίῳ; ἢ δηλαδὴ τῷ κατὰ πάντων ἔχειν τὸ κράτος; μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ θείου Ἰγνατίου πρὸς τὸν Θεὸν ἐκδημήσαντος, καὶ τῶν βασιλέων πολλαῖς τε καὶ συνεχέσιν αἰτησάντων ὑπὲρ Φωτίου δεήσεσιν, οὐκ Ἰωάννης οὗτος μετὰ Νικόλαον καὶ Ἀδριανὸν τὴν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας δεξάμενος ἀρχὴν, εἰς τὸν Πατριαρχικὸν ἀποκατέστησε θρόνον, ὁμοφρόνως αὐτῷ διὰ
E Πασχασίνου Ἐπισκόπου ἀποστείλας; τί ταῦτα πάντα σημαίνουσιν ἀδελφοί; ἢ μεγίστην τοῦ Ῥωμαίων ἐφ' ὅλην τὴν ἐκκλησίαν ἀρχήν τε καὶ ἀξίωμα; ταῦτα οὖν πάντα ἐνθυμηθέντες καὶ τούτοις προσέχοντες τὸν νοῦν, ἀπόθεσθε πᾶσαν εἰκαίαν πρόληψιν, πᾶν ἄδικον μῖσος, πᾶσαν περὶ Λατίνων ὑπόληψιν οὐκ ὀρθήν. καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀσπασάμενοι, τό τε τῆς πίστεως ἀκραιφνὲς κατὰ τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ αὐτὴν τῶν Ῥωμαίων ἁγίαν ἐκκλησίαν περὶ πλείστου τε καὶ τοῦ παντὸς ποιησάμενοι, καὶ αὐτοὶ γένοισθε μεθ' ἡμῶν. πολλὰ χαίρειν εἰπόντες τοῖς ἄλλως δι' οἰκείαν φιλονεικίαν εἰκῆ τε καὶ ὡς ἔτυχε τὰ ἐπιτυχόντα λέγουσι, καὶ ὑμᾶς τῆς ὀρθῆς ἀπάγουσι πίστεως. τόν τε τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ποιμένα οἰκουμενικὸν τῷ ὄντι πατέρα, καὶ διδάσκαλον, καὶ ἀρχιερέα νομίσαντες, σέβεσθέ τε αὐτὸν, καὶ τὰ εἰκότα τιμᾶτε. ἡμᾶς τε (εἰ καὶ μὴ ἀξίοις) πατριάρχην ὑμέτερον τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι νομίμως, ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας προβεβλημένον νομίζοντές τε, καὶ πιστεύοντες εἶναι, τὰς παραινέσεις ἡμῶν ὡς πατρὸς δέξασθε λόγους, τῆς αὐτῆς ἐμοὶ κοινωνοῦντες γνώμης καὶ πίστεως, ὡς ἂν ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι καὶ νοῒ τὸ αὐτὸ πιστεύοντες, τὸ αὐτὸ φρονοῦντες, ἀλλήλοις, ἐφ' ὅσον μὲν ἐνδημοῦμεν τῷ σώματι ἑκάτερος ὑμῶν ἑκάτερον ἀγαπῴη τε καὶ περιέποι, πατὴρ τέκνοις συνευφραινόμενος, καὶ πάντα ὑμῖν ἀγαθὰ, ὡς οἷόν τε, πορίζόμενος, καὶ πᾶσι τρόποις εὖ ποιῶν· μετὰ δὲ τὴν τούτου τοῦ σκήνους ἀπόθεσιν, τῆς αὐτῆς ἐν Χριστῷ τύχωμεν δόξης, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀπολαύσωμεν, τοῦ ἐφετοῦ τέλους εὐτυχῶς ἐπιτυχόντες. Ἀμήν.

Ἐδό-

naculi depoſitionem, eandem in Chriſto conſequamur gloriam, & æterna vita fruamur, deſiderabilem finem feliciter conſequuti. Amen.

Data eſt Viterbij ſexto kalendas Iunias, Anno Domini 1463. obſignata Cardinalitio noſtro ſigillo, quod abeſſet ſignaculum plumbeum Patriarchale. ob maiorem verò ſecuritatem, ne quis ſuſpicetur eſſe fictam, & non eſſe noſtram hanc epiſtolam, cùm non reperiretur ob loci penuriam membrana, ſcripta eſt in bambacenis conſutis, ipſaſque ſuturas tribus in locis obſignauimus, ſcilicet in extremis, & medio. & hæc quæ incipiunt ab illo, Data eſt Viterbij, huc uſque manu propria ſcripſimus, præterea & ſubſcripſimus.

Beſſarion miſeratione Diuina Cardinalis & Oecumenicus Patriarcha Conſtantinopolitanus nouæ Romæ propria manu ſubſcripſi.

Ἐδόθη ἐν Οὐιτερβίῳ πρὸ ἓξ Καλανδῶν Ἰουνίων ἔτι ἀπὸ Χριστοῦ αυξγ. σφραγισθεῖσα, διὰ τὴν τῆς πατριαρχικῆς μολιβδίνης σφραγῖδος ἀπουσίαν τῇ καρδιναλικῇ ἡμῶν σφραγῖδι. διὰ δὲ ἀσφάλειαν πλείονα, ἵνα μή τις ὑποπτεύσῃ πλαστήν τε καὶ μὴ ἡμετέραν εἶναι ταύτην τὴν ἐπιστολήν, ἐπεὶ μὴ εὑρεθέντος μεμβράνης διὰ τὸν τόπον, ἐγράφη ἐν βαμβακίνοις ἐρραμμένοις, αὐτάς τε τὰς ῥαφὰς εἰς τρεῖς τόπους ἐσφραγισάμεθα. ἔν τε τοῖς ἄκροις δηλαδὴ καὶ κατὰ τὸ μέσον. καὶ ταῦτα, ἀπὸ τοῦ ἐδόθη ἐν Οὐιτερβίῳ, μέχρι τῶν δε, οἰκείᾳ χειρὶ γεγραφότες ἔτι καὶ ὑπεγράψαμεν.

Βησσαρίων ἐλέῳ Θεοῦ Καρδινάλις καὶ οἰκουμενικὸς Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης οἰκείᾳ χειρὶ ὑπέγραψα.

HANC EPISTOLAM

ipſemet Beſſarion è Gæca Latinam fecit, quam nos poſtea repertam inprimendam curauimus.

BESSARION DIVINA MISERATIONE Sanctæque Sedis Apoſtolicæ gratia, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Patriarcha Conſtantinopolitanus. Dilectis in Chriſto fratribus, & filijs Archiepiſcopis, Epiſcopis, Presbyteris, Monachis, cæteriſq; Eccleſiaſticis, & ſæcularibus viris prouincias Sanctæ Sedi Conſtantinopolitanæ ſubditas habitantibus, gratiam, pacem, & benedictionem à Deo omnipotente. Volentibus dumtaxat, eamq; obtinere deſiderantibus, & quæ ad illam obtinendam ducunt omni conatu agentibus.

VOLVISSEMVS profectò dilecti fratres & filij, ipſi vobiſcum loquentes dare, atque accipere rationem eorum, quæ ad veſtram ſalutem neceſſaria ſunt: quæq; vos & loqui, & agere fraterno & paterno affectu deſideramus. Sed quoniam & conditio præſentium rerum, & tanta vaſtitas pelagi, ac interiacens longitudo terrarum id prohibent, quod reliquum eſt, litteris officium noſtrum exequi conabimur, & hac epiſtola particulam aliquam eorum, quæ coram loqueremur exprimemus. Obſecro autem Domino, vt ea vos charitate audiatis, quæ dicturus ſum, cum qua ipſe vos alloquor. Teſtis eſt enim mihi ipſe Deus, quem nullæ noſtræ cogitationes latere poſſunt, quod primo quidem zelus eius, deinde arctiſſimum charitatis vinculum, quo nationi noſtræ aſtringimur: me vt hæc ſcribam mouent.

Neque ea patiuntur reticere, quæ vobis cognitu neceſſaria ſunt. Ante omnia igitur mementote, fratres & filij, qualis olim, quamque excellens fuerit natio noſtra, tum doctrina, tum omni ſapientiæ genere, cum cæteris virtutibus, quæ præterea vires, quæ potentia, qui Principatus noſtrorum fuerint. Quis enim dubitet Græcorum gentem omnium liberalium artium, ac totius ſapientiæ non modò inuentricem, verùm etiam perfectricem extitiſſe? Illic ſemper & virtus, & religio, & ſanctimonia floruere; illic enituit totius Orbis Imperium, nunc verò (heu infelicem, & miſeram patriæ noſtræ conditionem) non modò Principatum, atque Imperium Orbis amiſimus, verùm etiam ſeruitutem patimur, & hanc quidem crudelem, atq; turpiſſimam: dominantur enim nobis homines truces, barbari, atque Infideles; neque ſolùm hoc paſſi ſumus, ſed ne ſimulacrum quidem diſciplinæ, aut vllum ſapientiæ veſtigium apud noſtros relictum eſt. Solent enim diſciplinæ, & bonæ artes, paratis primò, quæ ad victum neceſſaria ſunt, quæri, atque inueſtigari, quæ cùm nobis in præſentia ob ſeruitutem & inopiam deſint, nulla amplius ſapientiæ ratio eſt, nulla diſciplinarum cura, nullum optimarum artium ſtudium. Virtus ſola, quæ ad mores pertinet, quæque ſtudioſos ſui bonos efficit, ea verò manet; maneatque ſemper apud noſtros. Sed quæ cauſa eſſe potuit, vt moralibus virtutibus præditi, & ſapientiam, & Principatum, & ipſam omnium rerum dulciſſimam libertatem amiſerint? Non enim fortuna, vel caſus, aut temerarius rerum euentus, ac fluxus inſtabilis tantam noſtris calamitatem intulere, niſi quis putet res humanas diuina prouidentia minimè gubernari, quod etiam cogitare impium eſt, atque nefarium. Sed nec delictorum noſtrorum multitudinem eius rei cauſam fuiſſe dicendum eſt, vt quidam Deo ſe humiliantes dicere conſueuerunt. Neque enim nos magis quàm cæteræ Chriſtianorum nationes, quas nunc mundana iſta fælicitate frui videmus, peccatis noſtris Deum irritauimus. Siquidem & dictum eſt, & verè dictum eſt, vt arbitror, noſtros in ijs quæ ad mores, & vitæ honeſtatem pertinent, nullis eſſe inferiores. Verendum igitur ne potius tot tantorumque malorum fomes, & materia fuerit, quòd Græci veris dogmatibus per ſocordiam omiſſis ab intemerata fidei veri-

ta-

tate ſeceſſerunt, & inconſutilem Domini tunicam ſcindentes à catholica Eccleſia ſunt diuiſi. Cuius rei cauſa fuit temeritas quorumdam noſtrorum, ne alteri Principatus ſui rationem reddere cogerentur. Hos deinde poſteriores quoque non tam ſua prauitate moti, quàm illorum allecti peruerſitate ſunt ſecuti. Sed deponere aliquando, ac prorſus abigere hanc perniciem decens, ac ſalutiferum eſt. Quamobrem vos hortor & rogo, fratres & filij in Spiritu ſancto deſideratiſſimi, omni ſtudio, ac conatu, antiquam nobilitatem reſumite, vendicate nobis priſtinam gloriam. Veteres illos ac ſanctiſſimos Patres, & Doctores noſtros ſequimini, quorum eadem confeſſio fidei, eadem ſemper fuit doctrina pietatis, cum ea quam nunc Romana Eccleſia tenet, ac profitetur. Recentiores iſtos tam peſtiferæ diuiſionis auctores condemnate, perſequimini, exterminate. Oecumenicam Synodum Florentiæ habitam deuota mente ſuſcipite: & quæ ibi ſancto cooperante Spiritu decreta ſunt, ſincero corde credite, & profitemini. Multæ, efficaceſque eo in loco rationes adductæ ſunt de proceſſione ſancti Spiritus. Multa vtrinque à partibus in vtriuſque ſententiæ confirmationem dicta. Vicit tandem apud omnes hæc ſententia, Patrem, & Filium vnum eſſe Spiritus ſancti principium, eumque ex vtroque tanquam ex vno ſpirante procedere. Multa ſanctorum Doctorum, non modò Occidentalium, verùm etiam Orientalium, atque noſtrorum ad id probandum teſtimonia adducta ſunt, multis id rationibus demonſtratum, neque id noſtrorum incuria euenit: non enim ſegniter, neque negligenter eam rem inueſtigare conati ſumus, ò fratres: multas noctes inſomnes egimus, magnam vigilantiam, ſolers ſtudium, ſummam curam adhibuimus, cedere oportuit veritati: victi fuimus Doctorum ſententijs. Abſit enim à bona anima & fideli, vt oſtenſæ veritati claudat oculos, eamque victoriæ ambitione deſpiciat. Referrem nunc vobis particulam aliquam rationum illarum, niſi lex epiſtolæ prohiberet, ſimul quod vobis licet longè plura alibi videre, & legere, quàm nos referre in præſentia poſſemus. Plerique enim ex his, qui nos anteceſſiſſe doctiſſimi & ſanctiſſimi viri multa atque præclara de hoc dogmate litteris mandauerunt. Nos quoque non pauca ſcripſimus, partim vt amicorum id ob-

nixè efflagitantium morem gereremus voluntati, partim vt vel nos cogitata, vel alijs fruſtra contendentibus reſponſa in communem vtilitatem traderemus. Quæ omnia cùm apud vos ſine, ſiquis veſtrum ſine contentione vel leget, vel audiet. legeritis autem vel audietis omnes (ſi licebit) non paruam, quod ad Dei gloriam dictum ſit, vtilitatem conſequetur. Verum tamen vnam dumtaxat, & eam perbreuem, ſi libet, rationem adducamus.

De Spiritus ſancti proceſſione.

SPiritus ſanctus Spiritus Filij dicitur, teſte ipſo Filio, qui Spiritum illum vocat Spiritum veritatis. Veritas verò ille ipſe eſt. & Paulus, Miſit, inquit, Deus Spiritum Filij ſui in corda noſtra: & rurſum, Si quis Spiritum Chriſti non habet, ipſe non eſt eius. Quod alijs quoque in locis idem Apoſtolus creberrimè replicat. Hoc verbum fratres, ſatis ſuperque ad id probandum de quo agimus. Neque enim excedere decet modum epiſtolæ. Eſt itaque Spiritus ſanctus Chriſti Spiritus naturaliter & eſſentialiter, non accidentaliter. Id verò cuius aliquid hoc modo eſt, auctoritate aliqua & excellentia id excellat neceſſe eſt, quod ſuum eſſe dicitur. Hæc verò auctoritas profectò non talis dicenda eſt, qualis eſt Domini ad ſeruum. Quis enim auderet creatorem in creaturam vertere, quod etiam cogitare ſacrilegum eſt? Supereſt igitur auctoritatem, atque excellentiam originis eſſe eius qui ſpirat, ad ſpiritum qui ſpiratur. Et certe aliud aſſerere nefarium eſt. Nam quod noſtrorum aliqui à veritate declinantes ideo dici Filij Spiritum contendunt, quòd eiuſdem ſit cum eo eſſentiæ, vel quod ex eo mittatur, aranearum potius telæ ſunt, quam rationes, vt ſæpe demonſtrauimus. Si enim propter conſubſtantialitatem dicatur Spiritus, Filij Spiritus, propter eandem cauſam & Filius dicetur Spiritus ſancti Filius, quod nunquam in ſacris litteris auditum eſt. Si verò quia ex Filio mittitur, ita dicitur, ea certè ratio magis roborat ſententiam noſtram. Quòd enim mittere iſtud, & ſcaturire, & profluere, cæteraque ſimilia ſpirationem, ac ſubſtantialem quandam proceſſionem præ-

ſup-

ſupponant; quodque impoſſibile ſit Filium mittere Spiritum ſanctum, niſi etiam illum ſpiret, plerisque in locis oſtendimus multis idoneiſque rationibus. Alia quoque multa è noſtris ad velandam veritatem dici ſolent, nullius ſanè momenti; plura veròelioraque dicuntur ab his, qui veritatem ſequuntur. Quæ & ſi nos optimè tenemus, cùm ſæpe numero contradicentibus aduerſati ſimus, breuitatis tamen gratia mittimus ad monitos. ſiqui erunt inueſtigandæ veritatis cupidi, vt ea legant, quæ olim de hac re conſcripſimus. Hoc tamen vobis dicimus, & intrepidi aſſerimus, ſi res tuliſſet, vt præſentes dare, atque accipere rationem huius rei potuiſſemus; indicaturos vos fuiſſe. hoc vnum, quod diximus, ſatis ſuperque eſſe ad veritatem oſtendendam, nihilque dubitationis relinqui, quin Spiritus ita ex Filio quemadmodum ex Patre, tanquam ex vno principio & vno ſpirante procedat. Multa quoque alia ſacrarum teſtimonia ſunt litterarum, vt puta Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre; & rurſus, De meo accipiet, & annunciabit vobis. Et iterum, quæcumque audiet loquetur, & alia ijs ſimilia. Ex quibus omnibus luce clarius ea fidei veritas oſtenditur, quàm & ſancta Romana Eccleſia vt ſemper antea, ita nunc tenet, & prædicat, & olim omnis Eccleſia fatebatur. Sed dicet fortaſſe aliquis; cur ipſe Dominus cùm de Spiritu loqueretur, Spiritus, ait, qui à Patre procedit, neque addidit etiam à ſe ipſo procedere? Quæ tandem, aut qualis eſt hæc ratio, fratres? Etſi enim dixerat à Patre procedere Spiritum, non tamen negauit eum à ſe quoque procedere. Nam ſi id dixiſſet, aliquid fortaſſe videretur ingerere difficultatis. Quanquam neque hoc ad tutandam veſtram opinionem ſufficeret. Siquidem ipſe Saluator de die illa & hora inquit, nemo nouit, neque Angeli, neque Filius hominis, niſi ſolus Pater. Et rurſus; mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me Patris. Et iterum, nemo nouit Filium niſi Pater. Quorum omnium nos procul dubio contrarium & ſentimus, & profitemur. Ac Filium Dei, perinde diem illum, & horam cognoſcere, vt Patrem exiſtimamus. Eundemque ita ſe noſſe, vt Pater eum nouit, doctrinamque illius ſuam præcipuè doctrinam eſſe. Si igitur eorum, quæ apertè negauit Chriſtus, nos quidem rectè è diuerſo credimus, cur non etiam hoc, quod

non

non negauit, piè credimus? Enimuerò illud in primis attentiſſimè conſiderandum eſt fratres, & filij in Chriſto deſideratiſſimi; Promiſit olim Chriſtus ſuper confeſſione Petri ædificare Eccleſiam ſuam, & quòd portæ inferi, hoc eſt, Hæreticorum blaſphemiæ nunquam præualerent aduerſus eam. Quærendum eſt, fratres, quænam iſta ſit Eccleſia. nam veram certamque fuiſſe promiſſionem nullus auſit negare Chriſtianus. Aut igitur Latina, aut Græca Eccleſia eſt. tertia enim dari non poteſt. Siquidem aliæ omnes hæreſibus ſunt plenæ; quas ſancti Patres, & generales Synodi condemnarunt. Si ergo hanc Eccleſiam Græcorum Eccleſiam dicis, in anguſtum nimis arctam Eccleſiam, imò illam ad nihilum redigis. Qualis enim, miſeri nos, aut quanta eſt Eccleſia noſtra? Labitur, heu, labitur, peritque quotidie, ne dicam eam penitus iam interijſſe: ſubditi ſunt infidelibus Græci omnes, ita omnia peſſumdedere barbaræ gentes, vt non poſt multum interiectum tempus ipſum quoque linguæ Græcæ ſplendorem, libros omnes, vniuerſa opera ſanctorum Doctorum, ſacrarum etiam litterarum codices, & Euangelium ipſum noſtram infelicem patriam deſertura non dubitem, niſi pietas & miſericordia Saluatoris noſtri tantam à vertice noſtro calamitatem propulſet. An ignoratis fratres, vt Orientales omnes, ſi qui inter fideles ſuperfuerant, qui in Oriente Eccleſiam ſequerentur Græcorum, Conſtantinopolitanis, & circumiacentium Inſularum cultoribus dumtaxat exceptis, alios ante centum, alios enim quinquaginta & amplius annos, ne nominare quidem nouerant ſcripturam ſacram, nec eius volumina numerare. Nullum fidele dogma ſciebant, nullam quæſtionem, nullam de ſpe futuræ vitæ rationem; in ſumma nihil eorum, quæ in Euangelio leguntur, intelligebant. Presbyteri, quanquam illud aſſiduè legentes, non minus quam cæteri rudes erant; nec integrum quidem habebant Euangelium, ſed quædam eius fragmenta, quæ legi in Eccleſijs ſolent ſemieſa circumferebant. Et quemadmodum pſittaci, aliaque eiuſmodi animalia conari aliquando, atque effingere ſine intellectu noſtra verba conſueuerunt, ita hi vocem quidem emittebant græcam, lectitabantque ea ſolùm, quæ ſcripta erant, nec ſine barbarie: eorum verò quæ legebant nihil prorſus percipie-

bant *. Recognoſcite, recognoſcite aliquando fratres Caput Eccleſiarum, cathedram Petri. Recognoſcite matrem veſtram, atque magiſtram, amplectimini fidem Apoſtolico ore laudatam; inde animæ veſtræ poſtulate cibum, inde quærite conſilium. Si Doctorum noſtrorum libros euolueritis, ſi ſcripta eorum diligenter conſideraueritis, inuenietis Romanam Eccleſiam ſupra cæteras omnem poteſtatem habere, & ita vniuerſæ præeſſe Eccleſiæ, vt abſq; eius auctoritate nulla prorſus eccleſiaſtica quæſtio ſolui, nullum dogma concludi, aut poſſit, aut debeat. Hæc eſt illa petra, ſupra quam Chriſtus ſuam ædificauit Eccleſiam: hæc eſt, quæ fidem Petri tenet, & prædicat. Hæc ſola eſt, aduerſus quam portæ inferi non præualuerunt. Hic ſemper ſeruata eſt incorrupta Patrum auctoritas. Hic ſol iuſtitiæ oritur: hic lux mundi: hic ſal terræ: hic ſunt vaſa aurea, & argentea. Quicunque huic ſanctæ communioni conſociantur, vnam cum ea Eccleſiam faciunt; qui ab ea ſunt ſeparati, ſalutem habere non poſſunt; qui hic non colligunt, ſpargunt. Quicunque extra hanc agnum comedunt, prophani ſunt. Si qui in Noë arca non fuerint, peribunt regnante diluuio. Extra ouile Chriſti ſalui eſſe non poſſunt; in lupos rapaces, in fures, latroneſq; incidene. Quandoquidem neceſſe eſt, qui voces paſtorum non audiunt, quod ne cui Chriſtianorum accidat, illa prædicanda, illa tenenda eſt fides, quam Petri cathedra profitetur. Hanc vos quæſo fratres cum reuerentia, & humilitate ſuſcipite, huic inhærete, huic inſiſtite. Non ceſſo pro vobis orare Dominum, vt ſapientiam induentes, id, quod vos hortor, agatis. Vellem enim ita vos omnes eſſe, vt ego, nec paruum vobis, aut contemnendum videor optare bonum ô fratres; ſi quod mihi ipſi, hoc etiam vobis bonum deſidero. Maiorem enim charitatem nemo exhibere tenetur proximo ſuo, quam eadem illi, quæ ſibi bona velle. Diliges enim, ait, proximum tuum ſicut te ipſum, plus hoc non requirit à nobis Deus, quaſi hoc ſummum ſit ſignum charitatis. Neque me ex ignorantia, vel imperitia à veritate, vt arbitror, dicetis aberraſſe, cùm me ſciatis à teneris annis omne vitæ meæ tempus in litterarum ſtudijs conſumpſiſſe, ſummaq; opera, ac diligentia huic, de quo loquimur, dogmati incubuiſſe, & quantum fieri potuit inueſtigaſſe veritatem. Quid enim aliud eligere ſibi potuit homo, qui ab ineunte æta-

* deeſt.

ætate propria abdicatus voluntate in humilitate, atque obedientia vixerit, & qui (ſine iactantia dictum ſit) multa de vanitate mundi, de emendatione morum, de præmijs, vel pœnis æternis legerit, audierit, ſcripſerit, quàm rectis, veriſque ſententijs alere animum, & inuentam fidei veritatem amplecti? quàm certè eo pluris quàm antea in præſentia facimus, quo magis ingraueſcente iam ætate multiplicati corporis morbi mortem mihi quotidie minantur, & vitam tædio eſſe faciunt. Scio certè fratres, & patres, & ſcio filij in Chriſto dilecti, non multum eſſe quod nobis ſupereſt vitæ, & iam tempus noſtræ reſolutionis inſtat, quo, vt ſapientes aiunt, aduenit hominibus timor earum rerum, quas antea formidare non ſolebant. Vident enim appropinquare diem, quo omnis anteactæ vitæ reddenda ſit ratio. Me quidem quo magis vicina eſt mors, eò magis conſolatur integritas fidei. Spero enim id, quod ex operibus ad ſalutem animæ meæ deerit, fidei veritate poſſe ſuppleri. Ob hanc cauſam ſpretis, & contemptis honoribus, ſi quos apud vos habui (habui autem nec paruos, nec paucos) totus hanc fidei veritatem ſum ſequutus. Equidem dico ſcientibus, & ijs, qui à ſcientibus audierunt, audientque, ſi volent in poſterum; adoleſcentulum me, & prima adhuc lanugine carentem, plurimi faciebatis, etiam qui nunquam me vidiſtis, notum erat nomen meum omnibus græcam intelligentibus linguam, nondum quatuor & viginti annos natus à Principibus nationis noſtræ, à vobis omnibus, ab ipſis denique Imperatoribus, & honore, & dignitate ſupra ætatem extollebar. Præponebant enim me, non modò æqualibus meis, ſed etiam ſenioribus, & auctoritate, gratiaque pollentibus, non mea virtute, ſed ſua bonitate. Quamuis enim magna hoc tempore in Chriſti Eccleſia dignitate præfulgeam, magnoſque & longè ſupra merita mea adeptus ſim honores, tamen hæc omnia poſtea ſunt ſecuta, & vt Deus omnium rerum conſcius optimè nouit, neque expectata à me, neque ſperata. At enim fortaſſe dici non immeritò poſſem maiora illa, quæ apud vos habui. Quandoquidem illic facilè inter primos annumerabar, hic verò, cùm multi ſint, imò penè innumerabiles, qui me ſapientia, doctrina, cæteriſque virtutibus antecellunt, vix inter poſtremos habeo locum. Notum eſt au-

autem illud Romani Principis dictum, qui cùm eſſet honoris ſtudioſiſſimus malle ſe dicebat in oppido, quamuis humili, atque oſcuro primum habere locum, quàm in glorioſiſſima, atque excellentiſſima vrbe Roma ſecundum eſſe. Habet enim principatus quandam etſi in minimis, maximam tamen, ac dulciſſimam voluptatem. At nos, & quæ apud vos habebamus non magni fecimus, & quę nunc habemus teſtem inuocamus Deum, æquè parui feciſſemus, quin potius ſpretis, contemptiſque omnibus, etiam ſi multò plura haberemus, ad vos quam celerrimè defeciſſemus, niſi nobis eſſemus conſcij elegiſſe meliora, niſi exploratum haberemus hanc ſanctam, & Catholicam Eccleſiam illa credere, illa tradere, & docere, quæ ad vitam æternam iter faciunt. Si igitur ad ea vos hortor, quæ ſaluti veſtræ profutura non dubito, cum humilitate, & reuerentia audire debetis, ac cum gaudio, & alacritate animi monita noſtra ſuſcipere ſalutaria.

At magnum apud vos ſcandalum genuiſſe dicitis additionem Latinorum in Symbolo. Cur ita fratres? Certè ſi rectè conſiderare volueritis, non additio illa fuit, ſed expoſitio, ſed explanatio, ſed declaratio. Additio namque etiam iuxta Doctorum noſtrorum ſententiam illa eſt, quæ contraria dogmata introducit: quæ verò eadem, ſimiliaque profitetur, declaratio, non additio eſt. Quippe ſi verùm non eſſet, quod dicitur, fugienda vtique hæc additio foret. Quod ſi verum eſt, & fidei Sanctorum conſonans, ibi timemus timorem, vbi non eſt timor, & ſuperſtitioni magis, quàm pietati indulgemus. Multa Nicæno Symbolo ſecunda Synodus addidit de diuinitate Spiritus ſancti, de vnitate Eccleſiæ, de baptiſmate, de remiſſione peccatorum, de reſurrectione mortuorum, de vita æterna. De quibus primum Concilium nullam omninò expeditè mentionem fecerat. Multa præterea alij quoque Doctores, qui illis ſucceſſerunt Latini, quam illi fecerant, tradidere; quæ tamen non additiones, ſed declarationes fuerunt. Cur igitur & Catholicæ Eccleſiæ non licuerit hoc idem facere, ſimili hæreticorum neceſſitate vrgente? Nam quod reſpondere ſoletis, tunc quidem licuiſſe, nunc verò poſtquam tertia Synodus omnem additionem prohibuit, ne ipſam quidem veritatem addere licere,

re,

re, ſtulta ſanè, & vana ratio eſt. Legite, ſi libet, quam olim de hac re Orationem edidimus, manifeſtiſſime illic veritatem inuenietis, & niſi fallimur, idem nobiſcum fatebimini. Nolite æmulari contentioſos homines, neque imitari illos, qui cùm aliter non poſſint, ſaltem pugnando veritatem, gloriam aucupari conantur. Humiliate vos Deo, & tot, taleſque viros ſingulari præditos deuotione, ac ſapientia, Romanæ Eccleſiæ alumnos ſequuti, fidem eius ſuſcipite, Pontificem Romanum verum ipſius Paſtorem, totius Caput Eccleſiæ, Ductorem fidei, atque Magiſtrum credentes veneramini, & viam, quæ ad æternam ducit vitam oſtentantem, ſequimini. Nam & hoc vnum eorum eſt, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, proprium noſſe Paſtorem, & recognoſcere Principem, & ſcire atque honorare Ductorem. Vbi enim non eſt Princeps, ibi inordinatio; vbi inordinatio, ibi ſolutio, vt Gregorius Nazianzenus ait: & certè ſiue diuinas, ſeu humanas res conſiderare volueritis fratres, inuenietis vnum omnium debere eſſe principium. nec rectè aliter res poſſe gubernari, nam vt à diuinis incipiamus, Chriſtianorum Theologia, vnum, qui ſupra omnes eſt, docet Deum eſſe, qui cùm in tribus perſonis ſit vti illæ ſa ſeruetur vnitas, eiuſdem, ſimiliſque ſubſtantiæ diuinæ illæ ponuntur eſſe perſonæ. Gentilium verò ex ijs ſenſibilibus, accepta ſcientia, ipſa quoque hoc idem fatetur. Quidam enim inter cæteros eorum Philoſophos nobilior, vnam eſſe primam cauſam, vnum omnium rerum aſſerit Creatorem; & quamuis multos etiam poſt illum gradus entium credat, vnum principium, & multa principia, omnia tamen ſub primo illo conſtituit. Alius verò multis hoc idem aſſerens verbis, mutuataque tandem à quodam antiquiore ſententia: Non eſt, inquit, bonus multorum principatus: vnus Princeps, vnus Rex eſto. Neque enim volunt entia malè gubernari, quaſi malè gubernari videantur, niſi vnus ſit, qui præſit vniuerſis. In rebus autem humanis, atque ciuilibus ijdem ipſi, quorum mentionem fecimus, cæterique omnes, & ante eos Saluator noſter Ieſus Chriſtus legitimam monarchiam cæteris gubernandi modis anteponunt. Reddite, inquit ille, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei Deo: quaſi vnus quidem ſit Deus in cælis, & vnus Princeps in terris;

ris; hic verò qui inter Philoſophos primum obtinet locum, illud Reipub. genus non modò generibus cæteris, ſed etiam optimatum principatui anteponit, & diuino quàm ſimillimum eſſe dicit. Vbi vnus, qui virtutibus cæteros antecellat, omnibus dominetur. Alius autem huius auditor omnibus politiæ enumeratis generibus, eundem hunc gubernandi modum ante omnes conſtituit, perfectiſſimum regnum appellans. Hunc igitur à Deo bonum & perfectum, & neceſſarium ordinem in rebus fluentibus, atque terrenis ſeruabimus fratres: in æternarum verò animarum, & ſanctæ Dei Eccleſiæ gubernatione contemnemus? indecens certè eſt, & ab omni ratione alienum. Hic enim maximè omnium eſt ordo ſeruandus. Siquidem perpetua digniora ſunt fluxis, momentaneis, atque caducis. Hinc legiſlator noſter, & Dominus Ieſus Chriſtus omnem humanam ſapientiam, cuius ipſe dator eſt, excedens, optimum gubernandi modum ſuæ reliquit Eccleſiæ, cum Petro, & per eum ſucceſſoribus eius principatum illius tradidit. Tu es, inquit, Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Et rurſus: Tibi dabo claues regni cœlorum. Et iterum: Paſce oues meas, paſce agnos meos. Et alibi: Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Nec me putetis fratres nouam legem introducere, nouum dogma docere. Repetite memoria, qui priſcas hiſtorias, qui Conciliorum acta legiſtis, quantum ſemper Romanus Pontifex ſuper omnem Eccleſiam auctoritatem habuit. Cæleſtinus Papa primam Epheſinam Synodum ſolus reprobauit, irritauitque, quamuis omnis Orientalis Eccleſia, & ipſi Patriarchæ vnanimes in ea conueniſſent. Leonis Magni epiſtolam Patres Chalcedonenſes numero ſexcenti, & triginta Epiſcopi inſtar ſacri Euangelij receperunt, eamque orthodoxæ fidei columnam nominarunt, necnon iuxta eius ſententiam, eam, de qua agebatur, terminarunt quæſtionem. Ijdem Patres Alexandrino Conſtantinopolitanum per imitationem ſecundi Concilij præpoſuerunt, nec tamen feciſſe ſe aliquid cenſuerunt, niſi hoc idem Leo confirmaret: quod vt impetrarent, multis & legationibus, & precibus contenderunt, quibus tamen vir ſanctus annuere recuſauit; & niſi poſtea ab alio Romano

Pontifice conceſſum extitiſſet, nullius fuiſſet ſanè momenti. Ante hunc Innocentius Romanus Pontifex Archadium & Eudoxiam Reges, quod Ioannem os aureum iniquè de Eccleſia pepuliſſent, anathemate ferijt, & Chriſtianorum communione priuauit. Quod certè non feciſſet, niſi ſupra omnem Eccleſiam habuiſſet Imperium. Quippe ſi non fuiſſet vniuerſalis Paſtor, & Pontifex, & communis omnium Chriſtianorum Pater, & Magiſter. Si Conſtantinopolitana Vrbs, & Imperatores illi de eius grege non fuiſſent, non ſeparaſſet eos talis Pontifex ab vnitate, & communione fidelium. Nihil enim Pontificalis ſententia roboris habuiſſet, non illis attuliſſet detrimentum, niſi Romano Præſuli ſubditi extitiſſent. Photium deinde Conſtantinopolitanam ſedem occupantem, qui, Sanctiſſimo Viro Ignatio eiecto, Eccleſiam ſibi viribus ſubegerat. Nonne Nicolaus Romanus Pontifex Fidelium communione priuauit, & reſtituto Ignatio ab Eccleſia repulit? Qua ratione id egit Nicolaus, niſi quia ſuper omnes Eccleſias poteſtatem habebat. Poſtquam verò Vir ſanctus Ignatius ad Dominum migrauit, nonne Imperatores Conſtantinopolitani multis, ac crebris precibus in fauorem Photij Romano Pontifici interpellarunt? Nonne Ioannes, qui poſt Nicolaum, & Hadrianum vniuerſalis Eccleſiæ gubernacula ſuſceperat, in Patriarchalem reſtituit ſedem, palliumque illi miſit, in quo refulget Pontificia dignitas. Quid tandem hæc omnia præſeferunt fratres, niſi ſummam eſſe Romani Pontificis ſuper omnem Eccleſiam auctoritatem, ſummam poteſtatem? Hæc igitur omnia cogitantes, hæc cum animi attentione conſiderantes omnem vanam opinionem exuite, omne immeritum odium deponite, omne illud de Latinis non rectum iudicium in melius mutate: amplectimini veritatem; integritatem fidei vnà cum Catholica & ſancta Romana Eccleſia ipſi quoque maximi exiſtimantes nobiſcum conuenite. Miſſos facite eos, qui contentionis potius gratia, quàm veritatis vana loquentes, vos à recta fide ſeducunt. Paſtorem Eccleſiæ Romanæ vniuerſalem Patrem, atque Magiſtrum exiſtimate. Hunc enim honore, laude, ac veneratione proſequimini. Nos verò quan-

quam

quam immeritos, tamen gratia Dei per Apoſtolicam ſedem & ſummum Pontificem Dominum noſtrum, vobis in Patriarcham legitimè datum, vt par eſt, ſuſcipite. Monita noſtra tamquam paternas adhortationes audite. Eandem mecum & ſententiam, & fidem colite, vt in eodem ſpiritu & mente credentes, idemque de fide ſentientes quandiu hac fungimur vita inuicem diligamus, inuicem conſolemur. Poſt verò huius mortalis ſarcinæ depoſitionem eandem in Chriſto gloriam obtineamus, & deſideratum finem adepti, vita fruamur æterna.

Amen.

NOTAE
PETRI ARCVDII
Quibus illuſtrantur nonnulla loca Epiſtolæ
BESSARIONIS.

A † OΙκουμενικὸς, Vniuerſalis.] Mirandum qui fieri potuit, vt vir Catholicus, & Romanæ, hoc eſt Chriſtianæ, & veræ fidei zelantiſſimus, hoc titulo ſe ornauerit. Cùm Gregorius Magnus Ioannem Patriarcham Conſtantinopolitanum primum hoc nomen ſibi vſurpantem monuerit, vt ab ſtulti vocabuli ſe appellatione compeſceret, & ſuum Apocriſarium vetuerit communicare in ſacris cum Ioanne, & cum Cyriaco ſucceſſore eius, niſi ab hac appellatione deſiſterent, vt conſtat ex epiſtola trigeſima, & trigeſima prima libri ſexti, & alibi paſſim. Præterea Adrianus Primus ſcribens ad Conſtantinum, & Irenem Imperatores rogat eos, ne deinceps permittant Patriarchæ Conſtantinopolitano Taraſio, ſcribere ſe Vniuerſalem. Quod fecerat in profeſſione ſuæ fidei, quam miſerat ad Pontificem. Vide Octauam Synodum Actione ſecunda. Sed noſtri Græci propter honorem Taraſij, aliaſque cauſas non ſunt paſſi integras legi epiſtolas Adriani.

In

In Concilio quoque Florentino Latini Patres cùm de alijs rebus ad fidem ſpectantibus, tùm potiſſimum de hoc titulo ſine dubio cum Græcis egiſſent, niſi illi de hac re, vt de multis alijs, audire, & agere recuſaſſent. Nunquam enim hanc vanam, & falſam appellationem Græcis Latini permiſerunt, neque permittent.

Igitur dicendum eſt, Beſſarionem exiſtimaſſe à Latinis hanc vocem toleratam fuiſſe. Nam & Ioſephus Florentiæ cùm ad finem vitæ perueniſſet, extremam ſuam ſententiam patefaciens in omnibus ſe ſubijcit Romanæ Eccleſiæ, & nihilominus vocat ſe œcumenicum Patriarcham. Vel Beſſarion & Ioſephus decepti ſunt ex Pſeudoſynodo à Photio ficta, vbi introducit Photius Legatos Pontificis, qui ei titulum vniuerſalis attribuunt, vbi etiam primum locum in ſeſſione impudenter ſibi arrogat. Poſtremò illud quoque veriſimile eſt, Beſſarionem, & Ioſephum ab huiuſmodi titulo abſtinuiſſe, ſed à poſterioribus Græcis additum fuiſſe. Non enim habemus autographum Ioſephi, & Beſſarionis manu propria ſubſcriptum, præſertim cùm ipſe Beſſarion in hac eadem epiſtola Romanum Pontificem verè œcumenicum nuncupet.

Quæ cauſa fuit, vt cùm Bibliotheca Beſſarionis dono ſit data Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, per amicos inquireremus, vtrum ea vox οἰκουμενικὸς, eſſet exarata in ea epiſtola, vel in titulo, vel in ſubſcriptione. Negant eam reperiri, & qui fidem non adhibet, adeat ipſam Bibliothecam. Præterea Beſſarion eam epiſtolam ipſemet in latinum vertit, vbi tamen nuſquam inuenitur in eius perſona ea vox œcumenicus.

Repugnat autem vocare ſe œcumenicum, & ſcribere, *τοῖς ὑποκειμένοις τῷ Πατριαρχικῷ θρόνῳ*, & non *τοῖς ἁπανταχοῦ Χριστιανοῖς*. Deinde Patriarcha Conſtantinopolitanus vocando ſe œcumenicum, probat, & oſtendit poſſe errare in fide totam Eccleſiam, quando is qui appellatur vniuerſalis in fide labitur, cùm contra, Romanus Pontifex, qui reuera eſt, & poteſt dici œcumenicus, non poſſit errare. Vnde Gregorius Magnus lib. 4. epiſt 32. ad Mauricium Auguſtum, contra Ioannem Ieiunatorem: Quis eſt iſte, inquit, qui contra ſtatuta Euangelica, contra Canonum decreta, nouum ſibi vſurpare nomen præſumit? vtinam vel ſine aliorum imminutione vnus ſit, qui vocari appetit vniuerſalis. Et certè multos Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ in hæreſeos voraginem incidiſſe nouimus Sacerdotes, & non ſolùm hæreticos, ſed etiam hæreſiarchas factos. Inde quippe Neſtorius, qui mediatorem Dei & hominum Ieſum Chriſtum, duas eſſe perſonas exiſtimans, quia Deum fieri hominem potuiſſe non credidit, vſque ad Iudaicam perfidiam erupit. Inde Macedonius, qui conſubſtantialem Patri & Filio Spiritum ſanctum Deum eſſe denegauit. Si igitur illud nomen in ea Eccleſia ſibi quiſquam arripuit, quod apud bonorum omnium iudicium fuit, vniuerſa ergo Eccleſia, quod abſit, à ſtatu ſuo corruit, quando is, qui appellatur vniuerſalis cadit. Sed abſit à cordibus Chriſtianorum nomen iſtud blaſphemiæ. Sic Gregorius.

† B Textus erat corruptus hoc modo: *οὐ δ᾽ ἔτι τι ἐστὶν ἀξιώματι καὶ τινα ὑπεροχὴν ἀνάγειν ἐστὶ πρὸς ἐκεῖνο ἐστὶ ὅπερ αὐτὸ λέγεται ἐστὶ, τοῦτο δ᾽ ἐνταῦθα οὐκ αὖ τὸ δυνατόν, εἰ κτίσμα κατάγει τὸν κτίστην. τοῦτο γὰρ καὶ ἐννοεῖν ἀσεβὲς, λείπουσαι τίνων*, &c. vt videre eſt in Bibliotheca Vati-

ca-

cana. Correximus eum vtcunque ex Veneta, vt aliquem ſenſum eruere poſſemus hoc modo: οὗ δ' εἶναι τῇ θέσει ἀξιώματι, καί τινα ὑπεροχὴν, ἀνάγκη πρὸς ἐκεῖνο εἶναι, ὅπερ αὐτό λέγεται εἶναι, τοῦτο δ' ἐνταῦθα οὐκ ἄν τὸ διαπόδου φαίη τις εἶναι, εἰς κτίσμα κατάγων τὸν κτίστην. τοῦτο γάρ καὶ ἐννοεῖν ἀσεβές. λείπεται τοίνυν τὸ τοῦ ἐκπορεύοντός τι, καὶ προβάλλοντος πρὸς τὸ προβαλλόμενον εἶναι. ἄλλο γάρ τι οὐδὲ ἐννοεῖν θέμις. Senſus eſt, illud cuius dicitur aliquid eſſe, eſt præſtantiùs vel ad extra natura, quippe alia eſt natura creatoris, alia creaturæ, & per conſequens domini ac ſerui. Quam eandem rationem tetigit Beſſarion in libro ad Laſcharim Philanthropinum: vel ad intra, conferendo perſonam cum perſona: & tunc illud cuius dicitur eſſe, eſt eminens non natura, ſed ordine naturali. Nihil enim in Deo eſt præter naturam, quippe vnum eſt prius non tempore, ſed ordine, alterum poſterius. Hoc enim ab illo ratione originis, ſeu cauſalitatis, vt loquuntur Patres Græci, non illud ab hoc.

In epiſtola Beſſarionis exhortatoria habentur hæc † r verba: Καιλεστῖνος ὁ Πάπας μόνος αὐτὸς τὴν ἐν Ἐφέσῳ γενομένην σύνοδον ἐδοκίμασέ τε, καὶ ἐκήρυξε. καί τοι τῆς ὅλης ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, καὶ αὐτῶν τῶν Πατριαρχῶν εἰς ταὐτὸν συνελθόντων. Idem Beſſarion in latinum vertit ſuam epiſtolam, vbi inueniuntur hæc verba aliter verſa hoc modo: Cæleſtinus primam Epheſinam Synodum ſolus reprobauit, irritauitque, quamuis omnis Orientalis Eccleſia, & ipſi Patriarchæ vnanimes in ea conueniſſent. Vnde verba græca, ἐδοκίμασέ τε, καὶ ἐκήρυξε, aliquis Græculus immutauit, cùm potiùs extarent, ἀπεδοκίμασέ τε, καὶ ἀπεκήρυξε. Idque conuenire videtur ſcopo Beſſarionis, qui probare vult auctoritatem Romani Pontificis ſupra alios ex eo quod, quamuis

uis Patriarchæ Orientis vnà cum ſuis Epiſcopis in vnum conueniſſent, & ſtatuiſſent quod ſtatuerunt, illud tamen Romanus Pontifex irritum fecit, & inane declarauit, alioquin non diceretur ſolus probaſſe Synodum, ſi etiam cæteri conuenerant. At quod ſpectat ad veritatem hiſtoriæ, prædicta verba non videntur poſſe conuenire Cæleſtino Pontifici, neque primæ Synodo, ſed potiùs Leoni Magno. Itaque ſcribendum eſſet: Λέων ὁ Πάπας μόνος αὐτὸς τὴν ἐν Ἐφέσῳ γενομένην λῃστρικὴν σύνοδον ἀπεδοκίμασέ τε, καὶ ἀπεκήρυξε, καίτοι τῆς ὅλης ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ αὐτῶν τῶν Πατριαρχῶν εἰς τ᾽αὐτὸν συνελθόντων. Leo Magnus ſolus ipſe Epheſi celebratum conciliabulũ reiecit, & irritum fecit, quamuis omnis Orientalis Eccleſia, & ipſi Patriarchæ in idem conuenerint. Et loco, primam, in latina verſione ſcribas, ſecundam Synodum. Erat enim in ea Synodo Dioſcorus Alexandrinus Patriarcha, & Domnus Antiochenus, & Iuuenalis Hieroſolymorum Patriarcha, cum non paucis Epiſcopis, & reiecto Flauiano Conſtantinopolitano, immo pugnis, & calcibus à Dioſcoro contuſo, & propterea poſt triduum in exilio mortuo, & Dorilæi Epiſcopo, & ſequacibus Catholicis eorum Epiſcopis malè habitis, immo & Legatis Romani Pontificis ab huiuſmodi violentiſſimis turbis elapſis, Theodoſius Iunior, relatione ſuorum Aulicorum falſa deceptus, falſam Synodum Nicenæ iuſſit æquari, & Flauianum damnauit. Leo deinde primus tum Romæ conuocata à ſe Synodo Epiſcoporum Occidentalium, & reprobata Pſeudoſynodo Orientalium, tum impetrata gratia à Marciano ſucceſſore Theodoſij, Synodum Chalcedonenſem indixit, cuius epiſtola, &c. Sic etiam refert hanc hiſtoriam Gennadius (modò ſit Gennadius, & non potiùs

Gre-

Gregorius Protoſyngelus, vel alius) in libro quinque capitum pro defenſione Concilij Florentini cap. 5. fol. 386. primæ & ſolius græcæ editionis. Vide etiam præfationem, quæ præfigitur Concilio Chalcedonenſi. Vel etiam poſſumus dicere (ſi non fuit *μνημονικὸν ἁμάρτημα* Beſſarionis) deeſſe nonnulla in epiſtola Beſſarionis ab Amanuenſi prætermiſſa. Introducebat enim Beſſarion Cæleſtinum, tanquam eum, qui *προθεσμίαν*, decem dierum ad reſipiſcendum Neſtorio præſcripſerat, & Cyrillo ſuas partes commiſerat cum ampliſſima poteſtate ſubſtituendi alterum Patriarcham loco Neſtorij. Ioannes item Antiochenus, & Theodoretus vir doctus nolebant conuenire cum Cyrillo, ſed ſe diſiunxerant & conſociauerant cum Neſtorio, vt meritò quaſi ſolus Cæleſtinus primum & verum Concilium Epheſinum indidiſſe & approbaſſe dicatur. Deinde Beſſarion introducit etiam Leonem Magnum iuxta ea, quæ paulò ſupra commemorauimus.

Quapropter poſſemus probabiliter coniecturando hunc locum ita reſtituere: Κελεστῖνος ὁ Πάπας μόνος *τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην σύνοδον ἐδοκίμασέ τε, καὶ ἐκήρυξε.* quia nimirum in Cyrillum, tanquam ſuum Legatum totam ſuam poteſtatem tranſtulerat, & decem dierum ſpatium Neſtorio reſipiſcendi præfixerat. Ipſeque Cyrillus iuxta mandata Pontificis ea omnia exequutus eſt, vel exequi conatus eſt. Deinde ſequebatur in epiſtola Beſſarionis, Καὶ Λέων ὁ *μέγας αὐτὸς μόνος τὴν ἐν Ἐφέσῳ γενομένην λῃστρικὴν σύνοδον ἀπεδοκίμασέ τε, καὶ ἀπεκήρυξε· καὶ ἔτι σχεδὸν τῆς ὅλης ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, καὶ αὐτῶν τῶν Πατριαρχῶν εἰς ταυτὸν συνελθόντων. τοῦ αὐτοῦ Λέοντος τοῦ μεγάλου τὴν ἐπιστολήν*, & quæ ſequuntur.

Commemorantur hoc loco canones Conciliorum, † Δ

quo-

quorum Conſtantinopolitanus tertius ſic habet, Τὸν μὲν τοι Κωνσταντίνου πόλεως Ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης Ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην. Conſtantinopolitanæ ciuitatis Epiſcopum habere oportet primatus honorem poſt Romanum Epiſcopum, propterea quòd ſit noua Roma. Canon autem 28. Chalcedonenſis prolixiùs non tantùm eandem rationem complectitur, ſed etiam æqualitatem addit his verbis: Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων τῶν συναχθέντων ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης μεγάλου Θεοδοσίου, τοῦ γενομένου βασιλέως ἐν τῇ βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει νέᾳ Ῥώμῃ, γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομέν τε, καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ Πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα, καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι Ἐπίσκοποι τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, ὡς ἐκείνην μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν. Sanctorum Patrum decreta vbique ſequentes, & Canonem, qui nuper lectus eſt, centum & quinquaginta Dei amantiſſimorum Epiſcoporum agnoſcentes, eadem quoque * & nos decreuimus ac ſtatuimus de priuilegijs ſanctiſſimæ Eccleſiæ Conſtantinopolis nouæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quod vrbs illa imperet, iure Patres priuilegia tribuerunt, & eadem conſideratione moti centum quinquaginta Dei amantiſſimi Epiſcopi, ſanctiſſimo nouæ Romæ throno

no æqualia priuilegia tribuerunt, rectè iudicantes, vrbem, quæ & imperio, & ſenatu honorata ſit, & æqualibus cum antiqua Regina Roma priuilegijs fruatur, etiam in rebus Eccleſiaſticis, non ſecùs ac illã extolli, ac magni fieri, ſecundam poſt illam exiſtentem.

Ita Patres Concilij Chalcedonenſis partim Canonem Conſtantinopolitanum produxerunt, partim nouum condiderunt. Idque non omnes Patres, ſed tantum ducenti, vt conſtat ex ſubſcriptionibus, cum alioquin in eo Concilio interfuerint ſexcenti & triginta.

Aduertendum eſt, hos eſſe pſeudocanones, & manifeſtè pugnare cum alijs Canonibus. Dum enim præferunt Conſtantinopolitanum Antiſtitem Alexandrino, & Antiocheno, deſtruunt Nicænum ſextum, & dum eidem exhibent facultatem Chalcedonenſes in ſecunda parte vigeſimi octaui Canonis conſecrandi Metropolitas (qui prius conſecrabantur à proprijs prouinciæ Epiſcopis) ſubijciendo ei Aſiaticos, Ponticos, Thraces, & inter barbaras gentes alios Archiepiſcopos Metropolitanos, non ſeruant priuilegia Eccleſijs ſuis, & deſtruunt partem eiuſdem Canonis octaui Nicæni, partem ſecundi Canonis Conſtantinopolitani, qui terminos proprios ſingulis aſſignat, & iubet Canones Nicænos eſſe ſeruandos. Quod etiam Leo Magnus frequenter inculcat in ſuis epiſtolis, potiſſimum verò in Epiſtola ad Anatolium. Doleo etiam (inquiens) in hoc dilectionem tuam eſſe prolapſam, vt ſacratiſſimas Nicænorum Canonum conſtitutiones conareris infringere, tanquam opportunè ſe tibi hoc tempus obtulerit, quo ſecundi honoris priuilegium ſedes Alexandrina perdiderit, & Antiochena Eccleſia proprietatem tertiæ dignitatis amiſerit, vt his locis iuri tuo ſubditis omnes Metropolitani Epiſcopi pro-

prio honore priuentur. Et in epiſtola ad Epiſcopos, qui in ſancta Synodo Chalcedonenſi congregati fuerunt. De cuſtodiendis quoque ſanctorum Patrum ſtatutis, quæ in Synodo Nicæna inuiolabilibus ſunt fixa decretis, obſeruantiam veſtræ ſanctitatis admoneo; vt iura Eccleſiarum, ſicut ab illis trecentis decem & octo Patribus diuinitus inſpiratis ſunt ordinata, permaneant.

At quod magis mirere, non laborant Chalcedonenſes ſi parùm ſibi conſtent, & cohæreant. Quippe in primo Canone ſtatuunt, & rectè iudicant, τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων καθ' ἑκάστην σύνοδον ἄχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας κρατεῖν. Regulas ſanctorum Patrum per ſingula nunc vſque Concilia conſtitutas proprium robur obtinere. Sed ipſi obliti huius Canonis recenſiti nouis ſuis Canonibus contrarium ſanciunt. Item qua ratione Chalcedonenſes illi commemorati Patres non erubeſcunt dicere: Πανταχοῦ τοῖς τῶν Πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, Sanctorum Patrum decreta vbique ſequentes, ſi Conſtantinopolitanum, poſthabitis omnibus, æquant Romano Pontifici, & contra Canones Nicænos agunt? Quamobrem Legati Pontificis dixerunt tertium Canonem ſecundæ Synodi, eſſe additum, & non reperiri inter Acta ſynodica. Φαίνεται προσεσωρεῦσθαι τοῖς ὅροις τῶν τιη. καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα ρν. τὰ νῦν μνημονευθέντα, μὴ ἐμφερόμενα δὲ ἐν τοῖς συνοδικοῖς κανόσι, ταῦτα φάσκουσιν ὡρίσθαι. εἰ τοίνυν τοῖς χρόνοις τούτοις τῷ προνομίῳ ἐχρήσαντο τί νῦν ζητοῦσιν, ᾧ μὴ κατὰ κανόνας ἐχρήσαντο, Videntur addita eſſe conſtitutionibus trecentorum decem & octo, & centum quinquaginta Patribus, qui poſtea fuerunt, quæ modò commemorantur, & in ſynodicis Canonibus non reperiuntur, qui dicant hæc conſtituta fuiſſe. Si ergo his temporibus hoc

hoc beneficio vſi ſunt, quid nunc requirunt, quo non ſecundùm Canones vſi ſunt? Habetur in latino: Si nunquam vſi ſunt, quare requirunt? εἰ μή ποτε ἐχρήσαντο, τί νῦν ζητοῦσι;

Inde quoque patet eum Canonem non eſſe legitimum, quod Theophilus Alexandrinus tanquam eminentior vindicabat ſibi conſecrationem Epiſcopi Conſtantinopolitani: & Dioſcorus ipſe Alexandrinus conſecrauit Anatolium Conſtantinopolitanum. Ex quo manifeſtum eſt, Canonem illum eſſe ſuperadditum Concilio. Non enim Conſtantinopolitanus in tanto faſtigio poſitus æquo animo tuliſſet ab Alexandrino conſecrari, ſed vel à Romano Pontifice, vel eo modo, quo ſe poſtea conſecrarunt, & modò conſecrant illi Patriarchæ.

Quocirca produxerunt Legati Canonem Nicænum ſextum in hæc verba: Ἡ ἁγία ἐκκλησία Ῥώμης πάντοτε ἔσχε τὰ πρωτεῖα, ἔχει τοιγαροῦν καὶ ἡ Αἴγυπτος, ὥστε τὸν Ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας πάντων ἔχειν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ Ῥώμης Ἐπισκόπῳ τοῦτο συνήθές ἐστιν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. Sancta Romana Eccleſia ſemper tenuit primatum. tenet igitur & Ægyptus, vt Epiſcopus Alexandriæ omnium habeat poteſtatem. Quoniam & Romano Epiſcopo hæc eſt conſuetudo. Similiter autem & in Antiochia, & in alijs Prouincijs primatus Eccleſijs conſeruetur. Eundem ſextum Canonem produxerunt Chalcedonenſes his alijs verbis: Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἐξουσίαν ἔχειν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ Ἐπισκόπῳ τοῦτο συνήθές ἐστι. Antiquæ conſuetudines teneant in Ægypto & Lybia & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium

nium habeat poteſtatem, quoniam & Romano Epiſcopo hæc conſuetudo eſt. Nihil ibi de Conſtantinopolitano, cùm nondum eſſet ille thronus ad dignitatem Patriarchatus euectus. Hunc Canonem Nicænum Chalcedonenſes mutilum produxerunt, nihil de primatu Romani Pontificis exprimentes.

Cùm itaque non concordarent Canones, Legati Pontificis domi ſe continuerant, & Chalcedonenſes Patres ducenti confirmarunt Canones Conſtantinopolitano Epiſcopo de æqualibus priuilegijs. Poſtera die Legati Pontificis rogarunt glorioſiſſimos Principes, nomine Imperatoris aſſiſtentes, vt quicquid in abſentia, & ſine ſcitu illorum actum eſt, irritum eſſet. Igitur Patres Concilij dederunt litteras ad Leonem Magnum, ſignificantes primo loco, quid auxilio doctrinæ illius, ipſiuſque Legatorum adiuti ſtatuerint. Secundo loco vrgente Anatolio, & eius amicis, referunt ſe confirmaſſe Canonem tertium Concilij Conſtantinopolitani de priuilegijs, & enixè rogant, vt & ipſe dignetur acceptum habere, & confirmare. Vbi clarè fatentur oppugnationem Legatorum. Quippe aiunt, Οἱ γὰρ τὸν τόπον τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος ἐπέχοντες ὁσιώτατοι Ἐπίσκοποι Πασχασῖνος καὶ Λουκήνσιος καὶ ὁ σὺν αὐτοῖς θεοφιλέστατος πρεσβύτερος Βονιφάτιος, τοῖς οὕτω τυπωθεῖσι σφοδρῶς ἀντιπεῖν ἐπεχείρησαν. Qui enim locum veſtræ ſanctitatis obtinent, ſanctiſſimi Epiſcopi Paſchaſinus, & Lucenſius, & qui cum eis eſt Reuerendiſſimus Presbyter Bonifatius, his ita conſtitutis vehementer reſiſtere tentauerunt. Leo probatis actis ſynodicis circa fidem, Canonem ſuppoſititium reijcit, & Anatolium conantem ſe Alexandrino præponere contra Canones Nicænos ſuperbiæ inſimulat, oppugnationemque ſuorum Legatorum lau-

dat

dat. Nec poteſt, inquit, de eorum contradictione dubitari, de quibus in epiſtola tua etiam ipſe conquereris, quod conatibus tuis voluerint obuiare. In quo eos quidem multum mihi hæc ſcribendo commendas; ſed temetipſum, quod eis parere nolueris, dum illicita moliris, accuſas, ſuperfluè non concedenda appetens, & inſalubriter tibi contraria concupiſcens, quæ nullum vnquam poterunt noſtrum obtinere conſenſum. Hæc extant in Actis Concilij, & in Leonis epiſtolis vltrò citròque datis.

Quamobrem immeritò Græci hos Canones in librum Canonum cum alijs inſerendos curarunt. Sunt enim, ὑποβολιμαῖοι, κίβδηλοι, ἀδόκιμοι, ἄκυροι, καὶ τοῖς ἄλλοις μαχόμενοι.

Hiſce tamen pro fundamento poſitis, Nilus Theſſalonicenſis, hoſtis Romani Pontificis infenſiſſimus, ſuum axioma ſumit, nimirum Patres dediſſe priuilegia Romano Pontifici, quod falſiſſimum eſt, & verum oppoſitum, vt egregiè probat doctiſſimus vir, & diuini zeli plenus Archiepiſcopus Iconienſis Ioannes Matthæus Caryophyllus in libro nuperrimè edito contra Nilum Theſſalonicenſem. ſiquidem Princeps Apoſtolorum Petrus inſtituit Patriarchã Alexandrinum Marcum Euangeliſtam, & Euodium Antiochenum ſuos diſcipulos. Cur autem Petrus Patriarchatus illos inſtituerit, cauſa fortaſſis eſt, quia erant Prouinciæ maximæ, & primariæ ciuitates. Nam & Romam deinde propterea elegit, vbi ſedem collocaret; quòd ea eſſet princeps & caput Orbis. Byzantium autem non erat Vrbs comparanda cum iſtis, quod poſtea euaſit Conſtantinopolis. Neque quicquid potuit Petrus præſtare Alexandrino, & Antiocheno, potuerunt ſequentes Patres efficere cum Conſtantinopolita-

ta-

tano. Sed illi quicquid iuriſdictionis habent, à Petro habent, eamque limitatam, Petrus à Chriſto abſolutam, & indiſcretam. Igitur interrogandi eſſent, quinam Patres conceſſerint priuilegia Romano Pontifici? Dicent fortaſſe, Concilij Nicæni in ſexto Canone. Verùm ibi habetur iuxta Græcos, Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω. Antiquæ conſuetudines teneant. Ergo prodant antiquiores Patres, qui ea conceſſerint, præſertim cùm in eodem Canone dicatur, quæ ſpectant ad Alexandrinum, eum habere, quia Romanus Pontifex ſolitus ſit, ea ipſi concedere, Ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ Ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστιν. Et profectò ſi Patres conceſſerunt priuilegia Romano Pontifici, cur ijdem Patres non conceſſerunt Conſtantinopolitano, ſed ſcripſerunt ad Leonem Magnum pro eo rogantes? Vnde Nicolaus primus in epiſtola octaua ad Michaëlem Imperatorem circa medium. Eccleſiæ, inquit, Romanæ priuilegia Chriſti ore in B. Petro firmata, in Eccleſia ipſa diſpoſita, antiquitùs obſeruata, & à ſanctis vniuerſalibus Synodis celebrata, atque à cuncta Eccleſia iugiter venerata, nullatenus poſſunt minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari, quoniam fundamentum, quod Deus poſuit, humanus non valet amouere conatus. Et quod Deus ſtatuit, firmum validumque conſiſtit; illeque potiſſimum peccat, qui Dei ordinationi reſiſtere tentat. Priuilegia, inquam, iſtius ſedis, vel Eccleſiæ perpetua ſunt, diuinitùs radicata, atque plantata ſunt. Impingi poſſunt, transferri non poſſunt, trahi poſſunt, euelli non poſſunt. Quæ ante Imperium veſtrum fuerunt, & permanent, (Deo gratias) hactenus illibata, manebuntque poſt vos, & quouſque Chriſtianum nomen prædicatum fuerit, illa ſubſiſtere non ceſſabunt immutilata. Iſta

igitur priuilegia huic ſanctæ Eccleſiæ à Chriſto donata, à Synodis non donata, ſed iam ſolummodo celebrata, ac venerata, &c. Et paulò infra: Proinde aduertendum eſt, quia non Nicæna, non deniq; vlla Synodus quodquam Romanæ Eccleſiæ contulit priuilegium, quæ in Petro nouerat eam totius iura poteſtatis pleniter meruiſſe, & cunctarum Chriſti ouium regimen accepiſſe: ſicut Beatus Præſul Bonifatius atteſtatur vniuerſis Epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens, inſtitutio vniuerſalis naſcentis Eccleſiæ de Beati Petri ſumpſit honore principium, in quo regimen eius & ſumma conſiſtit. Ex eius enim Eccleſiaſtica diſciplina per omnes Eccleſias religionis iam creſcente cultura fons emanauit. Nicænæ Synodi non aliud præcepta teſtantur. Adeò vt non aliquid ſuper eam auſa ſit conſtituere, cùm videret nihil ſupra meritum ſuum poſſe conferri. Omnia denique huic nouerat Domini ſermone conceſſa. Si omnia, ergo defuit nihil, quod non illi conceſſerit. Denique ſi inſtituta Nicenæ Synodi diligenter inſpiciantur, inuenietur profectò, quia Romanæ Eccleſiæ nullum eadem Synodus contulit incrementum, ſed potiùs ex eius forma, quod Alexandrinæ Eccleſiæ tribueret, particulariter ſumpſit exemplum, ſic ille.

Præterea rationem reddunt, cur Conſtantinopolim extulerint, quòd noua Roma eſſet, Imperioque, ac Senatu honorata. Sed non quicquid potuit Princeps Apoſtolorum, potuerunt & Patres. Nam Chriſtus Dominus non Patribus, ſed Petro conceſſit plenitudinem poteſtatis, dum non has vel illas, ſed ſuas oues præbet paſcendas. Falsò igitur adſcribitur illa ratio ſanctis Patribus. Igitur modò amiſſo imperio (iuſto Dei iudicio) & Senatu, amiſit quoque

primatum, & æqualia, facta etiam non amplius Conſtantinopolis, ſed Turcopolis.

Præterea cur Patres illi debebant conſtituere Eccleſiam Dei δικέφαλον; & cùm Mediolanum fuerit aliquando Vrbs Imperialis, erit Eccleſia τρικέφαλος, & illius Antiſtes habebit æqualia priuilegia poſt Romanum Pontificem. Immò quando Imperatores, & Senatus tranſmigrarunt à veteri Roma in Thraciam, Roma vetus deſijt eſſe Roma, ſi ratio illorum valet.

Adde quod neque Eccleſia Dei erit πεντηκέφαλος, ſed ἑκατοντακέφαλος, & μυριοκέφαλος. Nos enim propterea credimus Eccleſiam Dei eſſe vnam, quod in ea Chriſtus ſit primarium & inuiſibile caput, ſecundarium & viſibile eius Vicarius cum ampliſſima poteſtate. Sed quos iſti conſtituunt Patriarchas, ij limitatam obtinent poteſtatem, etiam qui ſe iactant Oecumenicos. Sed huiuſmodi limitata præditi poteſtate ſunt infiniti, excepto Romano Pontifice, igitur, &c. Quis ergo eos Canones ſuſceptos non habeat, ſi vel ſuperficie tenus percurrat, vt Conſtantinopolitanus habeat τὰ πρεσβεῖα μετὰ τὸν Ῥώμης, & nihilominus iuxta Chalcedonenſes æqualia priuilegia obtineat? Et illa Vrbs ſecunda exiſtens poſt Romanam veterem, æqualibus tamen priuilegijs in rebus Eccleſiaſticis glorietur? & cùm illa Eccleſia poſſit errare, & de facto errauerit, Eccleſiam œcumenicam (vt ſe iactat) poſſe errare, fateri neceſſe eſt.

At non ſic Nazianzenus in carmine Iambico de ſua vita: qui cùm veterem, & nouam Romam ad inſtar duorum ſolarium luminum æquales gloria laudaſſet, nouam tamen aliquando ſuam (quod in ea fuerit Epiſcopus) in dogmatibus fidei turpiter erraſſe affirmat, veterem nunquam, vt decet principem Ec-

Eccleſiarum. Qui igitur fieri poteſt, vt illi ſanctiſſimi Patres, quorum vnus erat Gregorius, eam errabilem, cum illa quæ errare non poteſt, æquare voluerint, & comparare in rebus Eccleſiaſticis? Et profectò ſi validè ac legitimè huiuſmodi priuilegia illi Patres conceſſiſſent, non ineptè poſtea Ioannes ille Phariſaicus ieiunator œcumenicum ſe nuncupaſſet. Quippe hic titulus veraciter conuenit Romano Præſuli.

Carmina Nazianzeni.

ΔΤω μὲν οὐ δέδωκεν ἡλίους φύσις,
Δισσὰς δὲ Ῥώμας τῆς ὅλης οἰκουμένης
Λαμπτῆρας, ἀρχαῖόν τε καὶ νέον κράτος.
Τόσον διαφέροντας ἀλλήλων, ὅσον
Τὴν μὲν προλάμπειν ἡλίου, τὴν δ' ἑσπέρας.
Κάλλει δὲ κάλλος ἀντανίσχειν συζύγως.
Τούτων δὲ πίστις, ἡ μὲν ἦν ἐκ πλείονος
Καὶ νῦν ἔτ' ἔστιν εὔδρομος, τὴν ἑσπέραν
Πᾶσαν δέουσαν τῷ σωτηρίῳ λόγῳ
Καθὼς δίκαιον τὴν πρόεδρον τῶν ὅλων,
Ὅλην σέβουσαν τὴν Θεοῦ συμφωνίαν.
Ἡ δ' ἦν τὸ πρόσθεν ὀρθόπους. νῦν δ' οὐκ ἔτι.
Ταύτην λέγω δὴ τὴν ἐμὴν, εἴτ' οὐκ ἐμήν.

Quæ carmina Byllius ſic vertit.

NAtura binos haud quidem ſoles dedit:
Dedit ipſa binas attamen mundi faces
Romas, vetuſtam ſcilicet Romam, ac nouam,
Hoc diſcrepantes inuicem, quod, qua cadit
Sol, illa fulget, fulget hæc qua ſe exerit.

Par vtriuſque pulchritudo, par decus,
Fides vetuſtæ recta erat iam antiquitùs,
Et recta perſtat nunc item nexu pio,
Quodcunque labens ſol videt, deuinciens;
Vt vniuerſi præſidem mundi decet,
Totam colit quæ numinis concordiam.
Noua verò quondam (de mea, iam non mea
Nunc ſermo nobis) rectipes erat in fide,
At non item poſt, &c.

Poſtremò Canones Conſtantinopolitanos non agnoſcit Eccleſia Romana, teſte Gregorio Magno libro 6. epiſt. 31. ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum, & Anaſtaſium Epiſcopum Antiochenum. Romana, inquit, Eccleſia eoſdem Canones vel geſta Synodi illius (primæ Conſtantinopolitanæ) hactenus non habet, nec accipit.

Eſt autem obſeruandum, quemadmodum Græci in conſtituendis hiſce Canonibus de immoderatis priuilegijs Conſtantinopolitani Patriarchæ, quæ profectò ne ipſe coryphæus Apoſtolorum Petrus poſſet concedere, niſi ſe ipſe vellet priuare, toto cælo errarunt; quamuis impudenter oppoſitum fateantur; ita etiam turpiter errarunt in damnatione ſanctiſſimi Pontificis Honorij tanquam Monothelitæ. Vnde ſibi contradicere non verentur, & falſas epiſtolas reddere ſummorum Pontificum. Honorius enim ſcripſit duas epiſtolas, quæ extant in ſexta Synodo actione 12. & 13. ad Sergium Conſtantinopolitanum, in quibus prohibet dici vnam voluntatem, & vnam operationem in Chriſto. Non ergo Monothelita. Quippe Eutychianiſtæ cùm non poſſent apertè negare duas naturas in Chriſto, diuinam & humanam, excogitarunt dice-

dicere, vnam voluntatem, & operationem, quod Cyrus Alexandrinus ſub prætextu vnionis illis permiſerat, vt conſtat ex epiſtola Sergij, vt per indirectum ad priores errores Eutychetis deuenirent, & deciperent populos. Vnde ſecundùm varia quæ ſcripſit Sergius ad Honorium, reſpondet Honorius, cùm enim Sergius in epiſtola poſuiſſet, Cyrum Alexandrinum produxiſſe nonnullas auctoritates ſanctorum Patrum diſperſim in quibuſdam opuſculis ſuis vnam operationem aſſerentium, & eas oſtendiſſe Sophronio Hieroſolymitano, reſpondet Honorius, vnam voluntatem fatemur Domini noſtri Ieſu Chriſti, vnam ſcilicet humanam, non ſibi contrariam. Sic Honorius interpretatur illam vnam voluntatem quorumdam ſanctorum Patrum, ſi qui ſunt qui dixerint. Et quoniam Sergius, ſi dicerentur duæ voluntates, non rectè colligebat neceſſariò eas eſſe contrarias, Ὡς τοῦ μὲν Θεοῦ λόγου τὸ σωτήριον θέλοντος ἐκπληρωθῆναι πάθος, τῆς δὲ κατ' αὐτὸν ἀνθρωπότητος ἀντιπιπτούσης τῷ αὐτοῦ θελήματι, καὶ ἐναντιουμένης, καὶ ἔνθεν δύο τῶν τ' ἐναντία θέλοντας εἰσάγεσθαι, ὅπερ δυσσεβές. ἀδύνατον γὰρ ἐνὶ καὶ τῷ αὐτῷ ὑποκειμένῳ δύο ἅμα καὶ κατὰ ταυτὸν ἐναντία ὑφίστασθαι θελήματα. Tanquam Deo quidem Verbo ſalutarem volente adimpleri paſſionem, humanitate verò eius obſiſtente eius voluntati, & reſiſtente, & perinde duo contraria volentes introducantur, quod impium eſt. Impoſſibile quippe eſt in vno eodemque ſubiecto duas ſimul, & erga hoc ipſum contrarias ſubſiſtere voluntates. Vnde cupiebat Sergius minimè dici duas voluntates, ne ſequeretur eas eſſe contrarias, quod tamen repugnabat Sanctis qui non agnoſcebant hanc contrarietatem: Reſpondet Honorius eas non eſſe voluntates

contrarias, nec vnam, ſed duas, ſed ita loquutum fuiſſe Chriſtum vt nobis præberet exemplum quomodo nos gerere oporteret, ſi quando à diuina voluntate noſtram contrariam haberemus, quippe deberemus conformes nos reddere diuinæ voluntati, vt fecit Chriſtus, qui ſe ſubiecit, & nobis exemplum dedit. Quocirca Honorius agnoſcit & fatetur duas voluntates in Chriſto, diuinam, & humanam: Vt propterea Imperator Conſtantinus in ſecunda epiſtola de Honorio ſcripſerit, eum non ſibi conſtare ἑαυτῷ προσμάχεσθαι. Si modò vnam voluntatem in Chriſto prædicet, modò duas. Sed Honorius vnam fatebatur humanam non ſibi aduerſam, qualis eſt in hominibus, ſcilicet ſpiritus & vitiatæ carnis ob peccatum originale, & ideò ſtatim ſubiungit, quia profectò à diuinitate aſſumpta eſt noſtra natura, non culpa. Illa profectò quæ ante peccatum creata eſt, non quæ poſt præuaricationem vitiata. Quæ ratio nulla eſt, ſi adferatur ad probandum in Chriſto Deo & homine vnam tantùm eſſe voluntatem: eſt autem efficaciſſima ſi inde probetur non fuiſſe in Chriſto homine duas contrarias voluntates carnis & ſpiritus. Nam contrarietas iſta ex peccato nata eſt, Chriſtus autem habet humanam naturam ſine peccato.

Cur ergo vetuit Honorius nomina vnius, vel duplicis voluntatis? Quia nimirum tunc temporis, nondum celebrato ea de re Concilio, expediebat ſilentio tegere iſta nomina, & ita conuenerat inter Sophronium Hieroſolymorum Antiſtitem orthodoxiſſimum Præſulem, & Sergium Conſtantinopolitanum, qui tamen non ſuaſit Cyro Alexandrino, vt ab vna voluntate, & operatione abſtineret, vt ſcripſit Pontifici,

& quaſi Catholicus vnam vel duas operationes fateri vetuit, & ſilentium conſuluit ad extinguendam hæreſim, cùm alioquin rem ipſam doceret ſine iſtis nominibus, videlicet Chriſtum eſſe operantem diuina & humana, per diuinam naturam & humanam. Sed & ipſe poſtea vir inconſtans cœpit ſpargere hæreſim datis litteris ad varios Epiſcopos, quæ quidem hæreſis eò vſque progreſſa eſt, vt non eſſet ampliùs tutum, eam ſilentio obuoluere, ideoque Theodorus Romanus Pontifex ἔκθεσιν Imperatoris, qua hæc nomina vetabat, reprobauit. alioquin ſi Honorius fuiſſet hæreticus, ſimiliter Sophronius Catholiciſſimus per aliquod tempus, quo iſta nomina ſiluit, fuiſſet hæreticus.

Reſtat tandem, vt clarè reſpondeamus, Vtrum Honorius, an Synodus ſexta, & ſeptima errauerit, quippe κρημνὸς ἀμφοτέρωθεν.

Reſpondeo, cùm Honorius fuerit Orthodoxus, vt ſole clariùs conſtat ex eius epiſtolis, ſi Synodus ſexta eum damnauit, grauiter errauit, & intolerabili errore, & impudentia laborauit. Si autem Acta ſynodica ab aliquo ſunt corrupta, Patres ſeptimi Concilij decepti ex falſata ſexta Synodo, immeritò damnarunt Honorium (alterum enim ex his vel vtrumque fieri potuit) immeritò, inquam, damnarunt Honorium iam multis ante temporibus defunctum (durauit enim hoc ſchiſma per ſexaginta annos) & Romanus Pontifex ſi ex cathedra docuit, prout certe docuit, tota Eccleſia errauit, & verba Chriſti non ſortita fuiſſent infallibilem effectum, quibus dicitur, Rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Quod eſt omninò blaſphemum, nedum vt proferatur, ſed ne quidem vt cogitetur. Quapropter Honorium ſubſequuti Romani

Pontifices, Romanam Eccleſiam omni fiducia, & ore rotundo veraciter enunciant nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexiſſe, eandem perpetuò immunem fuiſſe ab omni labe hæreſeos, atque illæſam ſemper tuentur, & facilè probant. Agathon verò de ſuis prædeceſſoribus, quorum vnus erat Honorius, dicit eos Apoſtolicos viros commonuiſſe, rogaſſe, increpaſſe, obſecraſſe, arguiſſe, & omnem modum exhortationis exercuiſſe, quatenus medelam poſſet recens vulnus accipere. Et ipſi Patres Concilij nominant Papam paſtorem vniuerſæ Eccleſiæ, & eum rogant ſua auctoritate velit & dignetur Acta Concilij confirmare. Et eum ex cathedra Petri docere agnoſcunt, quæ vt vera ſint, neſcio quomodo ſtare poſſint cum eo quod aiunt, eum erraſſe, vel poſſe errare.

Quin & ipſe Imperator Conſtantinus vera dogmata ex Romana Eccleſia emanare affirmat, Νόμος γὰρ ἐκ Σιὼν ἐκπορεύεται τῆς Ἀποστολικῆς ἀκρωρείας τὰ δόγματα, & tandem infert: Δόξα τῷ ποιοῦντι δεδοξασμένα Θεῷ, τῷ παρ' ὑμῖν τὴν πίστιν ἀπαρεγχείρητον διασώσαντι. πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν, ἐν ᾗ πέτρᾳ τὴν ἐκκλησίαν ἐθεμελίωσε, καὶ πύλαις ᾅδου ταῖς αἱρετικαῖς ἐνεδρεύσεσι μὴ κατισχυθήσεσθαι προηγόρευσεν; ἐξ ἧς ὥσπερ ἐξ οὐρανίων ἀψίδων τῆς ἀληθοῦς ὁμολογίας ὁ λόγος ἀνήλαμψε, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν φιλοχρίστων ἐφώτισε, καὶ τὴν ὀρθοδοξίαν κατεψυγμένην ἀνεζωπύρησε. Gloria Deo, qui glorioſa facit, ac fidem apud vos integram conſeruauit. Quomodo enim id facturus non erat in ea petra, ſuper quam ipſe Eccleſiam fundauit, ac prædixit nunquam fore, vt portæ inferi hæreticis inſidijs aduerſus eam præualerent, à qua tanquam è cœlorum conuexis veræ confeſ-

feſſionis ſermo effulſit, animas diligentium Chriſtum illuſtrauit, ſuſcitauitque refrigeratam orthodoxiam. Hæc ratio Imperatoris diuinæ ſcripturæ innixa, eſt ſolidiſſima.

His ita probatis, & declaratis, neſcio cur Patres ſeptimi Concilij dicant de Honorio, ſe *εὑρηκέναι διὰ τῶν γραφέντων παρ' αὐτοῦ γραμμάτων πρὸς Σέργιον κατὰ πάντα τῇ ἐκείνου γνώμῃ ἐξακολουθήσαντα*, cùm Honorius verè vt Romanus Pontifex ex cathedra docens fuerit catholiciſſimus.

Cenſes igitur dices, ſextam Synodum erraſſe, vel corruptam fuiſſe. Reſpondeo iſtud non eſſe nouum, nam ipſi Græci primùm corruperunt Acta Concilij primi, & ſecundi, vt probauimus: deinde Orientales per Dioſcorum Alexandrinum, & Domnum Antiochenum, & Iuuenalem Hieroſolymitanum damnarunt ſanctum Flauianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & Patres quartæ Synodi nolentes ſubſcribere pſeudocanonem de priuilegijs Conſtantinopolitani, tandem volentes nolentes rogabant ſanctum Leonem vt confirmaret Canonem. Et in ipſa ſexta Synodo repererunt Patres duos quaterniones Monothelitarum ſub nomine Menæ Patriarchæ, & Vigilij Pontificis, quos Monothelitæ inſeruerant, vnam operationem atteſtantes, quos Patres Concilij ſtatim penitùs reiecerunt. Quid dicam de quiniſexta? Sine conſenſu Romani Pontificis, certè ſine Legatis eius contra Canones celebrata, & inuſitato nomine nuncupata? Quam tamen Græci vt œcumenicam iactant, ac Romanam Eccleſiam multis in ea pſeudocanonibus taxant. Vt de celibatu Presbyterorum, de ieiunio Sabbati, quæ doctiſſimus Caryophyllus

in libro Græcolatinè contra Nilum Theſſalonicenſem ſcripto eleganter, & veraciter auctoritate veterum Patrum confutat, & nos in libro de Sacramentis, vbi agimus de matrimonio, ex ea parte matrimonij exploſimus. Ad hæc, Conciliabulum concinnarunt tempore Copronymi, vbi Epiſcopi trecenti triginta & octo decepti ſunt, & ſubſcripſerunt contra ſanctas Imagines.

Ad extremum in ſeptima Synodo noluerunt Patres Græci, vt legeretur integra, ſed vt detruncaretur epiſtola Papæ Hadriani reprehendentis Tarhaſium, quod factus è laico Patriarcha vocaretur etiam œcumenicus.

Quocirca iuſto Dei iudicio quoties in Concilijs generalibus Orientales non ſunt ſequuti ductum, & lumen præuium Sedis Apoſtolicæ, ea ex parte errarunt. Proinde nulla probabilitate fulciri opinio illa videtur, quæ Concilium vt diſtinguitur contra Papam, ſit ſupra Papam, nam membra corporis, quæ poſſunt errare, & de facto errarunt, implicat eſſe ſupra caput, cui Chriſtus promiſit infallibilitatem fidei.

Videndus eſt in hac materia ex antiquis ſanctus Maximus confeſſor & martyr, qui eodem tempore vixit, quo Honorius, & Secretarium Honorij alloquutus eſt, ab eoque expiſcatus eſt quo ſenſu iuſſit ſcribere Honorius illa verba epiſtolæ. Theophanes Iſauricus hiſtoricus Græcus, Emmanuel Caleca in libro, quem ſcripſit contra errores Græcorum. Ex Neotericis Albertus Pighius lib. 4. hierarchiæ Eccleſiaſt. c. 8. Oſius lib. 2. contra Brentium, & Ioannes à Louanio de perpetua Cathedra Petri protectione, & firmitate cap. 11. Onufrius in annotationibus ad

Pla-

Platinam in vita Honorij. Ex poſtremis Baronius tomo 8. anno 633. & 681. Bellarminus tomo 1. lib. 4. de Romano Pontifice cap. 11. & noſter Matthæus Caryophyllus in libro contra Nilum Theſſalonicenſem.

Διὰ Πασχασίνου, per Paſchaſinum.] μνημονικὸν ἁμάρτημα. Non enim per Paſchaſinum, ſed Paulum, & Eugenium à Ioanne Octauo pallium miſſum, vt conſtat ex pſeudoſynodo à Photio ficta. † E

Notandum enim eſt in primis, Photium Michaëlis Imperatoris ſtulti Iuuenis, ebrioſique, & Bardæ Cæſaris fauore innixum, expuliſſe à ſede Conſtantinopolitana Ignatium virum ſanctum, & contra eum finxiſſe bis pſeudoſynodum, vbi Ignatius & abſens, & præſens damnabatur. Et quoniam Photius dederat literas ad Nicolaum Primum mendaciorum plenas, quibus ſignificabat, Ignatium Patriarcham ſenio confectum renunciaſſe dignitatem Patriarchatus, ſe verò electum in Patriarcham, rogare ſe vt mitteret ſuos Legatos Nicolaus, qui omnia probè ac legitimè acta eſſe cognoſcerent. Nicolaus, miſſis Legatis, qui partim minis perterriti, partim muneribus corrupti erant, cùm didiciſſet fraudes Photij, habita Synodo, eum damnauit, Ignatium innoxium declarauit, & reſtituit. Photius, poſtquam agnouit fraudes ſuas detectas fuiſſe, maiori impudentia ipſum caput petere, Nicolaum, inquam, deſtinauit. Igitur finxit Concilium vniuerſale trecentorum ſeptuaginta trium Epiſcoporum, inter quos admiſcuit etiam, qui tenerent locum reliquorum Patriarcharum, & quaſi coactus Nicolaum tanquam reum crimінoſum, & facinoroſum damnauit. Deinde celebratum fuit octauum

Con-

Concilium Generale Conſtantinopoli, imperante Baſilio Macedone in fauorem Ignatij, vbi damnatus eſt Photius, & reperta eius commemorata pſeudoſynodus ad Adrianum Secundum miſſa, publicè conclamata, conculcata, & concremata eſt, Legatis Græcorum præſentibus, qui miraculi etiam oculati teſtes fuere. Cùm enim vehementer plueret, & deberet ignis extingui, aqua inſtar olei maiorem flammam excitauit, & relicto tetro fetore, omnia in cinerem redegit. Poſt octauam Synodum Photius exul per fraudem cuiuſdam Bibliothecarij, compoſito pſeudouaticinio ſub titulo ἀκεροστιχίδος βίκλας in gratiam Imperatoris ſe inſinuauit, & in palatio degens multa contra canones auſus eſt. Porrò eiuſmodi vaticinium fraudulenter quidem, non tamen ſine probabilitate quadam excogitauit. Genealogiam, quæ nuſquam eſt, fuit, aut futura erat, contexit. Tiridatem illum inclytum Armeniæ regem ſtirpis caput fingit, ex illo nominibus pro arbitratu excogitatis gentem deducit, & alios ex alio fabuloſa narratione condit. Quando demum ad parentem Baſilij peruenit, ſcripſit hunc habuiſſe filium natura talem virum, qualis ipſe erat Baſilius, eique nomen eſſe Veclas. Obſeruatis enim nominibus ſingulorum, ipſius, inquam, Imperatoris Baſilij, & Eudoxiæ Auguſtæ coniugis, liberorumque Conſtantini, Leonis, Alexandri, Stephani ex primis ſingulorum nominum litteris compoſuit fraudem. Sic decepit Baſilium, quem omnium retrò Regum feliciſſimè, & diutiſſimè regnaſſe comminiſcitur. Vide Nicetam Paphlagonem in vita, quam ſcripſit ſancti Ignatij Patriarchæ verſus finem. Vita functo Ignatio Photius inter innumeras machinationes,

B *profertur vt V latinũ.*

nes,

nes, quas reperit dignas ſuo ingenio, hanc etiam adinuenit. Multos Antiſtites ad epulum inuitauit, diſſimulauitque ſe emiſſe nonnulla bona pro Eccleſia, optare ad firmitatem illius emptionis eorum chirographa, & ſigilla in alba papyro, illis impetratis quaſi ipſi rogarent Pontificem, ſcripſit illos omnes eum deſiderare, vt ſit eorum Patriarcha, additis etiam litteris Imperatoris, & ſe multis laudibus extollens, & ſibi præconia cumulans. Deceptus Ioannes Octauus bono publico proſpiciens, vt opinabatur, deſtinauit Paulum, & Eugenium presbyteros, & Petrum Diaconum Cardinales pallio miſſo cum facultate eum veniam à Concilio petentem, reſtituendi. Ille corruptis litteris Apoſtolicis alia pro alijs græcè ſcripſit, neque deprecatus eſt culpam, ſed impudenter præſidendo ad libitum, Synodum celebrauit, & Canones condidit partim fauentibus ſuis ſimilibus Græcis, partim alijs Græcis callentibus ſubdolum ingenium Photij, Romanum Pontificem, qui eum damnatum reſtituebat, haud laudantibus, immò clarè teſtantibus malè feciſſe, & non potuiſſe abſoluere, ac reſtituere quem ſui Prædeceſſores, & Concilium œcumenicum ligauerant, damnauerant, & prorſus ad tantam dignitatem ineptum reddiderant. Quod quidem verum eſſet, quando damnatus eſſet contumax, & non reſipiſceret. At enim talis fuit Photius? Verùm decepit Pontificem. alioquin cur non poſſit Patriarcha Patriarcharum Pontifex Romanus damnatum ſi reſipiſcat abſoluere? In ea Synodo, quam Zonaras interpretatur, ſtuduit Photius confirmare ſeptimam Synodum de imaginibus, tacitè damnata octaua, quæ contra eum celebrata fuerat, immò abolita legitima, & œcumenica, ſuam pro octaua obtrudere

co-

conatus eſt, & in editis Canonibus Canone primo, vt eſt videre apud Zonaram, præfert ſe Romano Pontifici, tanquam habens maiorem amplitudinem iuriſdictionis, quam habeat ipſe Pontifex. Quæ cùm didiciſſet Ioannes Octauus, eum publicè poſt multos Pontifices, qui eum antea excommunicauerant, anathemate percuſſit. Vide Octauum Concilium, & ſucceſſorem Anaſtaſij Guilielmum Bibliothecarium in vitis Pontificum, cæteroſque Hiſtoricos.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΚΥΔΩΝΗ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΙΤΟΥ

Περὶ τῶν βλασφήμων δογμάτων
ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΛΑΜΑ

Καὶ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ

Ἐν κεφαλαίοις ιγ.

DOCTISSIMI

DEMETRII

CYDONIS

CONSTANTINOPOLITANI

De execrandis dogmatibus
GREGORII PALAMÆ

Et de proceſſione

SPIRITVS SANCTI

Per XIII. Capita.

PETRO ARCVDIO CORCYRÆO
Interprete.

Cc

Τοῦ Σοφοῦ

ΚΑΡΥΟΦΥΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ

Εἰς Δημήτριον τὸν Κυδώνην.

Εἴ τις ἔην τετράγωνος, ἔχων στεφάνην ἀρετάων,
Εὐσεβίην, σοφίην, ῥήξης εἶδος ἔμπνευον, αὐδῆς
Ἀμφοτερογλώσσοιο μέγα κλέος, ἶσα Λατίνοις
Καὶ Γραικοῖσιν ἄριστος, ἄκρην ἄκρος οἷα διάκτωρ.
Τοῖον ἀχαιοῖσιν Δημήτριον ἴσθι Κυδώνην,
Πάτρης εὐκλείην Βυζαντίδος· ὃς Παλαμῆσας
Πλέγμα θεηλογίης, Παλαμᾶ πολυμήχανον ὕβριν
Ἐκταμένην, οὐ νόσοντος ὅσον κακὸν Ἑλλάδι τεῦξεν,
Φῶτα διατμήξας, καὶ παμφορίην θεοτήτων.
Φῶς τὸ δὲ νῦν Δαναοῖς Ἀρκούδιος ὤπασε Πέτρος
Ἐμφαίνων, ὅσα πρὶν κακομήχανος ἔκλαπεν ὄρφνη.
Τοῦτο βοῶν μονονού. Γραικῶν ὦ φῦλα φέριστον.
Νήψατε. νὺξ ἀπέδρα, καὶ ἤματος ἤλυθεν αὐγή.

Nicephorus Gregoras in XI. libros ſuæ hiſtoriæ.

Ὅτι κατ' οἰκονομίαν ἐσιωπήθησαν τότε αἱ τοῦ Παλαμᾶ βλασφημίαι, ἃς κατὰ τῶν θείων δογμάτων τῆς ἐκκλησίας ἔγραψε.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ
ΠΑΥΛΟΥ
ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ
ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

Ἐπὶ τὸν μακαριώτατον ΠΑΠΑΝ, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Καρδιναλίους.

Ἡμεῖς Παῦλος ἐλέῳ Θεοῦ Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, γνώριμον ποιοῦμεν πᾶσι τοῖς ἐν Χριστῷ πιστοῖς. Ἐπειδήπερ τοῦ γνῶναι τὴν ἀλήθειαν, οὐδὲν λαμπρότερον, οὐδὲν ἥδιον, οὐδὲν προσηνέστερον. ἡ μὲν γὰρ ἀλήθεια τὰ ἔνδον τῆς διανοίας λαμπρύνει, καὶ εὐφροσύνης πληροῖ, καὶ θυμηδίας ἐμπίπλησιν. ἡ δὲ ἄγνοια τὸ ἀνάπαλιν, σκοτίζει, λυπεῖ, σκληρύνει. Τούτου χάριν ἵνα μὴ σὺν ὑστέρῳ ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια παραξέχῃ, δεῖν ἐκεῖνα τὰ μεταξὺ τούτου βασιλέως τοῦ Καντακουζηνοῦ καὶ ἐμοῦ τετυχηκότα διαλέξεως γραφῇ παραδοῦναι. ἐπεὶ γὰρ ἔμπροσθεν τοῦ δεσπότου τοῦ Πάπα τοῦ ε. Οὐρβανοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ Καρδιναλίων παρά τινων Γραικῶν ἀνηνέχθη, ὡς ὁ εἰρημένος βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς καὶ ἡ τῶν Γραικῶν ἐκκλησία πολλὰς δογματίζει θεότητας ὑπερκειμένας καὶ ὑποβεβηκυίας, διὰ τὸ τὰ προσόντα τῷ Θεῷ διαφέρειν λέγειν πραγματικῶς. καὶ τούτων ἕκαστον θεότητα λέγει διακεκριμένην ἐπ' ἄπειρον τῆς θείας οὐσίας διεστῶσας. ἐπιθυμήσας τὴν ἀλήθειαν γνῶναι ταύτης τῆς διδασκαλίας ἐν Κωνσταντινουπόλει διατρίβων, ὅτι πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Παλαιολόγον παρὰ τοῦ εἰρημένου ἄκρου ἀρχιερέως ἀπεστάλην, ἐζητήσαμεν τοῦτο μαθεῖν, οὐκ ἐδυνήθημεν δὲ λόγῳ ἢ πράγματι βεβαιότητι καταλαβεῖν περὶ τῆς

δο-

EPISTOLA
PAVLI PATRIARCHAE
CONSTANTINOPOLITANI
AD BEATISSIMVM PAPAM
& eius Cardinales.

NOS Paulus miſeratione Diuina Patriarcha Conſtantinopolitanus, notum facimus omnibus in Chriſto fidelibus. Quandoquidem ſcire veritatem nihil eſt illuſtrius, nihil iucundius, nihil ſuauius; quippe veritas interiora mentis illuſtrat, lætitia afficit, & iucunditate replet. Ignorantia, contra, obſcurat, contriſtat, indurat. Hac de cauſa, ne poſteros veritas rerum prætereat, oportere cenſui, quæ inter Imperatorem Cantacuzenum, & me diſputari contigit, ſcripturæ tradere. Quoniam enim ad Dominum Papam Vrbanum Quintum, & eius Cardinales nonnulli Græci retulerunt, commemoratum Imperatorem Cantacuzenum, & Eccleſiam Græcorum multas ſuo dogmate Diuinitates inducere ſupereminentes, ac remiſſas, eo quod aſſerant, quæ Deo inſunt, realiter inter ſe differre, & vnum quodque horum Deitatem diſtinctam in infinitum à Diuina ſubſtantia diſtare. Cum noſſe verum huius doctrinæ cuperem, Conſtantinopoli degens, quando ad Imperatorem Palæologum à commemorato ſummo Pontifice miſſus fui, quæſiuimus iſtud ſcire, non autem potuimus verbo, vel re aliquid certi de hac opinione & impia doctrina comprehendere. Quapropter & coactus ſum verbis aſperis eos inſectari, & veluti quibuſdam argumentis prouocare. Tandem Imperator ipſe Cantacuzenus de hac opinione mecum verba fecit. Quamuis autem à principio videretur mihi non rectè ſentire, qui ex

δόξης ταύτης καὶ αὐτόμου διδασκαλίας, ὅθεν καὶ τὴν ἀντικάθην λόγοις σκληροῖς ἐπιτήδευσε, καὶ ὥσπερ ἐλέγχοις τισὶ προσκαλεῖσθαι. τέλος ὁ εἰρημένος βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς ἦλθεν εἰς ὁμιλίαν ἐμοὶ περὶ τῆς προκειμένης δόξης. εἰ καὶ τοίνυν ἐν ἀρχαῖς ἔδοξέ μοι μὴ ὀρθῶς φρονεῖν πραγματικὴν διάκρισιν ὑφορώμενος λέγειν αὐτὸν ἐκ τῶν λόγων αὐτοῦ. ὅμως μετά τινας ἡμέρας τῆς ὁμιλίας παραγενομένης, εἶπε μὴ φρονεῖν πραγματικὴν διάκρισιν τῶν προσόντων τῷ Θεῷ, ἀλλὰ μόνον λόγῳ καὶ ἐπινοίᾳ, τότε ὥσπερ ἤθελες ἐγὼ εἶπον, αὐτὸν καλῶς λέγειν, καὶ τῷ μακαρίῳ συμφωνεῖν Ἀμβροσίῳ. μετὰ ταῦτα τὰς εἰρημένας ἐν γράμμασιν ἔθηκεν ὁμιλίας, ἐν οἷς παρενεῖραι δοκεῖ τινὰ ἀμφιβολίαν γεννῶντα, πότερον λόγου μόνον ἢ καὶ πραγμάτων εἶναι διαφορὰν ἰσχυρίζεται. ἃ δὴ γράμματα τῷ εἰρημένῳ δεσπότῃ τῷ ἄκρῳ ἀρχιερεῖ ὑποδείξω. ὥστε ταῦτα ἢ ἀποδοκιμάσαι, ἢ βεβαιῶσαι. μετὰ ταῦτα γέγραφε περὶ τοῦ ἐν τῷ Θαβωρίῳ φανέντος φωτὸς, λέγων ἐκεῖνο ἄκτιστον εἶναι, καὶ οὐκ οὐσίαν Θεοῦ, ἀλλά τινα θείαν ἐνέργειαν. ὅπερ ἡμῖν δοκεῖ μὴ δ' ἀκοῆς ἄξιον. οὐδὲν γὰρ ἄκτιστον πλὴν τῆς θείας οὐσίας. καὶ πᾶν ἄκτιστον ἀΐδιον εἶναι, μηδὲν γὰρ ἀΐδιον ὁρατόν· τὰ γὰρ ὁρώμενα πρόσκαιρα. ὅθεν εἰ ἔλεγεν ἐκεῖνο τὸ ὁραθὲν φῶς σύμβολον γενέσθαι τοῦ ἀοράτου καὶ ἀκτίστου φωτὸς, ὀρθῶς ἂν ἐφρόνει. λέγειν δὲ τὸ τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁραθὲν φῶς ἄκτιστον εἶναι, παντάπασιν ἔξω τῶν τε τῆς πίστεως ὅρων, καὶ παρὰ πάντα λόγον· ταῦτα τοίνυν βουλόμεθα τῷ παρόντι γράμματι εἶναι δῆλα. ἵν' ἡ τοῦ πράγματος ἀλήθεια εὑρεθεῖσα τηρῆται.

eius verbis eum diſtinctionem realem ponere ſuſpicabar; tamen poſt aliquot dies, ſermone protracto, dixit ſe non ſentire re. lem diſtinctionem inter ea, quæ Deo inſunt, ſed tantùm ratione, & conceptu mentis. Tunc veluti gauiſus dixi, bene eum dicere, & cum B. Ambroſio conuenire. Poſtea dicta colloquia ſcriptis mandauit, quibus nonnulla inſeruit, quæ dubitationem pariunt. Vtrum rationis tantum, an etiam realem diſtinctionem eſſe contendat. Quæ profectò ſcripta ſummo Pontifici oſtendam, vt ea vel improbet, vel confirmet: Deinde ſcripſit de lumine, quod apparuit in monte Thabor, aſſerens illud eſſe increatum, & non eſſe Dei eſſentiam, ſed quandam Diuinam operationem quod ne auditu quidem ferendum eſt. Nihil enim eſt increatum, præter Diuinam eſſentiam, & omne increatum, ſempiternum eſt. Nullum porrò ſempiternum viſibile eſt. quæ enim cernuntur temporanea ſunt. Quare ſi diceret, illud viſibile lumen, Symbolum fuiſſe inuiſibilis, & increati luminis, vtique rectè ſaperet. Dicere autem lumen, quod corporalibus oculis viſum eſt, eſſe increatum, omnino extra terminos fidei eſt, contra omnem rationem. Hæc igitur volumus præſenti ſcripto eſſe manifeſta, vt rei veritas in poſterum conſeruetur.

Paulus hic Patriarcha Conſtantinopolitanus, vt apparet, titularis fuit Latinus, quales ſunt hodie, quos Ro. Eccl. ob memoriam Principis Apoſtolorum illarum dignitatum fundatoris, hoc ſplendido titulo decorat. (Quamuis Conſtantinopolitanus non fuerit ab Apoſt. inſtitutus, ſed longe poſtea paulatim in eorum numerum irrepſerit, ac tandem partim conniuente Ro. Pontifice; partim permittente, eo quod illa vrbs, ſedes Imperij eſſet, & ampliſſimo Senatu nobilitaretur, cæteris Patriarchis ſe prætulerit.) Is ergo titularis Patriarcha cum fungeretur Legatione nomine Pontificis apud Imperat. Græcorum, ſcripſit epiſtolam ad Vrbanum V. latino ſermone, ſed quidam noſtri Græci Catholici eam ἑλληνιστὶ *reddiderunt, ad oſtendendum impium dogmatum ſenſum, cum illius Imperatoris, tum Gregorij Palamæ, qui eiuſmodi pſeudotheologiæ auctor fuit. Nos eam è Græco iterum Latinam fecimus, cum Autographum illius forte perierit.*

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΤΟΥ ΚΥΔΩΝΗ
ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΠΑΛΑΜΑ.

ΙΝΑ ὡς ἐν κεφαλαίῳ τὰ τοῦ Παλαμᾶ ἄνωθεν ἀρξάμενοι, δείξομεν συντόμως, ὅτι τὴν μὲν ὕλην τῆς αἱρέσεως, οὐκ ἐπενόησε πρῶτος Παλαμᾶς, ἀλλὰ πρὸ πολλῶν χρόνων παρὰ τοῖς λεγομένοις ἡσυχασταῖς ὡς ἐν μυστηρίῳ τὰ τῆς αἱρέσεως ταύτης ὑπεψιθυρίζετο. καὶ δῆλον ἐξ ὧν Συμεὼν τῆς τοῦ Ξυροκέρκου ἐπιλεγομένης ἡγούμενος, ὃν καὶ θεολόγον νέον ἐπέγραψαν οἱ τῶν τοιούτων μύσται καὶ μυσταγωγοί. ἐν ἄλλοις μὲν αὐτοῦ συγγράμμασι πολλὰ βέβηλα καὶ βλάσφημα συνεγράψατο. ἰδίᾳ δὲ ἐν τῷ περὶ νήψεως καὶ προσοχῆς τοιαῦτα διέξεισι. (καθίσας ἐν μιᾷ γωνίᾳ κατὰ μόνας, προσέξαι ποίησαι ὃ λέγω σοι. κλεῖσον τὴν θύραν καὶ ἔπαρον τὸν νοῦν σου ἀπὸ παντὸς ματαίου ἤγουν προσκαίρου. εἶτα ἐρείσας τῷ στήθει σὺν πώγωνα, κινῶν τὸν αἰσθητὸν ὀφθαλμὸν σὺν ὅλῳ νοῒ ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας ἤγουν κατὰ τὸν ὀμφαλὸν ἄγχον καὶ τὴν τῆς ῥινὸς τοῦ πνεύματος ὁλκὴν τοῦ μὴ ἀδέως πνεῖν. ἐρεύνησον ἔνδον ἐν τοῖς ἐγκάτοις εὑρεῖν τὸν τόπον τῆς καρδίας. ἔνθα ἐμφιλοχωρεῖν πεφύκασι πᾶσαι αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις. καὶ πρῶτον μὲν σκότος εὑρήσεις καὶ πάχος ἀνένδοτον. ἐπιμένοντος δέ σου, καὶ τοῦτο τοῦ ἔργου νυκτὸς καὶ ἡμέρας ποιουμένου, εὑρήσεις ὢ τοῦ θαύματος, ἄληκτον εὐφροσύνην. ἅμα γὰρ εὕρῃ ὁ νοῦς τὸν τόπον τῆς καρδίας, βλέπει παρευθὺς ἃ οὐδέποτε ἠπίστατο. βλέπει γὰρ τὸν μεταξὺ τῆς καρδίας ἀέρα, καὶ ἑαυτὸν φωτεινὸν ὅλον καὶ διακρίσεως ἔμπλεων).

Καὶ

DEMETRII CYDONIS CONSTANTINOPOLITANI

Aduerſus Gregorium Palamam.

VT ſummatim res Palamæ notæ fiant, ab antiqua origine ſumpto initio breuiter oſtendemus, materiam huius hæreſeos non Palamam primum excogitaſſe, ſed multis ab hinc annis apud eos, qui appellantur * Heſychaſtæ, velut in myſterio clam de hac hæreſi inſuſurrabatur. Vt manifeſtum ex his, quæ quidam Simeon edidit præfectus Monaſterij * Xirocerci nuncupati, cui etiam titulum noui Theologi talium rerum myſtæ, & ſacrorum principes inſcripſerunt. is cum in alijs ſuis operibus plurima profana, & blaſphema compoſuit, tum verò peculiari ratione in libro de ſobrietate, & conſideratione ita differit. Attende vt facias, quod tibi dico, clauſis foribus ſedeas in vno aliquo angulo ſeorſum, mentemque tuam abſtrahas ab omni vanitate, re fragili & caduca. Deinde mentum tuum pectori innixum inhæreat, moueaſque ſenſibilem oculum cum tota mente tua in medio ventris iuxta vmbilicum, quin etiam conſtringe fauces, & attractionem ſpiritus narium, vt non facilè ſpires, & inquire intus in viſceribus, vt reperias locum cordis, vbi animi facultates morari ſolent. Et primum quidem inuenies tenebras & craſſitudinem minimè cedentem; vbi verò perſtiteris ac dies, noctesque in hoc opere conſumpſeris, ò rem admirandam! percipies lætitiam, quæ nullo puncto temporis intermittit. Quamprimum enim mens locum cordis repererit, ſtatim aſpicit, quæ nunquam ſciebat. Siquidem viſo aëre, qui inter ſpatium cordis extat, ſeipſa totam lucidam, & diſcernendam præbet.

** hoc eſt, qui ſilentium, & quietem profitentur.*

** hoc eſt, ſiccæ caudæ.*

Ipſe

Καὶ αὐτὸς δ' ὁ Παλαμᾶς ἐν β. λόγῳ, οὗ ἐπιγραφὴ προτέρους, τάδε φησίν. ἐπεὶ καθάπερ τις τῶν μεγάλων περὶ ταῦτα λέγει· τοῖς ἔξω σχήμασι ἐξομοιοῦσθαι μετὰ τὴν παράβασιν, πῶς οὐκ ἂν συντελέσειέ τι μέγα τῷ σπεύδοντι συστρέφειν τὸν νοῦν εἰς ἑαυτόν, ὡς μὴ τὴν κατ' εὐθεῖαν, ἀλλὰ τὴν κυκλικὴν καὶ ἀπλανῆ κινεῖσθαι κίνησιν, τὸ μὴ τὸν ὀφθαλμὸν ὧδε κἀκεῖσε περιάγειν, ἀλλ' οἷον ἐρείσματί τινι τοῦτον προσερείδειν τῷ οἰκείῳ στήθει, ἢ τῷ ὀμφαλῷ. πρὸς γὰρ τῷ εἰς κύκλον ὥσπερ ἔξωθεν ἐφόσον ἐφικτὸν συνελίττειν ἑαυτόν, παραπλησίως τῇ σπευδαζομένῃ ἐν ἑαυτῷ τοῦ νοῦ κινήσει, καὶ τὴν δι' ὄψεως ἔξω διαχεομένην δύναμιν τοῦ νοῦ, τῆς καρδίας εἴσω πέμψει διὰ τοῦ τοιούτου σχήματος τοῦ σώματος.

Τὰς γοῦν τοιαύτας ἀληθεῖς εὐφροσύνας, καὶ τὰ φῶτα καὶ πᾶσαν τὴν περὶ ταῦτα σκηνὴν ἐκ διαδοχῆς παραλαβὼν Παλαμᾶς οἱονεί τινα ὕλην ἀνείδεον μορφώσας ἐθεοποίησε. καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῇ πρὸς μοναχὴν ἐπιστολῇ ταῦτα φησίν. εἴ τις οὐ παραδέχεται τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου του Ιησοῦ, ὅπερ καὶ σκίρτημα πολλαχοῦ οἱ πατέρες ἐκάλεσαν, πνεούσαν δύναμιν, καὶ καρδίας ζώσης κίνημα, ὁ τοιοῦτος οἶμαι ἀκμὴν οὐκ ᾐσθάνθη αὐτῆς. καὶ πάλιν, Ησαΐας δὲ ὁ θεῖος, ποῖον πνεῦμα λαβεῖν ἡμᾶς καὶ τεκεῖν φάσκει, οὐχὶ τοῦ κυρίου Ιησοῦ τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν πυρὶ τοῖς πιστοῖς καὶ σωτηρίαν πληροῦντος; ποῖον δὲ πῦρ μαστίζει τοὺς δαίμονας, καὶ φυγαδεύει αὐτοὺς ὥς φησιν Ιωάννης ὁ θεῖος πατήρ, οὐ τὸ τοῦ κυρίου Ιησοῦ τὸ ἐν τῇ μνήμῃ αὐτοῦ ἐξαπτόμενον ἔνδον. ὀσμὴ δὲ ὑψίστου ποία ἑτέρα, εἰ μὴ ἡ θέρμη τοῦ πνεύματος. ἢ πῶς ποτὲ καὶ ἐκ τῆς ῥινὸς ἀρρήτως ἐξέρχεται;

Εν δὲ τοῖς λόγοις, οὗ ἐπιγραφὴ προτέρους καὶ δευτέρους, τάδε φησίν. ὃ μέν τοι φῶς ἐν ὑποστάσει φασὶ πνευματικῶς ὁρᾶν. ὃν μὲν καὶ μὴ συμβολικόν, ἀεὶ δὲ ὄν, ἄϋλόν τε καὶ νῷ θεωρητόν, τοῦτο διὰ τῆς πείρας ἴσασι. καὶ πάλιν ἀφ' ἑτέρου τῶν αὐτῶν, οὗ ἡ ἀρχή, ὑποψιθυρείσας, τάδε φασι· τοιγαροῦν τὸ φῶς ἐκεῖνο σύμβολόν τε ἐστὶ καὶ φῶς ἀληθινόν, καὶ οὐκ ἀληθινὸν

θινὸν

Ipſe quoque Palamas in ſecunda oratione earum, quas inſcribit priores, hæc ait, quoniam, vt quidam teſtatur, qui circa hæc inter valde peritos enumeratur, poſt tranſgreſſionem, qui fieri poteſt, vt non magnopere conducat, figuras externas internis aſſimilari? qui enim feſtinat ad colligendam mentem in ſe, non debet motu recto moueri, ſed circulari, & ab omni erratione libero, neque oculum huc illuc circumducere, ſed veluti quodam firmamento in proprio pectore, vel vmbilico innixum habere. Quippe mouere ſe motu externo circulari quantum fieri poteſt inſtar motus eſt mentis, quo ſtudioſe mens ſe ipſam exercet, & ſuſcipiendo exterius per oculos virtutem mentis mittet in cor per hanc figuram corporis.

Huiuſcemodi igitur perennem lætitiam, & lumina, totamque de his rebus ſcenam per traditionem acceptam, veluti quandam informem materiam Palamas informauit, atque deificauit. & primum quidem in epiſtola ad Menam, hæc ait: Si quis non acceptat ſalutaris Ieſu iubilum, quod etiam exultationem Patres paſſim appellant, nimirum ſpirantem vim & cordis viui motionem, iſte talis, puto, nondum ſentit ſuauitatem illius, & rurſus. Diuinus verò Iſaias quem ſpiritum nos accepiſſe & peperiſſe fatetur. Nonne Domini Ieſu, qui operatur igne in animis fidelium, & ſalutem perficit? Qualis autem ignis dæmones flagellat, eoſque fugat, vt dicit Diuinus Pater Ioannes; nonne Domini Ieſu, qui in eius memoria intus exardeſcit? halitus autem naribus attractus, quis nam alius eſt excelſi, quam feruor ſpiritus, qui quandoque etiam è naribus arcano modo exit.

In orationibus verò, quas priores, & poſteriores inſcribit, hæc ait. Porrò lumen quod ſubſiſtens ſpiritaliter ſe videre aiunt, exiſtit quidem, & non imaginariè, ſemper verò exiſtit, immateriale, ac intelligibile hoc lumen per experientiam norunt. Et rurſus in alia earundem orationum, cuius initium, cum ſubmurmuraſſet, hæc ait, igitur lumen illud & ſymbolum eſt, & lumen verum, & non ſimpliciter verum, ſed ipſum verum erat lumen. Rurſus in eadem oratione: & ſi enim lumen appellatur, ſed & verum lumen nuncupatur, immo verò ipſum eſt verum lumen, quod vt veſtimentum induit Deus. Hunc in modum habere ſe lumen cum aſtruxiſſet, multis

pro-

θινὸν ἁπλῶς. ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἀληθινὸν ὑπάρχει φῶς· καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ. εἰ γὰρ καὶ φῶς ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν, ἀλλὰ καὶ φῶς ἀληθινὸν καλεῖται, μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ ἀληθινὸν φῶς, ὃ ὡς ἱμάτιον ὁ Θεὸς ἀναβάλλεται. τοῦτον τὸν τρόπον ἔχειν τὸ φῶς τοῦτο κατασκευάσας, διὰ πολλῶν ἀποδείκνυσι καὶ ὁρατὸν εἶναι, προσθεὶς καὶ ἀνακράσεις τινὰς καὶ μίξεις τοῦ τοιούτου φωτὸς μετὰ τῶν ὁρώντων ἀποτελεῖσθαι, καὶ φησὶν ἔν τινι τῶν εἰρημένων περὶ τοῦ φωτὸς λόγων. ἕν ἐστιν ὅταν μετὰ τοῦ ὁρῶντος γίνηται, ἕτερον ἄλλοτε ὁρᾶται. ποτὲ μὲν τοῦ σώματος ἐπανιστᾷ, καὶ εἰς ὕψος ἀναφέρει ἄρρητον, ἄλλο τ' αὖθις καὶ τὸ σῶμα μεθαρμοσάμενον, καὶ τῆς οἰκείας μεταδεδωκὸς λαμπρότητος, καὶ εἰρήνης, καὶ ἀγάπης, θεοειδοῦς τε ἡδονῆς καὶ ἀπαθείας ἔμπλεων ποιῆσαν, ὀφθαλμοῖς σωματικοῖς, ὢ τοῦ θαύματος γίνεται ληπτόν. καὶ ἐν ἑτέρῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, εὐλόγως μὲν οὖν ὁ λόγος, τὰ δὲ φησίν, ἓν ἐν θεωρίᾳ πνεῦμα τὸ φῶς μετὰ τῶν διὰ καθαρᾶς προσευχῆς ἐντυγχανόντων γίνεται ὁρώμενον καὶ μὴ διαιρούμενον αὐτῶν· καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ. ἴσασιν οἱ μεμυημένοι καὶ λέγουσιν, οὐ συζυγίαν ὀλίγοις τισὶ μέρεσι καὶ δυνάμεσι τὴν ἀλληλουχίαν παρεχομένην, ἀλλ' οἷον ἀνάκρασιν εἶναι πρὸς ψυχὴν τοῦ φωτὸς τῆς χάριτος τὴν ἐνοίκησιν· θαυμαστὴν οἷον ἄρρητον· ἢ γὰρ τοῦ γαμηλίου συναλλάγματος τί δοκεῖ τῶν ἄλλων πλέον. ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνο σύμφυσις, οὐδ' ἀνάκρασίς ἐστιν, ἀλλ' ὁμιλία τινὶ, καὶ οἷον προσκολλήσει, ἓν τὰ πλείω γίνονται. ἔσονται γάρ φησιν οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, καὶ σάρκα μόνην, ἀλλ' οὐχὶ καὶ πνεῦμα. ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς ἠξιωμένους ἕνωσις, γνώσεως πάντα τρόπον ὑπερβάλλουσα τῷ παντελὴς ὑπάρχειν καὶ τοῦ χωροῦντος κρεῖττον ἢ λόγος. δι' ὅλων τῶν καθαρῶν πνευμάτων πνεύματος.

Ἐπὶ τούτοις ἐλεγχόμενος ὑπὸ τοῦ Βαρλαὰμ ἐκείνου, τοῦ καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτὸν φωράσαντος, σαφῶς τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ὁρατὴν καὶ μεθεκτὴν κατασκευάζων, ἐκφεύγων δῆθεν τὸ ἄτοπον, χείρονι κακῷ θεραπεύειν τὴν αἵρεσιν ἐπεχείρησε. καὶ τολμᾷ τὴν ὑπερούσιον ὕπαρξιν τοῦ Θεοῦ πραγματικῇ διακεί-

σθαι

probat, etiam viſibile eſſe, addens inſuper temperationes quaſdam effici, ac permixtiones huius luminis cum illis, qui illud vident, ac loquens de hoc lumine in vna ex prædictis orationibus, ait: Vnum eſt, quando cum vidente fit, aliud quandoque videtur, aliquando in corpus impetum facit, & illud in altitudinem ineffabilem attollit. Rurſus alias corpori ſe adaptans, & accommodans, ac proprio ſplendore communicato, vbi pacis, charitatis, diuinæque voluptatis, & impaſſibilitatis plenum effecerit, oculis corporeis, ò rem miram! percipitur. Et in oratione, cuius initium, Merito igitur oratio, hæc ait: Lumen vnus fit Spiritus in ſpeculatione cum illis, qui per ſinceram precationem illud nanciſcuntur, cum videatur, & ab ipſis non diuidatur. Rurſus in eadem: Sciunt initiati, & aſſerunt, compagem mutuam, non tantum coniunctionem paucis quibuſdam partibus, & potentijs præbere, ſed inhabitationem luminis gratiæ, veluti permixtionem eſſe cum anima miram, & ineffabilem. Porrò coniunctio nuptialis commercij alijs quidem maior videtur, ſed neque ipſa eſt concretio, & permixtio; ſed congreſſu quodam, ac velut adglutinatione plurima vnum fiunt: Erunt enim, inquit, duo in carnem vnam, & carnem quidem ſolam, non autem & Spiritum. Dei verò coniunctio cum ijs, qui digni facti ſunt, omnem modum cognitionis ſuperat, eo quod perfecta exiſtat: nimirum Spiritu, cunctos ſpiritus puros præſtantiùs penetrante, quam vt dici poſſit.

De his ergo reprehenſus ab illo Barlaam, qui etiam ab initio eum detexit, cum manifeſtè ſubſtantiam Dei viſibilem, & ſpirabilem conſtitueret, deuitans nimirum abſurdum, peiori malo hæreſim curare aggreſſus eſt, atque audet ſuperſubſtantialem exiſtentiam Dei reali diſtinctione in eſſentiam, & operationem, quin potius operationes multas diuidere. Atque ait in quadam prædictarum orationum, hoc lumen ſubſtantiam Dei non eſſe, etenim intactilem illam eſſe, Angelum non eſſe, quod heriles cha-

σῃ εἰς οὐσίαν καὶ ἐνέργειαν, μᾶλλον δὲ ἐνεργείας διῃρέθη. καὶ φησιν ἔν τινι τῶν εἰρημένων λόγων, ὅτι τοῦτο τὸ φῶς οὐσία μὲν Θεοῦ οὐκ ἔστι, καὶ γὰρ ἀνέπαφος ἐκείνη. Ἄγγελος οὐκ ἔστι, δεσποτικοὺς γὰρ φέρει χαρακτῆρας. καὶ πάλιν, τὸ φῶς τοῦτο θεωρία ἦν οὐ τῆς θείας φύσεως, ἀλλὰ τῆς δόξης τῆς φύσεως αὐτοῦ. ἣν καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς ὁ κύριος, καὶ δι' αὐτῶν πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ. καὶ μετ' ὀλίγα. ὥστε καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τὴν δόξαν ἔδωκε τῆς θεότητος, τὴν φύσιν δὲ οὔ. ἄλλο ἄρα φύσις Θεοῦ, καὶ ἡ δόξα ταύτης ἕτερον. ἀλλ' εἰ καὶ τῆς θείας φύσεως ἕτερόν ἐστι, τοῖς οὖσιν οὐκ ἂν εἴη ἐναρίθμιος. καὶ εἰς παράστασιν τῶν τοιούτων αὐτοῦ λόγων, τῷ ἐπὶ τῆς τοῦ κυρίου μεταμορφώσεως χρῆται φωτί.

Καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ φωτὸς τὰ ὅμοια διέξεισιν ἐν διαφόροις λόγοις αὐτοῦ. ταῦτα δ' ὕστερον οἱ αἱρεσιῶται αὐτοῦ διά τό μου.

Περὶ μὲν διακρίσεως οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργείας τάδε φασίν. ἀναγνωσθέντος τοῦδε, ἤρξατο ὁ τιμιώτατος Χαρτοφύλαξ καὶ ὕπατος τῶν φιλοσόφων κατὰ τὸ ἐκκλησιαστικὸν ἔθος ἐρωτᾶν ἕκαστον, ὅπως ἔχει γνώμης περὶ τῶν κατὰ μέρος λαληθέντων καὶ ἐξετασθέντων δογματικῶν κεφαλαίων. καὶ πάντες ἑνὶ στόματι ὡς ἐξ ἑνὸς κινούμενοι πνεύματος μετὰ τοῦ ἡνωμένου καὶ θεοπρεπῆ διάκρισιν τῆς θείας οὐσίας καὶ ἐνεργείας φανερῶς ὡμολόγησαν τοῖς θεολόγοις ἑπόμενοι, ἄκτιστόν τε τὴν θείαν ἐνέργειαν καθὰ δὴ ταῦτα καὶ τὴν οὐσίαν ἔστερξαν. καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ. ἡμεῖς δὲ παρὰ τῶν ἁγίων ἐδιδάχθημεν γραφῶν καὶ οὐσίαν ἔχειν τὸν Θεόν, καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν τῆς θείας οὐσίας διαφέρουσαν. μᾶλλον δὲ καὶ δυνάμεις καὶ ἐνεργείας. περὶ δὲ τοῦ φωτὸς τῆς μεταμορφώσεως μετὰ τοῦτο ἐζητήθη, φασὶ δειχθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων ὅτι ἄκτιστον ἐστὶ τὸ τῆς τοῦ κυρίου μεταμορφώσεως φῶς. καὶ ὅτι οὐκ ἔστι τοῦτο ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντες σχεδὸν εἶπον, ὅτι ἀπεδέχθη, καὶ ἐν τοῖς ἀναθεματισμοῖς οἷς ἐξέθεντο, κατὰ τῶν μὴ πειθομένων ταῖς βλασφημίαις αὐτῶν, ἐν οἷς καὶ ἑαυτοὺς ἀνακηρύττουσι, τάδε φασί. τῶν λεγόντων περιεῖναι μὲν τὴν θείαν ἐνέργειαν ἐκ τῆς θείας οὐσίας,

περι-

racteres gerat. Et rurſus: Lumen hoc intuitum eſſe, non diuinæ naturæ, ſed gloriæ naturæ eius, quem etiam dedit Dominus diſcipulis, ac per ipſos dedit omnibus in eum credentibus. Et poſt pauca: Itaque etiam humanæ naturæ gloriam dedit Deitatis, naturam verò minime: aliud ergo natura Dei, & gloria eius (naturæ) aliud. Sed quamuis à Diuina natura aliud ſit, non tamen inter entia connumeranda. Et ad confirmationem ſuorum ſermonum, vtitur lumine, quod fuit in Transfiguratione Domini.

Atque de hoc eodem lumine ſimilia narrat in diuerſis ſuis orationibus. Hæc autem poſtea ſectatores eius tomo edito ſequuti, de diſtinctione ſubſtantiæ Dei, & operatione, hæc aiunt.

Hoc recitato honorandiſſimus Chartophylax, ac ſupremus Philoſophorum, vt moris eſt Eccleſiaſtici, cœpit interrogare vnumquemque, quam habeat ſententiam de his dogmaticis capitibus, quæ per ſingula membra dicta ſunt, atque diſcuſſa: & omnes vno ore, tanquam vno Spiritu incitati, Deo conuenientem vna cum coniunctione diſtinctionem Diuinæ ſubſtantiæ, atque operationis, clarè faſſi ſunt, Theoſogos ſequuti, increatamque Diuinam operationem, quemadmodum ſane & ſubſtantiam amplexati ſunt. Et rurſus in eodem tomo. Nos à Sacris Scripturis edocti ſumus, & ſubſtantiam habere Deum, & potentiam, atque operationem à Diuina ſubſtantia differentem; immo verò potentias & operationes. De lumine verò Transfigurationis poſtea quæſitum eſt: dixerunt, oſtenſum eſſe à Sanctis increatum eſſe lumen Transfigurationis Domini, & illud non eſſe ſubſtantiam eius: & omnes fermè dixerunt, demonſtratum eſſe. Et in Anathematiſmis, quos ediderunt contra eos, qui non adducuntur, vt credant eorum blaſphemias, vbi ſeipſos præconio celebrant, hæc aiunt: Ijs, qui dicunt diuinam operationem prouenire quidem ex diuina ſubſtantia, prouenire verò inſeparabiliter, cum per illud (prouenire) ineffabilem diſtinctionem ſignificent, per illam verò particulam

(in-

περιϊέναι δὲ ἀδιαιρέτως, διὰ μὲν τοῦ περιϊέναι τὴν ἀπόρρητον διάκρισιν παριστώντων, διὰ δὲ τοῦ ἀδιαιρέτως ὑπερφυᾶ δεικνύντων τὴν ἕνωσιν, αἰωνία ἡ μνήμη.

Præterea, iuxta eandem rationem, neque ſubſtantialiter, & naturaliter Filium ex Patre generari fatebitur, quæ luculenter Sancti teſtantur.

Præterea, quandoquidem iſti audiunt, omnia quæ habet Pater, mea ſunt, omnia, dicere aiunt, naturalia bona. (iſti enim etiam hoc loco egregie naturam à naturalibus, & ſubſtantiam à ſubſtantialibus vt in rebus creatis, & compoſitis, ſic etiam in Deo diſtinguunt) neceſſe eſt etiam ſubſtantiam, ſeu naturam vna cum naturalibus Filium ſecum habere: nunquam enim naturalia eſſent abſque natura, cum per ſe ſubſiſtere non valeant. Quemadmodum etiam hoc in Deo iſti peruersè fatentur, de ſimplicitate eius nihil curantes: quare omnia cum confiteantur genitum ex Patre Filium habere, inde primum ſubſtantiam cum alijs accipere concedent, ſi omnia quæ ſunt Patris perfectè, atque naturaliter ei tribuenda ſunt, quomodo ergo ex ſubſtantia eſſe Filium negant?

Præterea, Catholica fides Filium Dei ſubſtantia Dei & Patris ante omnia ſæcula genitum ſumpſiſſe noſtram naturam tradit. & Diuus Dionyſius in ſecundo capite de Diuinis nominibus, vbi tractat de coniuncta & diſcreta Theologia, cui etiam Damaſcenus conſentit, ait, quod tota Diuina natura in vna ex ſuis hypoſtaſibus incarnata eſt. Iſti verò dum cenſent ex quibus dicunt, hypoſtaſim non eſſe ſubſtantiam, cogentur fateri quod non ſubſtat, nec ſubſiſtit naturam humanam aſſumpſiſſe. Id autem quantam habeat blaſphemiam, neque opus eſt dicere. Confitebuntur enim Chriſtum hominem quidem perfectum eſſe, verum autem Deum minimè, neque Diuinam naturam, & perfectam ſubſtantiam,

ἀλλὰ τοῦ τὸ ἄτοπον. ἔτι, ὥσπερ ἀληθής ἐστιν ὁ Χριστὸς ἄνθρωπος, ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τῆς μητρὸς γεγέννηται, οὕτω καὶ ἀληθὴ Θεὸν ἄλλως οὐ χρὴ τις εἰπεῖν, ἢ ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς γεννᾶται. ὁ ἄρα τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς ἀρνούμενος, καὶ τὸ Θεὸν ἀληθῆ εἶναι συναπαρνήσεται. ὥσπερ ὁ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς παρθένου γεγεννῆσθαι μὴ πιστεύων, καὶ τὸ ἄνθρωπον ἀληθῆ γεγονέναι ἀπιστήσει. ἑκατέρωθεν γὰρ τὸ ἴσον ἄτοπον ἀπαντᾷ.

Ἔτι, εἰ τὸ κατὰ χάριν τοῦ κατὰ φύσιν ὕστερόν ἐστι, καὶ τὸ μὲν, φύσει πρῶτον, τὸ δὲ, δεύτερον, ἅπερ ἂν ἐπὶ τοῦ κατὰ χάριν λέγοιτο γεννητότητος ἐνδεικτικά, πολλῷ μᾶλλον ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν ῥηθήσεται. ἀλλὰ μὴν ἐπὶ τῶν κατ' εὐεργεσίαν καὶ χάριν υἱοθετουμένων παρὰ τῇ γραφῇ λέγεται, υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. πολλῷ ἄρα λέγειν οἰκειότερον τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ Θεοῦ γεννᾶσθαι. ὃς φύσει υἱὸς παρὰ τῶν διδασκάλων ὁμολογεῖται. ἀλλ' ἡ κατὰ χάριν γέννησις τῆς κατὰ φύσιν γεννήσεως τούτῳ δήπου ἀποδιαστέλλεται, ὅτι ἡ μὲν ἐστι θέσει, ἡ δ' αὐτὸ τοῦτο φύσει, καὶ ἐκ τῆς τοῦ γεννῶντος οὐσίας. φύσις γὰρ καὶ οὐσία καὶ εἶδος καὶ μορφὴ κατὰ τὸν Δαμασκηνὸν ἐπὶ Θεοῦ ταυτό. ὁ υἱὸς ἄρα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς γεννᾶται.

Ἔτι, ἐν τοῖς κατὰ φύσιν γεννῶσι, καὶ γεννωμένοις τὸ γεννώμενον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ γεννῶντος προέρχεται. ὃ τοῦ γεννῶντος ἐστὶ τελειότης ἐφόσον ἐντελῶς ἔχει. πᾶσα δὲ τελειότης παρὰ τῆς καθόλου καὶ πρώτης ἐστὶν αἰτίας· ἐν δὲ τοῖς αἰτιατοῖς πολλῷ προτέρω εἰσὶν ἢ ἐν τοῖς αἰτιατοῖς αἱ τελειότητες κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον, καὶ ὡς ὁ καθολικὸς ἀξιοῖ λόγος, δεῖ ἕκαστον ἐν τῇ ἑαυτοῦ αἰτίᾳ τιμιώτερον εἶναι, ἢ ἐν τοῖς αἰτιατοῖς. κατὰ φύσιν ἄρα τὸν Θεὸν ἀνάγκη τελειότερον καὶ ὑπεροχικώτερον προσήκει, ἐφόσον ἐντελής ἐστιν, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας, καὶ ἐν τῷ αὐτοῦ εἴδει γεννᾶν ἴσον ἑαυτῷ. ὃ δὲ τῇ τελειότητι προσήκει τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔστιν, αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ πρώτη καὶ ἀκραιφνὴς ἐντελέχεια, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸ δυνάμει πόρρω ἀπελήλαται. ὁ υἱὸς ἄρα ἐκ τῆς οὐσίας γεννᾶται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. τοῦτο δὲ καὶ παρὰ τῆς γρα-

φῆς

ſed hoc abſurdum eſt.

Præterea, quemadmodum Chriſtus eſt verus homo, quoniam ex ſubſtantia matris natus eſt, ſic etiam verum Deum eum eſſe non opus eſt aliter credere, quam quod ex ſubſtantia Patris generatur. Qui ergo illud ex ſubſtantia Patris negat, etiam eum verum eſſe Deum vnà negabit, quemadmodum illud ex ſubſtantia Virginis eſſe natum qui non credit, verum hominem factum eſſe non credet: vtrinque enim æquale abſurdum ſequitur.

Præterea, ſi id quod eſt ſecundum gratiam poſterius eo eſt, quod eſt ſecundum naturam, & alterum quidem natura prius eſt, alterum verò poſterius: quæ dicerentur in gratuitis indicantia conditionem germanam, multo magis de naturalibus dicentur: Atqui in his, qui per beneficium & gratiam adoptantur, apud Scripturam dicitur, Filios genui & exaltaui, ipſi verò me ſpreuerunt; ergo multo magis proprium eſt, dicere Filium Dei ex Deo generari, quam natura Filium Doctores confitentur. Sed generatio quæ eſt ſecundum gratiam, ab ea, quæ eſt ſecundum naturam, hoc ſanè contradiſtinguitur, quod altera quidem eſt poſitione, altera verò hoc ipſum natura, & ex ſubſtantia generantis. Natura enim, & ſubſtantia, & ſpecies, & forma ſecundum Damaſcenum in Deo idem eſt, Filius ergo ex ſubſtantia Patris generatur.

Præterea, in ijs, qui ſecundum naturam generant, & generantur, quod generatur, ex ſubſtantia generantis procedit, quod generantis eſt perfectio, quatenus perfectè ſe habet, omnis autem perfectio ab vniuerſali & prima eſt cauſa. Porrò in cauſis multo prius ſunt perfectiones, quam in cauſatis, iuxta Magnum Dionyſium, atque vt poſtulat vniuerſalis ratio, vnumquodque in ſua cauſa opus eſt, vt ſit honorabilius, quam in cauſatis. Neceſſe igitur eſt, ſecundum naturam Deum perfectiorem eſſe, atque eminentiorem conuenit eſſe, quatenus perfectus eſt, vt ex ſua ſubſtantia, & in eadem ſpecie generet æqualem ſibi. quod verò perfectioni conuenit Dei, etiam re ipſa eſt; ipſe enim eſt prima & puriſſima entelechia, & id quod eſt eſſe potentia, procul ab eo eſt. Filius ergo ex ſubſtantia Dei & Patris generatur. id autem & à Sacra Scriptura apud Eſaiam confirmatur. *perfectitudo*

φῆς ἐν τῷ Ἠσαΐᾳ βεβαιοῦται. λέγεται γὰρ, μὴ ἐγὼ ὁ ποιῶν ἄλλους ὠδίνειν, αὐτὸς οὐκ ὠδινήσω. ὁ δεδωκὼς ἑτέροις γεννᾶν, ἄγονος ἔσομαι; λέγει κύριος ὁ Θεός.

Ἔτι, εἰ μή ἐστιν ὁ υἱὸς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, αὐτός τι ἀτελὴς ἂν εἴη τοὺς πατρικοὺς χαρακτῆρας οὐκ ἀποσώζων, ὥς ἐστιν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. καὶ ταῦτα τῆς τοῦ υἱοῦ προσηγορίας κοινά, τὰ τοῦ πατρὸς ἀγαθὰ ποιούσης καὶ τῷ υἱῷ, ὅτι πατὴρ ὁμοίως ἀτελὴς καὶ ἀδύνατος ἂν εἴη, μὴ προάγων ἐξ ἑαυτοῦ λόγον ἴσον ἑαυτῷ καὶ ὁμοούσιον καὶ ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει. τοὺς οὖν τὸν υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς γεννᾶσθαι ἀρνουμένους, αὐτά τι ὁμολογεῖν ἀνάγκη, καὶ προσέτι περὶ τῆς κατὰ τὴν σημασίαν τοῦ γεννᾶσθαι λέξεως ἀμφιβάλλειν. ἡ γὰρ κατὰ φύσιν γέννησις, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ γεννῶντος προϊέναι τὸ προϊὸν ὁρίζεται.

Ἔτι, ἐπειδὴ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγεται, ἔστι δὲ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ, ζητήσειεν ἄν τις, τίνι ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τῆς κτίσεως διακεκρίθησαν. ἐφόσον γὰρ αἰτιατά εἰσι, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγεται, οὐδεμίαν ἂν ἔχοι πρὸς τὴν κτίσιν τὴν διάκρισιν. ἀλλὰ μὴν τὰ μὲν θεῖα πρόσωπα οὐσιωδῶς καὶ φυσικῶς καὶ ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει, ὅ, τί ποτ' ἄρ' ἐστὶ καὶ αἰωνίως, καὶ δὴ καὶ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι παρὰ τῶν ἁγίων λέγεται. τὰ δὲ ἐκτὸς τοῦ Θεοῦ δημιουργικῶς ἀγαθότητι μόνον ἑαυτοῦ εἰς τὸ εἶναι παρηγμένα κατὰ χρόνον. ῥητέον ἄρα τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ προϊέναι καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. εἴγε μὴ μέλλοιμεν οὐ διακρίνοντες κατὰ τὴν τῶν διδασκάλων θεολογίαν τοῖς κτίσμασιν ἐντάττειν ἀναξίως, μὴ δὲ μετὰ τῶν πάντων καὶ αὐτὰ τιθέναι. μὴ δὲ τὸν Θεὸν καὶ πατέρα ἐπίσης τῶν θείων προσώπων πατέρα λέγειν εἶναι καὶ ἡμῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον τῷ Ἀποστόλῳ. εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα. οὐ γὰρ τῷ ἴσῳ λόγῳ ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ ἐστὶ, καὶ πατὴρ πάντων λέγεται. ὅτι δὲ περὶ τοῦ προσώπου τοῦ πατρὸς ἐκεῖνο εἴρηται, δῆλον. ἐπάγει γὰρ διακρίνων, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα.

Ἔτι,

tur. dicitur enim, Numquid ego, qui alios parturire facio, non parturiam, & qui alijs do vt generent, ſterilis ero, ait Dominus Deus?

Præterea, ſi Filius non eſt ex ſubſtantia Patris, imperfectus eſſet, paternos characteres minime retinens, qui eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, præſertim cum appellatione Filij, bona, quæ ſunt Patris, etiam Filio (Pater) communicet. tum etiam ſimiliter Pater, imperfectus, & impotens eſſet, non producens ex ſe Verbum æquale ſibi, & conſubſtantiale, atque in eadem ſpecie. Eos igitur, qui Filium ex ſubſtantia Patris generari negant, hæc fateri neceſſe eſt; & inſuper circa ſignificatum huius dictionis, generari, errorem committere. Generatio enim, quæ eſt ſecundum naturam, ex ſubſtantia generantis procedere productum definit.

Præterea, quandoquidem omnia ex Deo eſſe dicuntur, eſt autem etiam Filius, & Spiritus ſanctus, ex Deo, quæret quiſpiam, quo Filius, & Spiritus à creatura diſtinguetur: quatenus enim cauſata ſunt, & ex Deo eſſe dicuntur, nullam haberent à creatura diſtinctionem, ſed Diuinæ perſonæ ſubſtantialiter, & naturaliter, in eademque ſpecie, quicquid tandem ſunt, atque ab æterno, etiam & ex ſubſtantia eſſe à Sanctis dicuntur. Quæ verò ſunt ad extra Dei vi creationis bonitate tantum ſua, in rerum naturam eſſe producta in tempore dicuntur; igitur dicendum eſt, Filium & Spiritum ſanctum ex ſubſtantia Dei procedere, atque ſubſiſtentiam habere, ni velimus inter creaturas immeritò eos annumerare, non diſtinguendo iuxta Theologiam Doctorum, & vna cum cæteris omnibus collocare, atque Deum & Patrem ex æquo Diuinarum perſonarum Patrem eſſe dicere, ac noſtrum, iuxta dictum Apoſtoli, Vnus Deus, qui eſt Pater, ex quo omnia. Non enim æquali ratione Pater Filij eſt, & Pater omnium dicitur. Quod autem de perſona Patris illud dictum ſit, clarum eſt, quippe infert diſtinguendo, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus. per quem omnia, & vnus Spiritus ſanctus, in quo omnia.

Ἔτι, τοσοῦτον τοῖς ἁγίοις ἀνωμολόγηται τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱόν, ὥστε καὶ ἐξ ὧν οἱ αἱρετικοὶ ἐβλασφήμουν τοῦτο ἀπαρνούμενοι, ἐκεῖνοι ἐκ περιουσίας συμπεραίνουσιν. ὡς γὰρ ἐκ τῶν προστεθέντων δῆλον γέγονεν, ὁ μέγας Ἀθανάσιος τὴν μὲν μείζονα πρότασιν παρὰ τῶν βλασφημούντων λαμβάνων, τὴν δ' ἐλάττονα παρ' ἑαυτοῦ τιθείς. ὡς αὐτῷ τε τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ, οὕτω συλλογίζεται. ἐπειδὴ ὑμεῖς μὲν οἱ Ἀρειανοὶ λέγετε, τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι, τὸ δὲ πατὴρ ὄνομα οὐσίαν σημαίνει, εἰ καὶ μὴ ὅ, τί ποτε ἐστὶ παρίστησι, καὶ ὑμεῖς ἄρα καὶ ἄκοντες, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς αὐτὸν εἰρήκατε. ὅπερ ἐστὶν εὐσεβὲς δηλονότι κατὰ τὸν τοῦ ἁγίου σκοπόν. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ σπουδαζόμενον διὰ πάντων αὐτῷ. καὶ ἐφ' ὃ πολλὰ τῶν ἀνιαρῶν παρὰ τῶν Ἀρειανῶν ἐπεπόνθει. ὅτι μὲν οὖν οἱ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ἀρνούμενοι, τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως ἀναιροῦσι, καὶ τοῖς διδασκάλοις μάχονται, χείρους τε τῶν Ἀρειανῶν καὶ ἀλογώτεροι φαίνονται, καὶ γέλωτος ἄξιοι παρὰ τοῖς νοῦν ὁποσοῦν ἔχουσιν, ἐλέους μᾶλλον μὲν οὖν, εἰ δεῖ φιλανθρωπότερον εἰπεῖν, οὐ δεῖ πλείω λέγειν τῶν εἰρημένων ἀρκούντων, ἐξ ὧν καὶ τοῦτο ὥσπερ τι πόρισμα προκείσθω. ὅτι τὸ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ὁμοούσιον, οὐκ ἄλλοθεν συνάγεται, ἢ ὅτι ἐκ τοῦ πατρός ἐστιν ὡς ἐκ φυσικῆς αἰτίας ἑαυτοῦ. κατὰ γὰρ τὸν μέγαν Βασίλειον τὸ τῆς οὐσίας ταὐτὸν ὁμολογοῦμεν, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς οὐ ποιηθείς, ἀλλ' ἐκ τῆς φύσεως γεννηθείς. ὅτε θεῖος Κύριλλος ἔφη, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι τὸν υἱόν, ἀναγκάσει δὴ πάντας καὶ οὐχ ἑκόντας ἡμᾶς ἀποσώσασθαι τὸ ὁμοούσιον αὐτῷ. καὶ πάλιν, εἴπερ ἐστὶν ὁ υἱὸς ὁμοούσιος τῷ πατρί, ἐξ αὐτοῦ ἐστὶν οὐσιωδῶς καὶ ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν.

Ὅτι

Præterea Sancti Patres Filium ex ſubſtantia Patris eſſe, adeo vt confeſſum inter differentes ponunt, vt etiam ex quibus hæretici blaſphemabant, iſtud negando, illi ex ſuperabundanti concludunt. Vt enim ex præmiſſis atque commemoratis patuit, Magnus Athanaſius maiorem propoſitionem à blaſphemantibus ſumens, minorem autem à ſe ponens (vt ipſi, & veritati videtur) ſic ratiocinatur. Quandoquidem vos quidem Ariani dicitis eſſe Filium ex Patre, nomen autem Pater, ſubſtantiam ſignificat, quamuis, quicquid tandem ſit, non exprimat, vos igitur etiam nolentes, ex ſubſtantia Patris eum dixiſtis. quod nimirum pium eſt, iuxta mentem Sancti Patris: id enim per omnia ſummo ſtudio agebat, & cuius cauſa multas moleſtias ab Arianis paſſus eſt. Quod igitur, qui negant ex ſubſtantia, fidei principia tollant, & Doctoribus aduerſentur, deterioreſque Arianis, ac magis irrationales ſe oſtendant, & dignos riſu apud eos, qui vtcunque prudentes ſunt, immo verò commiſeratione, vt mitius dicam, non opus eſt plura dicere, cum ſufficiant ea, quæ dicta ſunt. Ex quibus etiam hoc tanquam quoddam corollarium addatur, quod ſubſtantialitas Filij ad Patrem, non aliunde colligitur, quam quod ſit ex Patre tanquam ex naturali ſua cauſa. Iuxta enim Magnum Baſilium, identitatem ſubſtantiæ confitemur, quandoquidem Filius à Patre non factus, ſed ex natura genitus eſt. Diuus item Cyrillus dixit, ex Patre genitum eſſe Filium, coget ſanè omninò etiam inuitos ei attribuere conſubſtantialitatem. & rurſus, Siquidem eſt Filius conſubſtantialis Patri, ex ipſo eſt ſubſtantialiter, atque in ipſo ſecundum naturam.

Ὅτι τινά ποτε τῆς ἀπάτης αὐτοῖς αἴτια ἐγένετο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η.

Ἡ ἀπάτη δὲ αὐτοῖς. πρῶτον μὲν τὸ μὴ δυνηθῆναι νοῆσαι κατὰ τίνα τὴν ἔννοιαν εἰρήκασιν οἱ διδάσκαλοι ἄλλο οὐσία καὶ ἄλλο ὑπόστασις καὶ οὐ ταυτό. δεύτερον ὅτι τινὸς λέγοντος τῶν διδασκάλων ἀκούουσιν, ὡς ἄρα ἡ τοῦ Θεοῦ οὐσία, οὐ γεννᾷ οὐσίαν. ἡγοῦνται τὸ οὑτωσὶ λεγόμενον ταυτὸν εἶναι. ὅτι ἡ τοῦ πατρὸς οὐσία, οὐ γεννᾷ τὴν τοῦ υἱοῦ οὐσίαν. τοῦτο δὲ πολλὴν τὴν διαφορὰν ἔχει. οὐ γὰρ δεδύνηνται κατὰ τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως συνιδεῖν. ὅτι τὸ μὲν Θεὸς ὄνομα τῶν ἀπολελυμένων ἐστί. καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν ἑνιαίως καὶ ἀδιακρίτως, εἰ καὶ μὴ ὅ, τί ποτέ ἐστι παρίστησι, σημαίνει. καθάπερ καὶ τὸ σοφὸς, καὶ δημιουργὸς, καὶ ἀγαθός. καὶ ἐπεὶ μία οὐσία καὶ φύσις ὁ Θεός ἐστιν, οὐκ ἀσεβὲς λέγειν ἁπλῶς τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν γεννᾷν οὐσίαν. ἵνα μὴ τῆς μονάδος διαίρεσις νομισθῇ χωρὶς τῶν ἀναφορικῶς ὄντων καὶ λεγομένων. μὴ δὲ τρεῖς οὐσίαι πολυθέως παραδεχθῶσιν ἀπολελυμέναι ἀλλήλων. τὸ δὲ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ὄνομα τῶν πρός τι εἰσὶ, καὶ πρόσωπα ἐξ ἀνάγκης ἐμφαίνουσιν ἀναφορικῶς πρὸς ἄλληλα ἔχοντα. καὶ διὰ τοῦτο λέγειν τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς γεννᾷν τὴν τοῦ υἱοῦ οὐσίαν, ἀληθές ἐστιν· ἡ γὰρ οὐσία τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἕτερον δίδωσι νοεῖν, ἢ τὴν τοῦ πατρὸς ὑπόστασιν, ἢ τὸ πρόσωπον. ὑπόστασις δὲ τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος δέδεικται. καὶ ἡ μὲν οὐσία τὸ κοινὸν, τὸ δὲ πατὴρ τὸ ἰδιάζον ἐστίν. ὅπερ μὴ δεῖ φρονεῖν, ἄλλο μὲν πρᾶγμα τὴν οὐσίαν, ἄλλο δὲ τὴν ὑπόστασιν, ἕτερον δὲ τὸν πατέρα, καὶ ἄλλο τὴν πατρότητα, ὃ μετὰ τῆς ἀσεβείας, πολύ καὶ τὸ ἀνόητον ἔχει. καὶ ὅμοιον ὥσπερ ἂν εἰ ἐλέγετο, ἡ τοῦ πατρὸς ὑπόστασις γεννᾷ τὴν ὑπόστασιν τοῦ υἱοῦ. ὅπερ ἐστὶ κατὰ τὴν τῆς πίστεως θέσιν. ταῦτα τοίνυν ἠγνόησαν παντελῶς. οὐχ ἧττον ἢ εἰκόθεν ἔχοντας, ἢ καὶ

παρ'

Quod, quænam tandem fuerint ipſis cauſæ deceptionis.

Cap. VIII.

PORrò eos decepit, primum quidem, quod non potuerint intelligere, quonam ſenſu Doctores dixerint, aliud eſt ſubſtantia, aliud hypoſtaſis, ac non idem. Secundum, quod audierint aliquem ex Doctoribus dicentem, quod ſcilicet Dei ſubſtantia, non generat ſubſtantiam. exiſtimant idem eſſe, ac ſi diceretur, quod Patris ſubſtantia, non generat Filij ſubſtantiam, id autem multum habet diſcriminis. Non enim potuerunt perſpicere ſecundum fidei principia, quod nomen Deus eſt ex ijs quæ abſoluta ſunt, & naturam ipſam ſingulariter atque indiſtinctè (quamuis quicquid tandem ſit, non exprimat) ſignificat, vt etiam ſapiens, & conditor, atque bonus. & quoniam vna ſubſtantia & natura Deus eſt, non eſt pium dicere abſolutè ſubſtantiam Dei generare ſubſtantiam, ne monadis diſtinctio exiſtimetur, præciſis, quæ relatiua ſunt & dicuntur, neque tres ſubſtantiæ ad inſtar multitudinis Deorum abſolutè ab inuicem diſtinctæ recipiantur. Patris autem & Filij nomen ex ijs eſt, quæ ſunt ad aliquid, & perſonas neceſſariò indicant, quæ ſe habent relatiuè ad inuicem; idcirco dicere ſubſtantiam Patris, generare ſubſtantiam Filij, verum eſt, quia per ſubſtantiam Patris nihil aliud intelligere licet, quam hypoſtaſim Patris, ſeu perſonam. hypoſtaſis autem, oſtenſum eſt, eſſe commune cum proprio. & ſubſtantia quidem commune eſt; illud verò Pater proprium eſt. (ſiquidem non eſt opus ſentire, aliam quidem eſſe rem ſubſtantiam, aliam verò hypoſtaſim, aliud autem Patrem, aliud paternitatem, quod vna cum impietate, multum etiam habet ſtultitiæ) & ſimile eſt, ac ſi diceretur, Patris hypoſtaſis generat hypoſtaſim Filij, quod ſanè iuxta poſitionem fidei eſt. Hæc igitur penitus ignorarunt, quos oportebat vel à ſeipſis, vel ab alijs edo-

παρ' ἑτέρων λαβόντας μὴ τοσοῦτον τῆς ἀληθείας ἀποπλανᾶσθαι. μὴ δὲ σοφοὺς εἶναι φάσκοντας, εἶτα μωραίνειν. καίτοι τὴν τοῦ υἱοῦ οὐσίαν γεννᾶσθαι λεγομένου ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, πότερον πρὸς τὸν νοῦν ἢ τὴν λέξιν διοίσονται, εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸν νοῦν, μετὰ τῶν ἀπίστων τετάχθων τὴν τοῦ υἱοῦ οὐσίαν τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἀλλοτριοῦντες. εἰ δὲ τὴν μὲν λέξιν οὐ παραδέχονται, ἀλλὰ τῶν διδασκάλων ὁ λόγος. εἰ δὲ τὴν μὲν λέξιν ὡς τῶν ἁγίων οὖσαν ἀναγκαζόμενοι προσίενται, νοῦν δὲ ἔχειν ἐκ ταύτης οὐδένα βούλονται, παντάπασιν ἀδιανόητα φθέγγονται, κατ' ἐκεῖνα τῶν ζώων τὰ ἄλογα. οἷον τὴν κίτταν καὶ ἀκούομεν καὶ ὁρῶμεν φωνὴν ἀνθρωπίνην προβαλλομένην, ὃ δὲ τί ποτ' ἂν καὶ λέγοι μὴ συνιεῖσαν. οὐ κατὰ σκοπὸν τῶν διδασκάλων ἀναγινώσκοντες, οἳ ταῦθ' ὑπὲρ ἡμῶν ἐπραγματεύσαντο πάντα. οὐδ' ὡς ἄνθρωποι καί τινα νοῦν ἔχειν ἐκ τῆς λέξεως βούλονται, τί τῷ γράμματι καθάπερ Ἰουδαῖοι προσπταίοντες, πάσχουσιν; ὅπερ ὁ θεῖος Διονύσιος ἄλογον καὶ σκαιὸν εἶναι λέγει, τὸ μὴ τῇ δυνάμει τοῦ σκοποῦ προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς λέξεσι; καὶ ὥσπερ νήπια φοβοῦνται φόβον, ὅπου οὐκ ἔστι φόβος; ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸν νοῦν ἀφορῶσι τῶν διδασκάλων, ἐξ ὧν αὐτοῖς ἂν ἔπαυτο πᾶσα καθαιρέτης τῶν λόγων. νῦν γὰρ πρὸς αὐτὸν ἀφορῶντες, καὶ οἷον αὐτοῖς κανόσιν οὖσι τοὺς λόγους προσάγοντες, τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως ἀναιροῦσι, καὶ βλάσφημα περὶ τοῦ Θεοῦ συμπεραίνουσιν. οὐ γὰρ δήπουθεν οἱ διδάσκαλοι δύο οὐσίας ἐκ τοῦ λόγου νοεῖν βούλονται, ἀποσχοινισμένας ἀλλήλων, ἀριθμῷ διαφερούσας, ἀλλ' ὅτι τῶν προσώπων ἕκαστον ἐνούσιον, καὶ καθ' αὑτὸ ὑφεστὼς ἴσασι, καὶ οὔτε τὴν ὑπόστασιν ἀνούσιον, οὐδ' αὖ οὐσίαν ἀνυπόστατον ἐκεῖνοι φασί. διὰ μὲν τοῦ υἱὸς τὴν ὑπόστασιν ἢ τὸ πρόσωπον παριστῶντες, διὰ δὲ τῆς οὐσίας ἐνούσιον καὶ τελείαν οὐσίαν σαφηνίζοντες. καὶ οὐσίαν υἱοῦ αὐτὴν τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ ἐκλαμβάνοντες. ὥστε τῆς λέξεως τῶν διδασκάλων μετὰ τῆς πρεπούσης ἐννοίας ἐχόμενοι, μεθ' ἡμῶν τε κἀκείνων ἑστάτωσαν. ὥσπερ γὰρ τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγομεν, καὶ οὐ δήπου διότι ὁ υἱὸς Θεός ἐστι, καὶ ὁ πατὴρ Θεὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ

ἅγιον

edoctos, non adeò á veritate aberrare, neque ſe ſapientes eſſe cum fateantur, deſipere. Quamuis cum dicitur Filij ſubſtantia ex ſubſtantia Patris generati, num ſenſui, an verbis contradicunt. Si enim ſenſui, in numero infidelium collocentur; quippe qui ſubſtantiam Filij á ſubſtantia Patris alienant. ſin modum dicendi non recipiunt, atqui Doctores ita loquuntur. Quod ſi dictionem quidem tanquam Sanctorum exiſtentem coacti admittunt, ſenſum autem nullum ex hoc modo loquendi eliciunt, omnimodo inintelligibilia loquuntur, ad inſtar illorum animalium irrationabilium, qualis eſt Pica, quam audimus & videmus vocem humanam proferentem, quid autem ſit, quod dicit, non intelligentem: Non ſecundum mentem Doctorum legentes, qui hæc omnia pro nobis tractarunt. Quod ſi vt homines aliquem ſenſum ex vocabulo eruunt, quare littera, vt Iudæi offenduntur? illudque patiuntur quod Diuinus Dionyſius irrationale, ac ſtultum eſſe aſſerit? quod non ac vim ſenſus, ſed ad dictiones animum adhibeant? & ſicut paruuli timorem timeant, vbi non eſt timor? neque ad mentem Doctorum reſpiciant? ex quibus ſequeretur ipſis verborum perſpicuitas? Nunc verò ad ipſos reſpicientes, atque veluti regulas ſuorum dictorum adhibentes, principia fidei tollunt, atque blaſphema de Deo concludunt. Non enim profecto Doctores duas ſubſtantias ex illo ſermone intelligere volunt ſeiunctas ab inuicem differentes numero, ſed quod vnamquanque perſonam exiſtentem, & per ſe ſubſiſtentem norunt. & neque hypoſtaſim ſine ſubſtantia, neque ſubſtantiam ſine hypoſtaſi eſſe ipſi aſſerunt. per illam vocem Filius, hypoſtaſim, ſeu perſonam indicantes; per ſubſtantiam autem, ſubſiſtentem perfectamque ſubſtantiam explicantes, atque ſubſtantiam Filij loco eius hypoſtaſeos accipientes. Itaque dictioni Doctorum cum conuenienti ſenſu adhærentes nobiſcum, & cum ipſis ſtent. Quemadmodum Filium ex Deo eſſe dicimus, & certe non propterea, quia Filius Deus eſt, & Pater Deus, & Spiritus ſanctus Deus,

ἁγίων Θεός. τὸ ῥῆμα ἀποβαλλόμεθα. ἵνα μὴ ἀναγκαζώμεθα δῆθεν ἢ τὸν υἱὸν ἐξ ἑαυτοῦ λέγειν ὄντα Θεοῦ, ἢ ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἀλλ᾽ εἰδότες δύο προόδους ἐν τῷ Θεῷ οὔσας φυσικὰς καὶ οὐσιώδεις, τὴν μὲν κατὰ γέννησιν, τὴν δὲ κατ᾽ ἐκπόρευσιν, καὶ τὸν υἱὸν κατὰ τὴν κατὰ γέννησιν πρόοδον τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, καὶ τὸν υἱὸν ἀκούοντες, αὐτίκα καὶ τὸν πατέρα νοοῦμεν, πρὸς γὰρ αὐτὸν ἀναφέρεται. καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ τὸν υἱὸν, ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκλαμβανόμεθα. κἀντεῦθεν τῆς τε λέξεως ἐχόμεθα, καὶ τῆς ὀρθῆς ἐννοίας οὐχ ἁμαρτανόμεθα. οὕτω καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα διαιτᾶν προσῆκεν παντάχου, ὡς ἂν τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως καὶ τοὺς καθόλου λόγους τηροῦμεν, τὰ τε συμπεραινόμενα ταῖς ἀρχαῖς ἀκόλουθα συμβαίνῃ.

Καὶ μὴν οὐδὲ τὸ οὐσίαν ἐξ οὐσίας εἶναι παντελῶς ἀπείρηται. προσκειμένου μόνον διορισμοῦ τοῦ προσήκοντος νοουμένου ἢ λεγομένου. οὐ γὰρ ἐν ὀνόμασιν, ἀλλ᾽ ἐν νοήμασιν ἡμῖν ἡ εὐσέβεια κατὰ τὸν θεῖον Γρηγόριον. κἀκεῖνο γὰρ εὐσεβῶς δύναται λέγεσθαι. μόνον ἐννοούντων ἡμῶν δηλονότι οὐσίαν μὲν τὸν υἱὸν, ἐξ οὐσίας δὲ τὸν πατέρα, διὰ τὸ ἑκάτερον αὐτῶν ὑφεστὼς εἶναι, καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν, καὶ ὅλον ὡς εἴρηται. ἐπεὶ καὶ Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ ὁμολογοῦμεν. οὐ μέντοι διὰ τοῦτο δύο οὐσίας ἀναγκαζόμεθα λέγειν, ὥσπερ οὐδὲ δύο Θεούς. κατὰ τὴν τῆς πίστεως θέσιν.

Ὅτι δὲ παντελῶς οὐκ ἀπείρηται, παραδίδωσιν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ ἐκτιθεμένῃ διαλέξει ὀρθοδόξου καὶ αἰονιου λέγων οὑτωσί. αἰτία ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ φύσις καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, καὶ τῆς κτίσεως ἁπάσης. ὃ δὴ πάλιν μετὰ προσδιορισμοῦ νοεῖν χρή. τοῦ μὲν γὰρ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος οὐσιωδῶς καὶ φυσικῶς καὶ ὁμοουσίως πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ὡς εἴρηται, καὶ αὐτὸς ὑποκατιὼν ἐκτίθησι. τῆς δὲ κτίσεως δημιουργικῶς καὶ κατὰ χρόνον. εἶτα ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπάγει. οὐκ ἔστι δὲ τὸ τοῦ Θεοῦ ἀγέννητον, αἴτιον τοῦ γεννητοῦ. οὐ γὰρ τὸ μὴ γεννᾶσθαι τὸν Θεὸν τῶν οὐσιῶν αἴτιον, ἀλλ᾽ ἡ οὐσία τῶν οὐσιῶν αἰτία. τοσοῦτον ἄρα ἀπέχει βλάσφημον εἶναι τὸ ἐκ τῆς οὐσίας

τῆς

Deus, hoc verbum reijcimus, ne cogamur ſane vel Filium à ſe dicere, cum ſit Deus, vel à Sancto Spiritu, ſed cum ſciamus duos eſſe proceſſus in Deo naturales, ac ſubſtantiales, alterum quidem ſecundum generationem, alterum autem ſecundum proceſſionem, & Filium iuxta proceſſum ſecundum generationem exiſtentiam habere, & cum audimus Filium, ſtatim & Patrem intelligimus, ad eum quippe refertur, & propterea illud ex Deo Filium, pro ex Patre accipimus, indeque & dictioni adhæremus, & à recta intelligentia non aberramus. ſic etiam conueniens eſt, de ijs ferre iudicium; vt & principia fidei, & vniuerſales rationes ſeruemus, & concluſiones principijs conſentire contingat.

Neque vero ſubſtantiam ex ſubſtantia eſſe omninò negandum eſt: modo apponatur determinatio conueniens, quæ intelligatur, vel dicatur. Non enim in nominibus, ſed in animi ſenſibus conſiſtit nobis religio iuxta Diuinum Gregorium. Nam & illud piè dici poteſt, dummodo nos intelligamus per ſubſtantiam quidem, videlicet, Filium, ex ſubſtantia verò Patrem. eo quod vterque illorum ſubſiſtens ſit, & perfecta ſubſtantia, totumque, vt dictum eſt. Nam & Deum verum de Deo vero confitemur; Non tamen propterea duas ſubſtantias fateri cogimur, vt neque duos Deos iuxta poſitionem fidei.

Quod autem prorſus non ſit nefas ita loqui, Magnus Athanaſius tradit in diſputatione, quam edidit Orthodoxi ac Diſſimilis, ſic dicens: Natura Dei eſt cauſa & Filij & Spiritus Sancti, ac totius creaturæ. Quod ſane rurſus cum determinatione oportet intelligere. Filij quidem & Sancti Spiritus ſubſtantialiter, ac naturaliter, & conſubſtantialiter ante omnia ſæcula, vt dictum eſt, & ipſe paulò infra exponit; creaturæ verò ratione creationis atque in tempore. Deinde in conſequentibus infert; Non eſt autem ingenitum Dei, cauſa geniti. Non enim non generari Deum ſubſtantiarum eſt cauſa, ſed ſubſtantia, cauſa eſt ſubſtantiarum. tantum igitur abeſt, vt ſit blaſphemum illud, dicere, Filium ex ſubſtantia

Pa-

τοῦ πατρὸς λέγειν εἶναι τὸν υἱόν, ὥστε καὶ τὸ δοκοῦν ἁπλῶς ἄτοπον, ὀρθῶς ἔχον εὑρῆσθαι, μόνον ὡς προσήκει νοούμενον. εἰ δὲ τοῦτο τὴν ἐκείνου ἀποδυομένην ἔννοιαν εὐσεβῶς ἔχει, πῶς οὐ κἀκεῖνο μᾶλλον ὡς εὐσεβὲς παραδέχεσθαι χρή. τὸ γὰρ οὐσίαν λέγειν ἐξ οὐσίας, οὐκ ἄλλως ἂν ὀρθῶς ἔχοι, εἰ μὴ προσυπακούοιμεν, τὴν οὐσίαν τοῦ υἱοῦ ἐξ οὐσίας εἶναι τοῦ πατρός. τὸ γὰρ ὑφεστὼς τῶν ὑφεστώτων αἴτιον. καὶ ὅμοιον ὥσπερ ἂν εἰ ἐλέγετο, ἡ τοῦ υἱοῦ ὑπόστασις ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως γεννᾶται. ἢ ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρός ἐστιν.

Ὅτι τὸ ἐνίστασθαι πρὸς τοὺς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγοντας, ἠνάγκασε μὴ ὁμολογεῖν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱόν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ.

Ἃ μὲν οὖν αὐτοῖς ἐνεποίησε μετὰ τῆς ἀπάτης τὴν πλάνην, ταῦτά ἐστιν. ἤγαγε δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὴν παράλογον ἔνστασιν ταύτην, ὥστε μὴ ὁμολογεῖν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱόν, τὸ σφόδρα ἐνίστασθαι πρὸς τοὺς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι διομολογοῦντας. οὗτοι γὰρ σαφῶς ἐκ πολλῶν ἄλλων πειθόμενοι βεβαιότατα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ ἀμφοῖν ἐκπορεύεσθαι, καὶ δὴ καὶ ἀπὸ τούτου ὅτι, τὸ αὐτὸ καὶ ἓν ἅγιον πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τοῖς θεολόγοις εἴρηται, κἀντεῦθεν ἐπιχειροῦντες καὶ εὐσεβῶς συμπεραίνοντες ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, ταὐτὸ κατὰ τὸ πρᾶγμα πιστεύοντες οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, καὶ τὸ τοῦ πατρὸς ὄνομα οὐσίαν ἐνυπόστατον καὶ πρόσωπον σημαίνειν, καὶ ἴσον ἡγούμενοι τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ προσώπου τινὰ λέγειν ἐκ τῆς ὑποστάσεως, ὥσπερ καὶ τὸ τὸν υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ γεννᾶσθαι λέγεσθαι, οὐ διαφέρειν ἡγούμεθα. ἐκεῖνοι πρὸς τὸ συναγόμενον ἀηδῶς

ἔχον-

Patris eſſe, vt etiam quod ſimpliciter abſurdum eſſe videtur, recte ſe habere inuentum ſit, modo vt decet intellectum. Quod ſi hoc ab illius intelligentia denudatum, piè ſe habet, quomodo non magis etiam illud, vt pium recipiendum eſſe oportet? Dicere enim ſubſtantiam ex ſubſtantia, non aliter rectè ſe habuerit, niſi ſubaudiamus ſubſtantiam Filij ex ſubſtantia eſſe Patris. quod enim ſubſiſtens eſt, ſubſiſtentium cauſa eſt, ac perinde eſt, atque ſi diceretur; hypoſtaſis Filij ex hypoſtaſi Patris generatur, ſiue Filius ex Patre eſt.

Quod contradicere ijs, qui dicunt Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere, coëgit eos non confiteri ex ſubſtantia Patris eſſe Filium.

Cap. IX.

QVæ igitur ipſis vna cum deceptione crearunt errorem hæc ſunt, atque in hanc nouam, & inopinatam inſtantiam eos induxit, vt non confiteantur ex ſubſtantia Patris eſſe Filium, quod valde oppugnarent eos, qui Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere affirmant. Hi enim manifeſtè cum ex multis alijs adducti, vt firmiſſimè credant, Spiritum ſanctum ex ambobus procedere, tum etiam ex hoc, quod idem & vnus Sanctus Spiritus ex ſubſtantia Patris & Filij à Theologis dictus ſit. Indeque argumentantes, piè concludent, ex Patre Filioque exiſtentiam habere; idem ſecundum rem ſubſtantiam & hypoſtaſim credentes, & nomen Patris ſubſtantiam ſubſiſtentem & perſonam ſignificare, atque æquale arbitrantes eſſe, ſi quis dixerit, ex ſubſtantia perſonæ, & ex hypoſtaſi. Quemadmodum & Filius ex hypoſtaſi Patris, & ex eius ſubſtantia generari ſi dicatur, nihil differre exiſtimamus. illi concluſionem ægrè ſe-

ἔχοντες, ὅτι οὐ βούλονται, ἵνα μὴ ἀναγκάζωνται, καθάπερ τὸ τὸν υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς εἶναι ὑποστάσεως, καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ πρὸς ἄλληλα οὐχ ἡγούμεθα διαφέρειν, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ υἱοῦ καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ λέγειν εἶναι ἀδιάφορον, κἀντεῦθεν μετὰ τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἐν τῷ πνεύματι αἴτιον συνομολογοῦσιν, οὔ φασι τὸν υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ πατρὸς, ἐκ δὲ τῆς ὑποστάσεως μόνον, κακῷ τὸ κακὸν ἰώμενοι. τὴν μὲν οὐσίαν κατὰ τὸ πρᾶγμα τῆς ὑποστάσεως ἕτερον τιθέμενοι, πολλοῖς δὲ ἀτόποις ἐνεχόμενοι. εἰ δὴ φαίνεται θεωροῦσι πολλὰ μὲν ἐκ τούτου συνάγεσθαι ἄτοπα, πολλὰ δὲ τῶν ὁμολογουμένων ἀναιρεῖσθαι, καὶ ὅπως ἄλλο οὐσία καὶ ἄλλο ὑπόστασις εἴρηται, ἥ τε οὐσία καὶ ὑπόστασις καὶ ἡ ἰδιότης ταὐτὸ κατὰ τὸ πρᾶγμά ἐστι, καὶ ὅτι τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἴσον τῷ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ἵνα μὴ εἰς ἀτόπους ἐκκυλισθῶμεν ἐννοίας, φανερὸν καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ ταὐτὸν εἶναι τῷ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· καὶ οὐδὲν ἄτοπον τοῖς ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ θεῖον πνεῦμα τὴν ὕπαρξιν ἔχειν ὁμολογοῦσιν ἀκολουθεῖ. τοῖς γὰρ τοῦτο ἀρνουμένοις τὰ προειρημένα ἄτοπα ἕπεται. οὐκ ἂν δὲ ταῦτα συνέβαινε, εἰ μὴ τὸ ὑποτιθέμενον ἄτοπον καὶ ψεῦδος ἦν. ὡς γὰρ ὁ καθόλου παραδίδωσι λόγος, οὗ τινος ὑποτεθέντος ἄτοπον καὶ ψεῦδος ἕπεται, καὶ αὐτὸ τοιοῦτόν ἐστιν. εἰ μὲν οὖν ὁ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱὸν μετὰ τοῦ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀρνούμενος, συναπαρνεῖται καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ ἅγιον πνεῦμα, παράλογος μὲν ἂν εἴη καὶ τἀκεῖνα τῶν θείων, ἀπληττόμενα μᾶλλον ἐπὶ τὸ ξίφος ἵενται, ἔχοι δ' ἂν τινα τὴν παραίτησιν, ψυχρὰν μέν τοι καὶ ἐπικίνδυνον, διὰ τὸ τῆς συνηθείας ἄλογον. εἰ δέ τις τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμολογῶν ἐκπορεύεσθαι, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτὸ εἶναι, ἢ τὸν υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς γεννᾶσθαι ἀπαρνεῖται, δυοῖν θάτερον ὁ τοιοῦτος. ἢ τὰ τῶν Ἀρειανῶν ἀλόγως ὡς διδάσκεται νοσεῖ, πρὸς μὲν τὸ φανερὸν ἄτοπον αἰσχυνόμενος, δι' ἑτέρας δὲ πρὸς τὸ

αὐτὸ

ferentes, quam nollent, ne quemadmodum Filium eſſe ex hypoſtaſi Patris, & ex ſubſtantia eius inter ſe differre non arbitramur, ita etiam cogantur indifferens eſſe dicere Spiritum ſanctum ex hypoſtaſi Filij, & ex ſubſtantia eius eſſe, indeque vna cum Patre Filium vnam eſſe cauſam concedant & fateantur. negant Filium ex ſubſtantia eſſe Patris. ſed tantum ex hypoſtaſi, abſurdum abſurdo curantes, dum ſubſtantiam ſecundum rem aliud eſſe ab hypoſtaſi ponunt. multis autem abſurdis ſunt implicati. Quoniam apparet conſiderantibus, quod multa ex hoc colligantur abſurda, multa verò quæ ſunt in confeſſo tollantur. & quonam modo aliud ſit ſubſtantia, aliud verò hypoſtaſis dictum eſt. Quod etiam ſubſtantia, & hypoſtaſis, atque proprietas, idem eſt ſecundum rem. & quod illud ex ſubſtantia Patris, æquipolleat ei, quod eſt ex hypoſtaſi ipſius, ne in abſurdas cogitationes deuoluamur. Clarum eſt & illud, ex ſubſtantia Filij, idem eſſe, quod ex eius hypoſtaſi, ac nullum abſurdum ſequitur eos, qui ex Patre Filioque diuinum Spiritum exiſtentiam habere fatentur. Quippe eos, qui hoc inficiantur prædicta abſurda ſequuntur. Non autem id contingeret, niſi quod ſupponitur abſurdum & falſum eſſet. Vt enim vniuerſalis tradit regula, illud, quo poſito ſequitur abſurdum aliquod & falſum, & ipſum eiuſmodi eſt. Si igitur qui ex ſubſtantia Patris eſſe Filium, & vna cum hoc ex ſubſtantia Patris & Filij eſſe Spiritum ſanctum negat, ſimul etiam negat ex Patre Filioque Sanctum Spiritum exiſtentiam habere, vtique extra terminos fertur, periude atque illæ feræ beſtiæ, quæ percuſſæ gladio ſe magis obijciunt. Habeant autem quandam excuſationem, frigidam tamen, atque periculoſam ob irrationalem conſuetudinem.

At verò ſi quis ex Patre Filioque Spiritum ſanctum procedere confiteatur, ex ſubſtantia Patris ac Filij eum eſſe, vel Filium ex ſubſtantia Patris generari neget, alterutrum, iſte talis vel Arianorum morbo temerè laborat, vt oſtenſum eſt, eumque cum pudeat manifeſti abſurdi per aliam viam ad idem

αὐτῷ φερόμενος. ἢ παντάπασιν μάταιός ἐστιν. ὁποτέρως δ' ἂν ἔχοι, τοῦ ψεύδους διδάσκαλος γίνεται.

Τίνας ποτὲ δοκούσας ἀντιθέσεις χαλεπωτέρας τοῖς ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγουσιν, ἐπάγουσι. καὶ πρῶτον ἀπὸ τῆς ὁμοουσιότητος, καὶ λύσεις τῶν τοιούτων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Ἀλλ' ἐνταῦθα τίς ἂν τῶν κομψῶν τὰς ἀντιθέσεις ἐνέγκαι; ἀντιτιθέασι γάρ, ὡς εἰ διὰ τὸ μίαν οὐσίαν εἶναι τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ ἅγιον πνεῦμα, κατὰ τὸν αὐτὸν δήπου λόγον, ἐπεὶ μία οὐσία τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος, εἰκότως ἂν ἕποιτο καὶ τὸν υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος εἶναι, σὺν οὖν ταῦτα ἀντιτιθέντας, ἀγνοεῖν τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως φαίνεται. οὓς αὐτὰς τὸ ἐλάχιστον ἐχρῆν διδαχθέντας, εἶτα θεολογεῖν. ὡς γὰρ ἔφη τις τῶν ἱερῶν διδασκάλων, Γρηγόριος οὗτός ἐστι, τάξις ἀρίστη μαθεῖν πρῶτον, εἶτα διδάσκειν. καί τοι τῶν ἁγίων ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα θεολογούντων, οὐδὲν εἶναι τὴν ἀντίθεσιν πρὸς ἡμᾶς φήσομεν. πλὴν καὶ οὕτω ῥητέον. ἀνάγκην εἶναι μετὰ τῶν τῆς πίστεως ἀρχῶν καὶ τοῦτο ὁμολογεῖν. μονάδα ἐν τριάδι, καὶ τριάδα ἐν μονάδι σέβεσθαι. καὶ δεῖν μήτε διαλεγομένους τὴν μονάδα διὰ τὴν τριάδα διαιρεῖν, μήτε τὴν τριάδα διὰ τὴν μονάδα συγχεῖν. ἀλλ' ἐνταῦθα σύγχυσις περιφανῶς ἕψεται, εἰ τὸν υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος λέγοι τις εἶναι. εἴη γὰρ ἂν τὸ πνεῦμα πατήρ. ὁ γὰρ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα λέγεται. ταύτῃ τοι δύο πατέρες ἂν εἶεν ἐν τῇ τριάδι, καὶ ὁ πατὴρ οὐ κυρίως πατήρ. ἃ παρὰ τῆς πίστεως ἀπηγόρευται, καί τοι γε ἔστι καὶ ἄλλ' ἄττα τῶν ὀνομάτων, ἐξ ὧν οὐκ ἄν τις ὑπονοήσειε τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ εἶναι πατέρα, οἷον τὸν υἱὸν λόγον εἶναι τοῦ πνεύματος, δύναμιν, ζωὴν καὶ

οὐσιώ-

tendit: vel omninò ſtultus eſt, quomodocunque verò res ſe habuerit, falſitatis euadit magiſter.

Quas tandem, quæ videntur obiectiones eſſe præcipuæ, ijs inferant, qui ex Patre Filioque procedere aiunt, & primum ex conſubſtantialitate, atque ſolutiones huiuſmodi rationum.

Cap. X.

CAeterum hoc loco quis horum elegantum hominum obiectiones ferat? Opponunt enim, quod ſi propterea Spiritus ſanctus eſt ex ſubſtantia Patris & Filij, quod Pater & Filius non ſit ſubſtantia, profectò ſecundum eandem rationem, quoniam vna eſt ſubſtantia Patris ac Spiritus, meritò ſequeretur, etiam Filium ex ſubſtantia Patris & Spiritus eſſe. Qui igitur hæc obijciunt, videntur ignorare principia fidei; quos oportebat ad minus ea didiciſſe, deinde Theologum agere. Vt enim dixit quiſpiam è ſacris Doctoribus (is Gregorius eſt) optimus ordo primum diſcere, poſtea docere. Quamuis cum Sancti ex ſubſtantia Patris & Filij Spiritum eſſe diſſerunt, nihil ad nos ſpectare obiectionem dicemus, nihilominus dicendum eſt. Neceſſarium eſſe vnà cum fidei principijs, vt hoc etiam confiteamur, Monadem in Triade, ac Triadem in Monade venerari; Atque opus eſſe dum diſputamus neque Vnitatem propter Trinitatem diſtinguere, neque Trinitatem propter Vnitatem confundere. Sed hoc loco clariſſimè confuſio ſequetur. Si Filium ex ſubſtantia Patris & Spiritus eſſe aliquis dixerit: eſſet enim Spiritus Pater, quippe Filius ad Patrem dicitur. itaque duo Patres eſſent in Trinitate, & Pater non eſſet propriè Pater. Quæ à fide aliena ſunt. Quanquam non deſunt alia nomina, ex quibus ſuſpicari quiſpiam minimè poſſet, Spiritum eſſe Patrem Filij, veluti Filium eſſe Verbum Spiritus, potentiam, viuam &

οὐσιώδη ἐνέργειαν, ἁγιασμὸν, φυσικὴν ζωὴν, ῥόδον, ἄνθος, ὀσμὴν, εἰκόνα, καὶ τὰ τοιαῦτα ὅσα τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα εἶναι παρὰ τοῖς διδασκάλοις λέγεται, οὐδὲ κατὰ ταῦτα τῶν ὀνομάτων ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματος λεγόμενος εὕρηται πώποτε. τοῦτο δ' οὐκ ἂν ἄλλως ἦν συμβαῖνον, ἢ διὰ τὴν τάξιν αὐτῶν. καὶ μὴν οὐ τούτοις μόνον περιεπίπτεν ἀνάγκη τὸν ἐκεῖνα ἀντιτιθέντα, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τριάδι τῶν θείων προσώπων πρὸς ἄλληλα τάξιν περιτρέπειν συμβαίνει. ὁ μὲν γὰρ υἱὸς τοῦ πατρὸς εἶναι λέγεται, τὸ δὲ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, καὶ ὁ μὲν μόνος ἐκ μόνου μονογενὴς λέγεται, καὶ μέχρι τούτου ἐστὶν αὐτοῦ τὸ ἰδίωμα, ὅ ἐστιν ἐκ τοῦ πατρὸς ἀμέσως. καὶ ὅτι ἡ τοῦ υἱοῦ ἐπίκλησις τὸ ἀμέσως ἐκ τοῦ αἰτίου δηλοῖ κατὰ τὸν θεῖον Αναστάσιον ἐν τῷ δογματικῷ αὐτοῦ λόγῳ ὡς προϊοῦσι φανήσεται. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῇ τάξει τρίτον ἀπὸ τοῦ πατρὸς ὡμολόγηται τοῖς ἁγίοις, οὐ μὴν τῇ φύσει τρίτον. καὶ τὸν τὴν τάξιν μετατιθέντα καὶ ὁπωσοῦν, ἀρνητὴν τῆς πίστεως, καὶ τῆς τοῦ πνεύματος ὑπάρξεως καθαιρέτην ὁ μέγας Βασίλειος ἐν ἐπιστολῇ τῇ πρὸς τὰς κανονικὰς διορίζεται. ἣν γὰρ τάξιν ἔχει ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα, τὴν αὐτὴν πρὸς τὸν υἱὸν ἔχει τὸ πνεῦμα. καὶ ὁ μὲν υἱὸς τοῦ πατρὸς ἐνέργεια ζῶσα καὶ οὐσιώδης καὶ ἐνυπόστατος, τοῦ δὲ υἱοῦ ταῦτα πάντα τὸ πνεῦμα. καὶ ὁ μὲν πατὴρ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐνεργεῖ, ὁ δὲ υἱὸς διὰ τοῦ πνεύματος. καὶ ὁ μὲν υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς λαμβάνει, τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ. ἐκ τοῦ ἐμοῦ γάρ φησι λήψεται κατὰ τὸν μέγαν Αθανάσιον. καὶ παραιτοῦμαι τὰ πλείω, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον ἀριθμῶν διατρίβω. πρὸς γὰρ εἰδότας ταῦτα λέγεται· διὸ δὴ ταῦτα καὶ ~~τὴν αἰώνιον ὕπαρξιν~~ υἱοῦ καὶ πνεύματος ἐν τοῖς ἀντιῤῥητικοῖς ὁ Νύσσης παραδιδοὺς, τὸ μὲν γάρ φησι προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, ὁ υἱὸς δηλονότι, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου· ὥσπερ ἂν εἰ ἔλεγεν. ὁ μὲν υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς τὴν ὕπαρξιν ἔχει προσεχῶς καὶ ἀμέσως. τὸ δὲ πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, τοῦ γινωμένου ἐκ τοῦ πατρὸς προσεχῶς καὶ ἀμέσως. καὶ περὶ τῆς αἰωνίου ὑπάρξεως αὐτῶν ὁ λόγος ἐστὶν αὐτῷ. ὅθεν δὴ καὶ ἀκολούθως τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς

διὰ

ſubſtantialem operationem, ſanctificationem, naturalem vitam, roſam, ſuauem odorem, imaginem, & huiuſmodi, quæ Spiritum eſſe Filij à Doctoribus dicuntur. Neque ſecundum hæc nomina Filius dici Spiritus ſancti vnquam repertus eſt. Hoc autem non aliunde contingere poteſt, quam ex ipſo ordine, & præterea neceſſarium eſt, eum, qui illa oppoſuerit, non tantum in hæc incurrere, ſed etiam ordinem in Trinitate inter ſe diuinarum perſonarum contingit inuertere. Filius enim Patris eſſe dicitur, Spiritus verò Filij, & hic quidem ſolus ex ſolo vnigenitus dicitur, atque hucuſque eſt ipſi proprietas, quod eſt eſſe ex Patre immediatè, & quod appellatio Filij, eſſe immediatè ex cauſa ſignificat, ſecundum Diuum Anaſtaſium in ſua dogmatica oratione, vt procedentibus conſtabit: Spiritum verò ſanctum ordine tertium eſſe à Patre communi conſenſu à Sanctis receptum eſt, non tamen natura tertium. & eum, qui ordinem vel tantulum quidem commutat, inficiatorem eſſe fidei, ac Spiritus exiſtentiæ deſtructorem, Magnus Baſilius in epiſtola ad Canonicas affirmat. item quem ordinem habet Filius ad Patrem, eundem habet Spiritus ad Filium. & Filius quidem Patris operatio viua eſt, ac ſubſtantialis, & ſubſiſtens. Filij autem hæc omnia Spiritus eſt; & Pater quidem per Filium operatur, Filius autem per Spiritum. & Filius quidem ex Patre accipit; Spiritus autem ex Filio: De meo enim, inquit, accipiet, iuxta Magnum Athanaſium. & pleraque miſſa facio, ne ſingula enumerans morer: quippe ad peritos hæc dicuntur. Quapropter etiam æternam exiſtentiam Filij, & Spiritus in confutatorijs libris Nyſſenus tradens, Etenim vnum quidem, inquit, immediatè ex primo, nimirum Filius; alterum verò per id, quod immediatè eſt ex primo, tanquam ſi diceret, Filius quidem exiſtentiam habet continenter ex Patre, atque immmediatè: Spiritus autem per Filium exiſtentiam habet, qui genitus eſt ex Patre continenter atque immediatè. Deque æterna ipſorum exiſtentia eſt illi ſermo. Vnde ſanè conſequenter Spiritum ſanctum ex

διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι παραδεδώκασι, τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ βουλόμενοι δηλοῦν. καὶ τὸ ἐκπορευτὸν οὐδὲν ἕτερον, ἢ τοῦτ᾽ ἐστί, καὶ διὰ τοῦ τοιούτου τὴν ἑαυτῶν ὑφαίνουσι θεολογίαν οἱ ἀπὸ τῆς πρώτης μέχρι τῆς ἑβδόμης συνόδου περιφανεῖς τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι γεγονότες. ὁ τοίνυν τὸν υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος ἀναγκαίως ἔσεσθαι ἐπάγων, πάντα ταῦθ᾽ ὅσον τὸ καθ᾽ αὐτὸν ἀναιρεῖ. τούτου γὰρ ὑποκειμένου τοὐναντίον μᾶλλον ἂν συμβαίνει, ὁ μὲν υἱὸς τοῦ πνεύματος εἶναι λέγοιτ᾽ ἄν, καὶ οὐ μόνος ἐκ μόνου, οὐδὲ μονογενής, οὐδὲ τῇ τάξει δεύτερος ἀπὸ τοῦ πατρός, ἀλλὰ τρίτος. τὸ δὲ πνεῦμα δεύτερον ἀπ᾽ ἐκείνου. καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ πνεύματος γεννᾶσθαι. καὶ σιωπῶ τ᾽ ἄλλα τῶν ὀνομάτων καθ᾽ ὅσα ἂν ὁ υἱὸς καὶ λόγος πρὸς τὸ πνεῦμα ἐλέγετο καθ᾽ ἃ μᾶλλον πρὸς τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα ἀναφέρεται. ἀλλὰ ταῦτα σύγχυσιν τῶν ἰδιωμάτων περιφανῶς εἰσάγει, καὶ τὴν τῆς τριάδος ἀκίνητον μεθίστησι τάξιν. ἵνα τοίνυν μὴ τοῦτο συμβαίνῃ. ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματος, καὶ πάντα δὴ λέγω τ᾽ ἀπὸ τούτοις, οὔτε ἐστίν, οὔτε λέγεται. οὐδὲ ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ αὕτη ἀκολουθία κατὰ τὸν Νύσσης Γρηγόρειον ἐν τῇ εἰς τὸ πάτερ ἡμῶν ὁμιλίᾳ. οὐδέ γε μὴν τοῦ πατρὸς ὅρος καὶ λόγος, οὐδ᾽ εἰκὼν ἀπαράλλακτος τὸ πνεῦμα λέγεται. καί τοι τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ συνδοξαζόμενον καὶ ὁμοούσιον ὑπάρχον.

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦτ᾽ εὔλογον τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα καὶ ταῦτα πάντα φάσκειν λέγεσθαι διὰ τὴν ὁμοουσιότητα. πρῶτον μὲν ὅτι τὰ ὁμοούσια πρὸς ἄλληλα ἀντιστρέφει. ταῦτα δὲ οὐδαμῶς. ἔπειτα οὐδὲ κατὰ τὴν οὐσίαν ταῦτα λέγεται. μία γὰρ ἡ αὐτή ἐστιν οὐσία. καὶ οὐ τόδε τοῦδε κατὰ ταύτην λέγεται, ἄλλως γὰρ τρεῖς ἂν ἦσαν οὐσίαι ἀπολελυμέναι ἀλλήλων. οὐδὲ καθὸ ὁμοούσια πρὸς ἄλληλα λέγονται. κατὰ τοῦτο γάρ εἰσιν ἕν. καὶ οὐ λέγονται πρός τι. ἡ γὰρ ἀναφορὰ ἐπὶ δύο θεωρεῖται. καὶ τὸ ἓν ἐφόσον ἐστὶν ἓν τῷ πράγματι, ἀναφορικῶς πρὸς ἑαυτὸ οὐ λέγεται. ἀλλὰ δῆλον, ὅτι καθὸ πρόσωπα, πρὸς ἄλληλά πως τάξεως ἔχουσι. καὶ

κατὰ

Patre per Filium procedere tradiderunt, exiſtentiam ipſius volentes ſignificare, & illud procedere nihil aliud eſſe quam hoc, atque per hoc ſuam texunt & ordiuntur Theologiam, qui à prima vſque ad ſeptimam Synodum illuſtres Eccleſiæ Doctores extiterunt. Qui igitur Filium ex ſubſtantia Patris & Spiritus ſequi neceſſariò infert, hæc omnia, quantum in ſe eſt, tollit. Hoc enim ſuppoſito contrarium potius contingit. Filius quidem Spiritus ſancti eſſe diceretur, ac non ſolus ex ſolo nec vnigenitus, nec ordine ſecundus à Patre, ſed tertius. Spiritus autem ſecundus ab illo (Patre) atque ex Patre per Spiritum generari, & ſilentio premo reliqua nomina, quibus Filius & Verbum ad Spiritum vtique diceretur. quibus potius Spiritus ad Filium refertur. Sed hæc confuſionem proprietatum perſpicuè inducunt, atque Trinitatis immutabilem mutant ordinem. Ne igitur id eueniat Filius Spiritus ſancti, & omnia, quæ inde ſequuntur, neque eſt, neque dicitur, neque reciprocatur relatiua iſta conſequentia ſecundum Nyſſenum Gregorium homilia in Pater noſter. Sed neque Patris definitio, terminus & Verbum, nec imago incommutabilis Spiritus dicitur, quamuis vna cum Patre, Filioque conglorificetur, & conſubſtantialis exiſtat.

Sed neque rationi conſentaneum eſt, aſſerere Filij Spiritum, & hæc omnia dici propter conſubſtantialitatem. Primum quidem, quod conſubſtantialia inter ſe reciprocantur, hæc verò nullo modo. Deinde neque ſecundum ſubſtantiam hæc dicuntur: vna enim eadem eſt ſubſtantia, & non hoc huius ſecundum eam dicitur, alioquin tres eſſent ſubſtantiæ abſolutæ ab inuicem. Neque quatenus eiuſdem ſubſtantiæ ſunt mutuò referuntur. Quippe ſecundum hoc vnum ſunt, & non dicuntur ad aliquid. Etenim relatio inter duo conſideratur. atque vnum, quatenus re vnum eſt, relatiue ad ſe non dicitur, ſed nimirum quatenus perſonæ ſunt, quendam ordinem inter ſe habent, & iuxta immutabilem, atque æternum inter ſe ordinem, hoc huius, & hoc illius eſſe dicitur

κατὰ τὴν τούτων ἀκίνητον καὶ ἀΐδιον πρὸς ἑαυτὰ τάξιν τόδε τοῦδε λέγεται. καὶ τόδε τοῦδε, τὸ δέ τι εἶναι, εἰκόνα, ἢ δύναμιν, ἢ φυσικὴν ζωὴν, ἢ τὶ τοιοῦτον. ἐξ ὧν καὶ ἡ περίοδος μετὰ τῆς προσωπικῆς αὐτῶν ὑπάρξεως καταλαμβάνεται.

Ἔτι, παρὰ τῶν ἁγίων δέδεικται διὰ τοῦτο εἶναι τὸν υἱὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, διότι ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως τοῦ πατρὸς γεννᾶται. ὃ δὴ καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἐνεργείας φανερόν. διότι γὰρ ὁ Πέτρος ἐκ τῆς φύσεως τοῦ Ἰωαννᾶ κατ' αἰτίαν οὐσιώδη τὴν ὕπαρξιν ἔχει, διὰ τοῦτο τῆς αὐτῆς αὐτῷ φύσεώς ἐστι, καὶ υἱὸς αὐτοῦ εἶναι λέγεται εἰκότως. ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἦν υἱὸς, ἀλλ' ἀδελφός. ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως, κατὰ τὴν τῆς ὁμοιότητος, ἢ οἰκειότητος πρὸς τὸν ὅμοιον ἀντιστρέφουσαν ἀκολουθίαν. καί τοι ἐπὶ μὲν τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ, καὶ χωρὶς τοῦ τὸ ἕτερον ἐξ ἑτέρου τὴν φυσικὴν αἰτίαν ἔχειν τῆς ὑπάρξεως, δυνατὸν κατά τινα τῆς ὕλης οἰκειότητα τόδε τοῦδε λέγεσθαι καὶ ὅμοιον ἢ ὁμοούσιον ἁπλῶς. ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ, ἐπεὶ ἐν αὐτῷ ἡ ὕλη καὶ πάντα τὰ τῆς ὕλης ἄπεστι. καὶ οὔτε καθ' ὑπεροχήν τι καὶ ἔλλειψιν, οὔτε ὡς κτῆμα, ἢ ποίημα, οὔθ' ὁπωσοῦν ἄλλως δύναται λέγεσθαι κατὰ τοιαύτην οἰκειότητα, οὐ καθ' ἕτερον δήπου λόγον τόδε τοῦδε λέγεσθαι ἐνδέχεται καὶ ὁμοούσιον ὑπάρχειν, ἢ ὅτι τὴν αἰτίαν ἔχει ἐξ αὐτοῦ κατὰ τὸν αὐτὸν τοίνυν λόγον, οὐκ ἄρα τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα εἶναι λέγεται, καὶ δὴ καὶ δύναμις, καὶ φυσικὴ καὶ οὐσιώδης ζωὴ καὶ ἐνέργεια αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι αὐτοῦ, ὅτι, ὡς αὐτοί φασιν, ὁμοούσιον εἶναι αὐτῷ, ἀλλὰ διότι ἐκ τοῦ πατρὸς δι' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ τὴν αἰτίαν ἔχει τῆς προσωπικῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ. διὰ τοῦτο ταῦτα εἶναι λέγεται τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἶναι, καὶ ὁμοούσιον αὐτῷ, μάλισθ' ὅτι καὶ οὐδὲ ἀντιστρέφει τούτων ἡ σχέσις ἀπὸ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸ πνεῦμα. ἅπερ ἐχρῆν, εἰ κατὰ τὸ κοινὸν ἔργον τῆς κατὰ τὴν ἀντιστρεφομένην ἀκολουθίαν ἀπεδίδοτο ὡς εἴρηται. εἴπερ διὰ τὸ ὁμοούσιον ἐκεῖνα πάντα ἐλέγετο.

Ἔτι, εἰ πάντα ταῦτα τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα εἶναι λέγεται, διότι ἐστὶν ὁμοούσιον αὐτῷ. δυοῖν ἀνάγκη θάτερον, ἢ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς εἶναι ἀμέσως, καὶ ἄμφω μηδεμιᾶς τάξεως καὶ σχέσεως ἐν

θεω-

hoc aliquid eſſe, imaginem, vel potentiam, vel naturalem vitam, vel aliquid ſimile. Ex quibus etiam proceſſus vna cum perſonali horum exiſtentia deprehenditur.

Præterea, à Sanctis oſtenſum eſt, propterea Filium eſſe conſubſtantialem Patri, quod ex ſubſtantia naturaque Patris generetur. Quod profectò & ab ipſa operatione manifeſtum eſt. Quia enim Petrus ex natura Ioanã ſecundum cauſam eſſentialem exiſtentiam habet; idcirco eiuſdem naturæ cum ipſo eſt, & Filius eius eſſe iure optimo dicitur. Alioquin non eſſet Filius, ſed frater, vel quomodocunque aliter ſecundum ſimilitudinis, ſeu affinitatis ad ſimiles reciprocantem conſequentiam. Quamuis in ijs, quæ ſunt per generationem & corruptionem etiam abſque eo quod alterum ab altero naturalem cauſam exiſtentiæ habeat, fieri poteſt, vt ſecundum quandam materiæ affinitatem hoc huius & ſimile, vel conſubſtantiale ſimpliciter dicatur; At verò in Deo, vbi non eſt materia, & cuncta materialia abſunt, neque ſecundum exceſſum, & defectum, neque vt poſſeſſionem, neque vt opus, neque quomodocunque aliter fieri poteſt vt dicatur ſecundum talem affinitatem, profectò non ſecundum aliam rationem hoc huius fieri poteſt vt dicatur, & conſubſtantiale ſit, niſi quia ex ipſo cauſam habeat. Eadem igitur ratione, non Spiritus eſſe Filij dicitur, & etiam potentia, & naturalis atque eſſentialis vita, & eius operatio, & ex ſubſtantia eius eſſe, quoniam vt ipſi aiunt, conſubſtantialis eſt ipſi, ſed quia ex Patre per ipſum Filium perſonalis ſuæ exiſtentiæ cauſam habet, propterea hæc eſſe Spiritus Filij dicitur, & ex ſubſtantia eius eſſe, & conſubſtantialis eſſe ipſi, præſertim cum non conuertatur horum relatio ad Spiritum. quæ ſanè oportebat vt conuerteretur, ſi ſecundum communem definitionem conſequentiæ, quæ eſt ſecundum reciprocationem, aſſignaretur: vt dictum eſt, ſi propter conſubſtantialitatem illa omnia dicerentur.

Præterea, ſi hæc omnia Filij eſſe Spiritus dicitur, quoniam eſt ipſi conſubſtantialis, alterutrum neceſſe eſt, vel ex ſolo Patre ambo eſſe immediatè, nullo ordine, ac relatione

con-

θεωρουμένης υἱῷ καὶ πνεύματι, ἢ τὸ ἓν ἐξ ἑτέρου τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. ἀλλ' εἰ μὲν τὸ πρότερον, ἀδελφὰ ἀλλήλοις ἂν εἴη ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα. τὰ γὰρ ἐξ ἑνὸς ὄντα προσώπου, μηδεμίαν δὲ πρὸς ἄλληλα τάξιν ἔχοντα τῆς ὑπάρξεως αὐτῶν, ἀδελφά εἰσιν ἀλλήλοις. ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως κατὰ τὴν τοιαύτην οἰκειότητα. τοῦτο δὲ ἄτοπον. υἱοὶ γὰρ δύο εἶεν ἂν ἐν τῇ τριάδι. μᾶλλον δὲ οὐδὲ τριὰς εἴη. ζητήσειε γὰρ ἄν τις εἰκότως, τίνι ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματος διακρίνεται; ἐπεὶ ἐν τοῖς θείοις οὐκ ἄλλο τῆς διακρίσεως αἴτιον ἐστί, τῆς ὕλης καὶ τῶν ταύτης ἀπόντων, ἢ τὸ μὲν αἴτιον εἶναι, τὸ δὲ αἰτιατόν. λείπεται τοίνυν τὸ δεύτερον, δηλονότι θάτερον ἐξ ἑτέρου τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. ἐπεὶ καὶ δέδεικται τὸ ὁμοούσιον ἐντεῦθεν ἐπὶ τῶν θείων συνάγεσθαι, διότι θάτερον ἐξ ἑτέρου ἐστὶν ὡς αἰτίας ἑαυτοῦ. ἀλλ' ὁ μὲν υἱὸς οὐκ ἂν ἐκ τοῦ πνεύματος λέγοιτο. οὐ γὰρ ἂν συμβαίνοι τὰ παρὰ τῆς γραφῆς πρὸς τὸν υἱὸν ἀποδιδόμενα τῷ πνεύματι. μάλιστα ὅτι καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι παρὰ τῶν διδασκάλων θεολογεῖται. ὅπερ ἐναντίως ἔχοντος ἡ τάξις μετὰ τῆς προσωπικῆς αὐτῶν ὑπάρξεως ἀναιρεθήσεται. οὐκ ἄρα πνεῦμα υἱοῦ λέγεται, διότι ὁμοούσιον ἐστὶν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι ἐξ αὐτοῦ ἐστὶν, εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται. διὸ καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ λέγεται, καὶ ὁμοούσιον αὐτῷ ἐστιν.

Ἔτι, τὸ, τόδε τοῦδε λέγεσθαι πλεοναχῶς λέγεται· καὶ γὰρ ὡς κτῆμα, καὶ ποίημα, καὶ γέννημα, καὶ μέρος, καὶ ὄργανον, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἀλλὰ τὸ ὁμοούσιον ἐπ' ἐλαττόνων λέγεται, ἐφ' ὧν μὲν γὰρ τὸ ὁμοούσιον λέγεται, τὸ τόδε τοῦδε δύναται λέγεσθαι. ἐφ' ὧν δὲ ἁπλῶς τὸ τόδε τοῦδε λέγεται, οὐκ ἐπὶ τούτων πάντων τὸ ὁμοούσιον δύναται ῥηθῆναι. πᾶσα δὲ αἰτία ἢ ἐπὶ πλέον, ἢ ἐπίσης πρὸς τὰ αἰτιατὰ ἀποδίδοται. ἐπ' ἔλαττον δὲ οὐδαμῶς. πρὸς γὰρ τὸν ἐρωτῶντα, διατί ὁ ἄνθρωπος ζῶον ἐστί. διότι ἐστὶν αἰσθητὸν οἰκείως ἀποδοθήσεται. τὸ γὰρ αἰσθητὸν ἐπὶ πλειόνων ἢ ὁ ἄνθρωπος λέγεται. πρὸς δὲ τὸν ἐρωτῶντα διατί γελαστικὸν, διότι ἄνθρωπος ἐστὶν ἀποδοθήσεται. ταῦτα γὰρ ἀλλήλων ἀντικατηγορεῖται καὶ ἐξισάζει. ἂν δὲ λέγῃ τις, διὰ τοῦτο ἐστὶν

conſiderata in Filio, & Spiritu, vel alterum ex altero exiſtentiam habere; ſed ſi primum, fratres erunt inter ſe Filius & Spiritus, quæ enim ex vna perſona ſunt, neque vllum habent ordinem inter ſe ſuæ exiſtentiæ fratres ſunt inter ſe; vel quomodocunque aliter ſecundum eiuſmodi affinitatem. hoc autem abſurdum eſt: eſſent enim duo Filij in Trinitate; immo verò non eſſet Trinitas. Quippe meritò quæreret aliquis, quo Filius diſcernatur à Spiritu. Quoniam in diuinis non alia eſt cauſa diſtinctionis (cum materia, & omnia, quæ eam ſequuntur longe abſint) niſi vnum quidem eſſe cauſam, alterum verò cauſatum. Reſtat igitur poſterius, ſcilicet alterum ex altero exiſtentiam habere. quoniam oſtenſum eſt, conſubſtantialitatem inde in diuinis colligi, quod alterum ſit ab altero tanquam ex ſua cauſa. Verum Filius quidem non ex Spiritu dici poſſet. Non enim conuenirent Filio, quæ à Sacra Scriptura Spiritui aſſignantur. Præſertim cum & Spiritus ex Patre per Filium procedere à Theologis aſſeratur. quod ſi contrarium eſſet, ordo vna cum perſonali ipſorum exiſtentia tolleretur. Non ergo Spiritus Filij dicitur, quia conſubſtantialis ſit ipſi, ſed quoniam ex ipſo eſt, ad ipſum refertur, idcirco & ex ſubſtantia eius dicitur, & conſubſtantialis eſt ipſi.

Præterea, hoc huius dici multifariam dicitur. etenim vt poſſeſſio, & opificium, & proles, parſque, & inſtrumentum, atque id genus. ſed conſubſtantiale non ita latè patet. in quibus enim conſubſtantiale dicitur, ibi etiam hoc huius dici poteſt. At in quibus ſimpliciter hoc huius dicitur, non in his omnibus conſubſtantialitas dici poteſt. Omnis autem cauſa, vel vt latius patens, vel vt æque latè patens ad cauſata refertur, nunquam autem vt minus latè patens. Quippe ad interrogantem, quare homo ſit animal, quia eſt ſenſibile, conuenienter reſpondebit. Senſibile enim de pluribus, quam homo prædicatur. Ad interrogantem autem, quare riſibile ſit, quoniam homo dicetur. Hæc enim inter ſe mutuo prædicantur, & adæquantur. ſi verò dicat quis, propterea homo

ὁ ἄνθρωπος ζῶον, διότι ἐστὶ γελαστικόν, οὐ κατὰ λόγον ἀποδώσει, τὸ γελαστικὸν ἀποδιδοὺς αἰτίαν τοῦ τὸν ἄνθρωπον εἶναι ζῶον. ὅπερ ἐπὶ πλειόνων μᾶλλον ἢ τὸ γελαστικὸν κατηγορεῖται. ἔτι μὲν γὰρ γελαστικόν, ζῶον. οὐ μὴν ἔτι ζῶον, γελαστικόν. οὐ γὰρ ἀντιστρέφει, διὰ τὸ μὴ ἐπίσης ἀντικατηγορεῖσθαι. οὐ τοίνυν τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα λέγοιτ' ἂν ἢ δύναμις, ἢ ἐνέργεια, ἢ ζωὴ φυσικὴ καὶ οὐσιώδης, διότι ὁμοούσιον αὐτῷ ἐστιν. ὁ γὰρ τὸ ὁμοούσιον τοῦ ταῦτα λέγεσθαι τὸ πνεῦμα υἱοῦ τιθέμενος αἰτίαν, ἁμαρτάνει. τὸ ἐπ' ἔλαττον τοῦ ἐπὶ πλεῖον λεγομένου αἰτίαν ἐπισφαλῶς ἀποδιδούς. εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων μόνων θεωροῦντες οὐ παντελῶς εὑρήσομεν ἑπόμενον τόδε τοῦδε λέγεσθαι, ἀλλ' ἐλλείπειν καὶ ἐπὶ τούτων τὰ πλεῖστα, ὁμοούσιος γὰρ Πέτρος Παύλῳ, καὶ Παῦλος Πέτρῳ. ἀλλ' οὔτε τοῦ Παύλου ὁ Πέτρος, οὔτε ὁ Παῦλος τοῦ Πέτρου λέγεται. πολλῷ πλέον ἁμαρτάνειν αὐτὸν ἐροῦμεν. πολλῷ γὰρ πλέον ἐπ' ἔλαττον, ἂν εἴη τὸ ὁμοούσιον πρὸς τὸ, τόδε τοῦδέ τινος καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι.

Ἔτι, τὸ ἔγχρονον οὐκ ἂν δύναιτο αἰτία τοῦ ὑπὲρ χρόνον εἶναι. ἀλλὰ τὸ μὲν χορηγεῖσθαι καὶ δίδοσθαι, καὶ ἀποστέλλεσθαι τὸν παράκλητον παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῖς ἀξίοις κατὰ χρόνον γέγονε. τὸ δὲ υἱοῦ πνεῦμα λέγεσθαι καὶ δύναμιν καὶ φυσικὴν αὐτοῦ ζωὴν καὶ οὐσιώδη, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἶναι, καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι ἀχρόνως ἀποδίδοται αὐτῷ· ἄχρονος γὰρ ἡ τοῦ πνεύματος ἐκπόρευσις, καὶ ὅλως ἡ τάξις, ἣν ἔχει πρὸς τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα· ὁ τοίνυν διὰ τοῦτο τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα λέγεσθαι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀποδιδούς, διότι παρ' αὐτοῦ τοῖς ἀξίοις ἀποστέλλεται, τὸ κατὰ χρόνον γεγονὸς αἰτίαν τοῦ ὑπὲρ χρόνον ὄντος ἀποδίδωσιν. αὐτός τε οὖν ἀμαθὴς ὢν περὶ τὴν ἀπόδοσιν ἁμαρτάνων, τήν τε τοῦ πνεύματος ὕπαρξιν ἔγχρονον καθίστησι, καὶ τοῖς θείοις προσώποις συμβεβηκέναι τινὰ κατὰ χρόνον ὁμολογήσει. οὐ μήν τοι διότι ἐν χρόνῳ τοῖς ἀξίοις ὁ παράκλητος ἀποστέλλεσθαι λέγεται, διὰ τοῦτο ἐν τῷ Θεῷ κατὰ χρόνον τι συμβαίνει. κατὰ γὰρ τὸν μέγαν Βασίλειον ἐν τετάρτῳ τῶν ἀντιρρητικῶν, οὐκ ἐν χρόνῳ τὸ προϊὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ πρόεισι, κἂν ἐν χρόνῳ τὰς ἐνεργείας ἀποδιδῷ.

Ἔτι,

mo eſt animal, quia eſt riſibile, non recte reſpondebit, riſibile aſſignans cauſam, quod homo ſit animal, quod magis de pluribus, quam riſibile prædicatur. ſi quid enim riſibile eſt, animal eſt, non tamen ſi quid animal, riſibile. Non enim conuertuntur, eo quod non æque ac viciſſim prædicantur. Non igitur Spiritus Filij vtique diceretur, vel potentia, vel operatio, ſeu vita naturalis, ac ſubſtantialis, quoniam conſubſtantialis eſt ipſi: Qui enim conſubſtantialitatem ponit cauſam vt iſta dicatur Spiritus Filij, errat, cum illud quod minus eſt, aſſignet peruersè cauſam eius, quod latius patet. Quod ſi in conſubſtantialibus etiam ſolis conſideremus, non omninò reperiemus, quod ſequatur hoc huius dici, ſed in his quoque deficere plurima, Etenim Petrus Paulo conſubſtantialis eſt, & Paulus Petro, ſed neque Pauli Petrus, neque Petri Paulus dicitur. Multò magis eum peccare dicemus: multò enim minus latè patebit conſubſtantiale reſpectu eius, quod eſt, eſſe ac dici hoc alicuius.

Præterea, quod in tempore eſt, non poſſet eſſe cauſa eius, quod ſupra omne tempus eſt. Sed illud erogari, atque tribui, & mitti Paraclitum a Filio dignis in tempore facta ſunt; dici autem Spiritum Filij, ac potentiam, & naturalem eius vitam, & eſſentialem, & ex ſubſtantia eius eſſe, & ex Patre per Filium procedere ante tempus ipſi attribuuntur. quippe temporis expers eſt omninò Spiritus proceſſio, & omninò ordo quem habet Spiritus ad Filium. Qui igitur aſſerit propterea Spiritum dici Filij, & hæc omnia quod ab ipſo dignis mittatur, quod in tempore factum eſt, cauſam aſſignat illius, quod eſt ante omne tempus. Ipſe igitur cum imperitus eſt, circa aſſignationem errans, tum etiam Spiritus exiſtentiam in tempore conſtituit, atque Diuinis perſonis nonnulla contingere in tempore affirmabit. Non tamen, quia in tempore Paraclitus dignis mitti dicitur, propterea Deo in tempore aliquid accidit. Etenim ſecundum Magnum Baſilium in quarto libro confutatorio, Non in tempore prouenit, quod ex Deo procedit; quamuis in tempore operationes promat.

Præ-

Ἔτι, ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ. οὐδὲ γὰρ ἔλαττόν τι ἕξειν ἐμέλλομεν εἰς τὸ γινώσκειν τὸ πνεῦμα ὑπάρχειν ἐκ τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα στόματος αὐτοῦ ἀκούοντες αὐτό, ἀλλ' ἱκανὸν καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ δηλῶσαι τὴν ἐκ Θεοῦ. εἰ τοίνυν, τό, τὸ πνεῦμα ὑπάρχειν ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἴσον ἐστὶ τῷ, τὸ πνεῦμα στόματος αὐτοῦ λέγεσθαι αὐτό. ἀλλ' ἐκεῖνο τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ ὕπαρξιν τοῦ ἁγίου πνεύματος δηλοῖ, ἄρα καὶ τὸ πνεῦμα υἱοῦ λέγεσθαι τὴν αὐτὴν ὕπαρξιν τοῦ πνεύματος καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ ἐμφαίνει. ἱκανὸν γὰρ ἔφη καὶ τοῦτο τὴν ὕπαρξιν τοῦ πνεύματος δηλοῦν. οὐκ ἄρα τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ λέγεσθαι, ὥς τινες βούλονται, τὸ ὁμοούσιον ἐμφαίνει, ἀλλ' ὅτι ἐξ ἐκείνου ἐστί, διὰ τοῦτο καὶ ὁμοούσιόν ἐστιν αὐτῷ. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ ἴδιον λέγεσθαι τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ. ἴδιος γὰρ λέγεται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ πατρός, καὶ τὸ πνεῦμα ἴδιον τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ. ὅτι ἑκάτερον πρὸς τὸ οὗ ἐστιν ἴδιον ὡς αἰτιατὸν ἀναφέρεται. καὶ δῆλον, ὅτι οὐδὲ ἀντιστρέφει. εἰ δὲ ἴδιον ὡς ὁμοούσιον, οὐκ ἐστὶν ἴδιον λέγεται, ἀλλὰ τὸ ὁμοούσιον ἀρχικῶς τὸ αἴτιον, καὶ τὸ αἰτιατὸν ἐμφαίνει, ὡς δέδεικται. καὶ τὸ ἴδιον ἄρα τὸ αἴτιον, καὶ τὸ αἰτιατὸν παρίστησι· καὶ μὴν τὸ ἐκπορεύεσθαι οὐκ ἄλλο τι ἢ τὴν ὕπαρξιν ἐκπορευτῶς ἔχειν. σημαίνει, πάντες ἂν ὁμολογήσαιεν. ὥσπερ καὶ τὸ γεννᾶσθαι τῆς τοῦ υἱοῦ ὑπάρξεως παρίστησι τὸν τρόπον, ὅτι δήπου γεννητῶς. οὐκοῦν τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ πάντων θεολογεῖσθαι διδασκαλία σαφὴς τοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτὸ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. τοῦτο δὲ αὐτὶ πάντων ἀρκεῖ. καὶ οὐδὲν δεῖ περαιτέρω ἔτι τοῖς διδασκάλοις θεολογοῦσι περὶ τῆς ὑπαρκτικῆς προόδου τοῦ θείου πνεύματος, ἔτι μὴν τοῖς ἐθέλουσι περὶ ταύτης ὀρθῶς διδαχθῆναι δεήσει τι πλέον. οὐκ ἄρα ἀποροῦσι τῆς λέξεως οἱ ταύτην ἐπιζητοῦντες. τῶν μὲν περιφανεστάτων ἁγίων ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λεγόντων, τῶν δὲ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι· τὸ γὰρ εἰς διαφόρους ἐννοίας ἐνταῦθα τὴν (διὰ) διαιρεῖν, ἀποκληρούντων ἄλλως παρὰ πάντα λόγον ἐστί, καὶ ἑαυτοὺς ἡγουμένων κανόνα. ἐξ ὧν ἀτοπώτεροι φαίνονται τῶν καὶ τοὺς τραγελάφους ἀναπλαττόντων. εἰ δὲ ταῦθ' οὕτω, τίς ἂν

νοιῶ

Præterea, idem in eodem libro: Neque enim aliquid minus habituri eramus ad cognoſcendum Spiritum eſſe ex Deo, dum audimus Spiritum oris eius, ſed ſufficiens eſt hoc nomen ad ſignificandam exiſtentiam ipſius ex Deo. Si igitur, illud, Spiritus exiſtere ex Deo, æquipollet ei, quod dicatur ipſe Spiritus oris eius; illud autem exiſtentiam Sancti Spiritus ex Deo ſignificat, ergo Spiritum dici Filij, eandem exiſtentiam Spiritus & à Filio indicat: ſatis enim, inquit, & hoc ad indicandam exiſtentiam Spiritus. Non ergo dici Spiritum Filij, vt quidam volunt, conſubſtantialitatem ſignificat, ſed quia ex ipſo ſit; idcircò & conſubſtantialis eſt ipſi. Eadem eſt autem ratio, & de eo quod dicatur Spiritus proprius Filij. Proprius namque Filius dicitur Patris, & Spiritus Patris & Filij, quod vtrunque ad eum, cuius eſt proprium, vt cauſatum referatur. & manifeſtum eſt: quia non conuertitur. Quod ſi proprius dicitur vt conſubſtantialis, cuius eſt proprius, ſed conſubſtantialitas principaliter cauſam & cauſatum ſignificat, vt oſtenſum eſt: & eſſe proprium ergo cauſam & cauſatum exprimit. Atqui procedere nihil aliud, quam exiſtentiam habere per modum proceſſionis ſignificare, omnes vtique fatebuntur; quemadmodum & generari modum exiſtendi Filij exprimit, quod ſcilicet per modum generationis. Igitur quod ab omnibus Theologis aſſeratur Spiritus per Filium procedere, manifeſta doctrina eſt eius, quod per Filium ex Patre ipſe habeat exiſtentiam. Hoc autem inſtar omnium ſufficit, & nihil opus eſt vlterius neque Theologis qui de ſubſiſtentiali proceſſione Diuini Spiritus diſſerant, neque amplius ijs, qui velint de hac rectè doceri. Non ergo carent dictione, qui hanc quærunt, cum quidam primarij Sanctorum ex Filio, alij verò per Filium procedere dicant. Diſtinguere enim hoc loco præpoſitionem (per) in diuerſas intelligentias, præter omnem rationem eſt aſſignare hunc ſenſum temerè dictioni (per) ac ſe ipſos regulam conſtituere, Ex quibus abſurdiores ijs, mihi videntur qui hircoceruos fingunt. quod ſi hæc ita ſe habent, quis mente præ-

νοεῖν ἔχων ἐνσταίη μὴ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν ὕπαρξιν ἔχειν; καὶ τοσοῦτον μᾶλλον, ὅσῳ καὶ διὰ τοῦ λόγου ὁ πατὴρ προβολεὺς τοῦ πνεύματος τῷ Δαμασκηνῷ εἴρηται. εἰ γὰρ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα γεγονέναι, ὅσον ἥκει εἰς τὴν (διὰ) καὶ τὸν υἱὸν ἕνα δημιουργὸν μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ ποιητὴν τῶν ὄντων παρίστησιν, ὡς ἡ καθολικὴ πίστις ὁμολογεῖ, πῶς ἐπὶ τῆς προόδου τοῦ θείου πνεύματος οὐκ αὖ ὁ υἱὸς αὐτοῦ συναίτιος εἴη; καὶ εἷς αἴτιος, δι' ἑαυτοῦ τὸν πατέρα προβολέα τοῦ πνεύματος ἔχων τοῦ ὁμοουσίου ἑαυτῷ. διδασκέτω γὰρ ἡμᾶς, πῶς ἐν ἅπασι μὲν τοῖς διὰ τοῦ υἱοῦ κτιζομένοις οὐδὲν μᾶλλον ἑνοῦται τῷ πατρί, ἐν δὲ τῇ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύσει διαιρεῖται; ἐν ᾗ τις ἂν ἴσως εἴποι, καὶ μείζω τὴν κοινωνίαν αὐτῶν εἶναι δεῖν. ὡς ἂν ἐκ τῆς κοινῆς οὐσίας καὶ θείας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ προαγόντων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς αὐτῆς ὂν καὶ αὐτὸ οὐσίας. ἡ ἐν τῇ τῶν κτισμάτων παραγωγῇ οὔτε ἐκ τῆς κοινῆς οὐσίας αὐτὰ παραγόντων, ἀλλὰ καὶ τῆς φύσεως αὐτῶν οὔσης πρὸς τὴν θείαν παντάπασιν ἀλλοτρίας. οὐκοῦν ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν εἰ μὴ μαινόμενος εἴη, ὡς ἄρα τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ δίδοσθαι σημαίνει. οὐ γὰρ διὰ τοῦ υἱοῦ δίδοσθαι, ἢ πέμπεσθαι, ἢ χορηγεῖσθαι μόνον παρὰ τῶν διδασκάλων λέγεται, οὐ δὲ περὶ τούτων διαλεγόμεθα νῦν, εἰ καὶ αὐτὸ ἐνδεικτικόν ἐστι τοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. οὐ γὰρ δήπου διὰ τοῦ υἱοῦ ἀποστέλλεται ἄν, εἰ μὴ καὶ δι' αὐτοῦ πρότερον τὴν ὕπαρξιν εἶχε, καθ' ἣν ἀϊδίως ἐκπορευόμενον, χρονικῶς οὕτως ἔχειν παρὰ τῶν ἀνθρώπων γινώσκεται. ἥτις δὴ γνῶσις τῆς μεγαλειότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ὑπάρξεως ἀποστολὴ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων λέγεται. ἀλλὰ περὶ τῆς τοῦ ἐκπορεύεσθαι λέξεως ὁ λόγος νῦν· καθ' ἣν ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαί φασι. καὶ ταύτην δηλωτικὴν τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ πάντες ὁμολογοῦσι. Καί τοι καὶ τῶν διδασκάλων τινὲς τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπόρευσιν, ἔκπεμψιν εἶναι διδάσκουσιν ἀΐδιον, τοῦτο μὲν ὁ Θαυματουργὸς Γρηγόριος, τοῦτο δὲ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος. ὁ μὲν ἐν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή, ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι, φάσκων, ἀγεννήτως

μὲν

prædictus obſiſteret, non ex Patre per Filium Spiritum ſanctum exiſtentiam habere? atque eo magis, quo per Verbum Pater productor Spiritus à Damaſceno dictus eſt. Si enim illud per Filium eſſe facta omnia, quantum attinet ad præpoſitionem (per) etiam Filium vnum conditorem atque creatorem rerum cum Patre, docet, & exprimit, vt Catholica fides fatetur, quomodo in proceſſu Diuini Spiritus, non etiam Filius eius concauſa extiterit, & vna cauſa ſit Patrem productorem habens per ſe ipſum Spiritus ſibi conſubſtantialis? Doceant enim nos, quomodo in omnibus per Filium creatis, Filius magis ſit coniunctus Patri: in proceſſione verò per Filium ſit diſiunctus? in quo fortaſſis aliquis dixerit, etiam maiorem coniunctionem eſſe oportere. Cum ex communi, & Diuina ſubſtantia Pater, & Filius producant Spiritum ſanctum, qui & ipſe eiuſdem exiſtit ſubſtantiæ, in productione autem creaturarum non ex communi ſubſtantia eas producant; quarum natura eſt à Diuina penitus aliena? Non igitur poſſet aliquis dicere, niſi inſaniat, quod nimirum illud per Filium procedere, per Filium exhiberi ſignificat. Non enim tantum per Filium dari ſeu mitti, ſeu erogari à Doctoribus dicitur, neque de his nunc diſputamus, (quamuis & ipſum demonſtret, per Filium procedere, & exiſtentiam habere. Non enim profectò per Filium mitteretur, niſi per ipſum prius exiſtentiam haberet, ſecundum quam ab æterno procedens in tempore, ita ſe habere ab hominibus dignoſcitur. quæ ſanè cognitio magnitudinis eius, atque exiſtentiæ miſſio ad homines, & ab hominibus dicitur.) Sed nunc ſermo eſt de dictione illa procedere, ſecundum quam ex Patre per Filium procedere aiunt, & quam manifeſtatiuam eſſe exiſtentiæ eius omnes fatentur. Quamuis nonnulli Doctorum proceſſionem Sancti Spiritus, emiſſionem eſſe æternam doceant. partim quidem Gregorius Thaumaturgus, partim verò Gregorius Theologus. alter quidem in Oratione, cuius initium: Inimiciſſimi, atque alieni, inquiens, Cum ſit quidem Pater

μὲν ὄντος τοῦ πατρὸς, γεννηθέντος δὲ τοῦ υἱοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς, τοῦ τε πνεύματος ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ ἀϊδίως ἐκπεμφθέντος. ὁ δὲ ἐν τῷ πρὸς Ἡρῶνα τὸν φιλόσοφον, ἴδιον τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἔκπεμψιν εἰπών. εἰ τοίνυν τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἔκπεμψιν ἀΐδιον καὶ ἰδιότητα τοῦ πνεύματός φασι, πῶς οὐκ αὖ παραλόγως ἡ ἔκπεμψις καὶ νῦν τοῦ τε ἐκπόρευσις εἴη καὶ λέγοιτο; πλὴν εἰ μὴ καὶ τὴν ἐκπόρευσιν χρονικὴν εἶναι λέγοι τις. ἢ καὶ τὸ ἔγχρονον τοῦ ὑπὲρ χρόνον τίθησιν αἴτιον. καί τινα τοῖς θείοις προσώποις ἐπισυμβαίνειν οἴοιτο. καὶ πάντ' εἰς ἑαυτὸν τὰ εἰρημένα τῶν ἀτόπων ἐπισωρεύοι.

Ἀλλὰ καὶ τοῦτο παντελῶς αὐτοῖς ἕωλον, ὅ φασιν, ὡς εἰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐστὶ, διὰ τὸ μίαν εἶναι τῶν τριῶν οὐσίαν, δεῖ καὶ αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ ὑπάρχειν. πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἀνάγκη τὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ πάντα κοινὰ εἶναι καὶ τῷ πνεύματι. πλὴν τῶν ἀπολελυμένων φημί. ταῦτα γὰρ κοινῶς καὶ ἀπαραλλάκτως τοῖς τρισὶν, ὡς ἑνὶ πράγματι ὑπάρχει. τὰ δὲ τοῖς προσωπικοῖς καὶ ὑποστατικοῖς ἑπόμενα, οὐχ οὕτως ἔχειν ἀνάγκη. δῆλον δὲ, τὸ μὲν αἰτιατὸν τοῖς δυσὶ προσώποις ἐστί· τῷ δὲ πατρὶ οὐδαμῶς. καὶ τὸ μὲν δίδοσθαι, ἢ πέμπεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ ἀποδίδοται. αὐτὸ δὲ οὐ λέγεται ἑαυτὸ διδόναι ἢ πέμπειν. ἔπειτα, ὥσπερ ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς γεννᾶσθαι λέγεται, καὶ μία οὐσία ἐστὶν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς, οὐ διὰ τοῦτο μέντοι λέγεται, οὐδὲ εὕρηται τὸν υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας ἑαυτοῦ γεννᾶσθαι, ἀλλ' οὐδὲ τὸν πατέρα ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ υἱοῦ. τοῦτο γὰρ τὴν ἐν τριάδι τῶν θείων προσώπων τάξιν ἀνατρέπει. τὸν ἴσον τρόπον καὶ περὶ τοῦ πνεύματος εἰ λέγοιτο ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, οὐ δήπου διὰ ταῦτα ἀνάγκη καὶ ἐκ τῆς οὐσίας ἑαυτοῦ λέγεσθαι εἶναι. ἐπεὶ οὐδὲν πρόσωπον ὑφίστησιν ἑαυτό. οὐδ' αὐτὸς ἑαυτοῦ ἐστὶν αἰτία. καθ' ὃν δὴ λόγον τὸ πνεῦμα οὐδὲ ἑαυτὸ δίδωσιν ἢ πέμπει. πέμπεσθαι δὲ ἀνάγκη παρ' οὗ καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχει. ἄλλως γὰρ μόνον παρὰ τοῦ υἱοῦ πεμπόμενον, οὐ μὴν καὶ ἐξ αὐτοῦ λαμβάνον, τὸν υἱὸν αὖ ἐδείκνυ μὴ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς αὐτὸν ἔχειν ἀπαραλλάκτως

μὴ

ingenitus, Filius verò ex Patre genitus, Spiritus quoque ex ſubſtantia Patris per Filium ab æterno emiſſus. Alter verò in oratione ad Heronem philoſophum, propriam Sancti Spiritus emiſſionem aſſerens. Si igitur Spiritus ſancti emiſſionem æternam, & proprietatem Spiritus aiunt, quomodo non meritò emiſſio etiam ſecundum hoc, proceſſio eſſet, ac diceretur? Niſi quis etiam proceſſionem in tempore eſſe dixerit; & quod eſt in tempore illius, quod eſt ante omne tempus, cauſam eſſe poſuerit; & nonnulla diuinis perſonis accidere putauerit, atque omnia, quæ dicta ſunt abſurda in ſe ipſe accumulauerit.

Sed & illud nimis frigidum eſt, quod aiunt, quod ſi Spiritus ſanctus ex ſubſtantia Patris, & Filij eſt, eo quod ſit vna eſſentia trium, oportet & ipſum ex ſe exiſtere. Nam primum quidem non eſt neceſſe, vt omnia quæ ſunt communia Patri ac Filio, ſint etiam Spiritui, exceptis ijs, quæ ſunt abſoluta. Hæc enim communiter atque incommutabiliter vt vni rei tribus inſunt. quæ autem ſequuntur perſonalia, & hypoſtatica, non ſic ſe habere neceſſe eſt. Clarum autem eſt illud eſſe quidem cauſatum, duabus tantum perſonis eſt, Patri autem minimè. & illud quidem dari, ſeu mitti Spiritum ſanctum, Patri ac Filio aſſignatur, ipſe verò Spiritus non dicitur ſe ipſum dare, aut mittere. Deinde quemadmodum Filius ex Patre generari dicitur, & vna ſubſtantia eſt Pater & Filius, non tamen propterea dicitur, neque reperitur Filius ex ſubſtantia ſua generari, ſed neque Patrem ex ſubſtantia eſſe Filij. Hoc enim in Trinitate Diuinarum perſonarum ordinem peruertit. Ad eundem modum etiam de Spiritu, ſi dicatur ex ſubſtantia eſſe Patris & Filij, certè non propterea neceſſe eſt, vt etiam ex ſubſtantia ſua eſſe dicatur. Quoniam nulla perſona dat ſibi ſubſiſtentiam. neque ipſe ſui ipſius eſt cauſa, iuxta quam ſanè rationem neque Spiritus ſe ipſum dat, vel mittit. Mitti autem neceſſe eſt ab eo, à quo etiam exiſtentiam habet; alioquin tantum à Filio miſſus, non tamen & ab ipſo accipiens, Filium oſtenderet, non omnia, quæ Patris ſunt, eum habere incommutabiliter. neque communem

μὴ δὲ τὸ κοινὸν ἀμφοῖν ἅγιον πνεῦμα ἐπίσης αὐτοῖς εἶναι. οὕτω δ' αὖ δίκαιος ἦν ὅς ἐστι χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καὶ εἰκὼν ἀπαράλλακτος καὶ τοῦ πατρὸς ὅρος καὶ λόγος; ἐξ ὧν δῆλος καὶ ὁ τοῦ μὴ πέμπεσθαι τὸν πατέρα λόγος. ἐπεὶ γὰρ ὡς ἀναίτιος οὐκ ἔστιν ἔκ τινος, διὰ τοῦτο οὐδὲ παρά τινος ἀποστέλλεσθαι λέγεται ἐν ταῖς γραφαῖς διαῤῥήδην.

Ὅτι καὶ ἑτέραν αἰτίασιν τοῖς αὐτοῖς ἐπάγουσι τὴν ἀπὸ τῶν δύο ἀρχῶν, καὶ λύσις αὐτῆς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια.

Ὁ δὲ ἕτερον ἀντιπάγουσι, τὸ αὐτῆς ὁ δὴ λέγεται κεκραμένας· εἶναι γὰρ δύο αἴτια τοῦ πνεύματος καταψεύδονται, εἰ τοῦτό τις ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ λέγοι. ἀλλὰ τοῦτό γε οὐχ ἡμῖν, τῇ δὲ γραφῇ καὶ τοῖς διδασκάλοις ἐγκαλεῖν εἰκός. οὗτοι γάρ εἰσιν, οἱ τὸ πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ εἶναι θεολογοῦντες, καὶ παρ' ἀμφοῖν πέμπεσθαι, καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ εἶναι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. εἰ τοίνυν πάντα τοιαῦτα δύο δοτῆρας, ἢ δύο προόδους καὶ αἴτια βούλεται παριστᾶν, οὐ πάντως οὐδ' ἡμεῖς ἐκείνους καὶ τὰς ἐκείνων φωνὰς δεχόμενοι, μηδενὸς ἀκολουθοῦντος ἀτόπου τοῖς τῶν αἰτιωμένων ἐγκλήμασι δικαίως ὑποκεισόμεθα. ἀλλὰ δῆλον, ὡς τῶν ἐγκλημάτων ἐλεύθεροι μετ' ἐκείνων ἑστήξομεν. εἰ δὲ δεῖ τι κἀν ταῦτα εἰπεῖν. οὐ φαμὲν ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα ἐφ' ὅσον ἐστὶ πατήρ. κατὰ γὰρ τὸν ἅγιον Μάξιμον ἐν τῷ πρὸς Ἀνόμοιον διαλόγῳ, τὸ πνεῦμα οὐκ ἔχει πατέρα. οὐδ' αὖ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ἐφ' ὅσον ἐστὶν υἱός· ὁ γὰρ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα λέγεται υἱός. εἰ καὶ καθὸ τοῦ πατρὸς υἱὸς φύσει ἀληθὴς καὶ ἀπαράλλακτος αὐτῷ, πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἐν τῷ γεννᾶσθαι συνεπάγεται, ἀλλὰ καθ' ὅσον ἐστὶν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἕν. ἐφ' ὅσον γὰρ ὁ μέν ἐστι πατήρ, ὁ δέ, υἱός. καὶ οὔτε ὁ υἱὸς πατήρ, οὔθ' ὁ πατὴρ υἱὸς κατὰ τὸν τῆς ἀντιθέσεως τῶν πρός τι λόγον, οὐκ εἰσὶν ἕν.

δηλο-

amborum Spiritum ſanctum æqualiter ipſis eſſe. Itane verò æquum eſſet? qui eſt character hypoſtaſeos eius, atque imago incommutabilis, Patriſque definitio & Verbum? Ex quo patet ratio, quare non mittatur Pater. Quoniam enim tanquam incauſatus non eſt ab aliquo; idcirco neque ab aliquo mitti in ſacris Scripturis expreſſe dicitur.

Quod alteram obiectionem iiſdem inferunt, quæ eſt ex duobus principiis, & huius ſolutio.

Cap. XI.

QVod verò rurſus obijciunt, eiuſdem farinæ eſt argumentum. eſſe enim duas cauſas Spiritus falſo mentiuntur, ſi quis hunc ex ſubſtantia Patris & Filij dixerit. Verum hoc non nobis, ſed Scripturæ atque Doctoribus obijcere par eſt. Hi enim ſunt, qui Spiritum ex ſubſtantia Patris & Filij eſſe Theologicè differunt; & ex ambobus mitti, & per Filium procedere, atque ex Patre ac Filio eſſe, & id genus. ſi igitur hæc duos datores, vel duos proceſſus & cauſas volunt ſignificare, omninò neque nos illos & eorum voces ſequuti, cum nullum ſequatur abſurdum, arguentium meritò criminibus obnoxij erimus, ſed manifeſtum eſt, quod ab accuſationibus liberi, cùm illis conſtanter ſtabimus.

Quod ſi opus eſt hic etiam aliquid dicere. Negamus ex Patre eſſe Spiritum, quatenus eſt Pater: ſecundum enim ſanctum Maximum in Dialogo ad Diſſimilem. Spiritus non habet Patrem. Neque rurſus ex Filio, quatenus eſt Filius. quippe Filius ad Patrem dicitur Filius. quamuis quatenus Patris Filius natura verus, & nulla varietate ab illo differens, omnia quæ ſunt Patris in ipſa generatione ſecum trahat. ſed quatenus Pater & Filius ſunt vnum. etenim quatenus hic quidem Pater eſt, hic autem Filius, & neque Filius eſt Pater, neque Pater Filius ſecundum rationem oppoſitionis relatiuorum,

δηλονότι διὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν προσώπων. ἐφόσον δὲ μία οὐσία ἐστὶν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός, καὶ ἓν κατὰ τὴν προβλητικὴν δύναμιν, ἣν ἀνάγκη κοινὴν εἶναι, μηδενὸς ἀναγκάζοντος διῃρημένως ἰδίαν καὶ μόνου τοῦ πατρὸς εἶναι, ὥσπερ τὸ γεννᾷν τὸ τοῦ πατρὸς ὑποστατικὸν ὁ λόγος τῆς ἀντιθέσεως οὐ συγχωρεῖ κοινὸν καὶ τῷ υἱῷ εἶναι. διὸ καὶ ἀκοινώνητα ἀλλήλοις ταῦτα, τὸ γεννᾷν καὶ γεννᾶσθαι. ἐφόσον δὲ ἕν ἐστιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ εἶναι λέγεται. εἰ δὲ τὸ ἕν, ὅ, τί ποτέ ἐστιν αὐτῶν, καὶ ἡ δύναμις αὕτη μία καὶ ἡ αὐτή, εὔδηλον ὅτι, ἓν τοῦ πνεύματος αἴτιον ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός· οὐκ ἐφόσον εἰσὶ δύο, ἀλλ' ἐφόσον ἕν. καὶ οὔτε σύγχυσις ἐκ τούτων ἀκολουθεῖ, τῆς διακρίσεως τῶν προσώπων τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ μετὰ τὸ γεννᾷν καὶ γεννᾶσθαι φυλαττομένης, οὔθ' ἡ κατὰ τὴν τριάδα τάξις ὁπωσοῦν διαπίπτει, οὐδέ τι τῶν τῆς γραφῆς καὶ τῶν διδασκάλων κινεῖται· ὥσπερ γὰρ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ πεμπομένου μιᾷ δόσει καὶ μιᾷ χορηγίᾳ πέμπεσθαί φησιν ὁ μέγας πατὴρ Βασίλειος, οὕτω καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευομένου μιᾷ προόδῳ καὶ ἐνεργείᾳ καὶ δυνάμει φαμὲν ἐκπορεύεσθαι.

Ἔτι, πανταχοῦ ἡ (διὰ) ἐφ' ὧν παραλαμβάνεται, τὰ περὶ ταύτης αἰτίῳ συναγωνίζεται πρὸς αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν, ἣν ἐκεῖνο σκοπεῖ. οἷον, ὁ πρίων, δι' οὗ ποιεῖ τὸ βάθρον ὁ τεκταινόμενος, πρὸς ἐκεῖνο τὸ ἀποτέλεσμα, ἀλλ' οὐ πρὸς ἑτερογενὲς συνεργάζεται τῷ τεχνίτῃ. οὐ γὰρ δὴ πρὸς τὸ θερμαίνειν. ἢ λευκαίνειν αὐτῷ συνεργήσει. καὶ τῷ ἕλκοντι τὸ μηχάνημα πρὸς τὴν ἕλξιν τοῦ βάρους· καὶ ὅλως τὰ δι' ὧν γίνεταί τι συνεργάζεται τοῖς πρώτοις κινοῦσι κατὰ τὸν ἑκάστου τρόπον συναίτια τούτοις γινόμενα. ἢ ὡς ὄργανα, ἢ ἄλλως πῶς αὐτοῖς βοηθοῦντα. ἦν δ' αὖ καὶ ταῦτα καὶ ἁπλῶς αἴτια ὥσπερ τὰ πρῶτα, εἰ μὴ διαφόρους ἦν ἡ φύσις αὐτοῖς πρὸς ἐκεῖνα τὰ χρώμενα. καὶ οἱ μὲν ἄνθρωποι, τὰ δ' ἁπλῶς ὄργανα ἐξ ἄλλης ὕλης πεποιημένα. καὶ τοῦτο μᾶλλον αὖ ἦν ἅπερ καὶ ἡ αὐτὴ ἦν αὐτοῖς πρὸς τοὺς χρωμένους ἐνέργεια. ἀλλ' ἐπεὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ μία τῷ ἀριθμῷ φύσις θεωρεῖται καὶ μία αὐτοῖς καὶ ἐνέργεια καὶ εἷς ὁ αὐτὸς ἄμφω Θεός.

εἰκό-

non ſunt vnum, videlicet propter numerum perſonarum. quatenus autem vna ſubſtantia eſt Pater & Filius, & vnum ſecundum productiuam potentiam, quam neceſſe eſt communem eſſe, cum nihil cogat, vt ſeparatim propria ſit atque ſolius Patris, quemadmodum generare conſtitutiuum Patris, oppoſitionis ratio non permittit, vt ſit communi Filio; idcirco & incommunicabilia ſunt hæc generare ac generari: At verò quatenus vnum eſt Pater & Filius, ex Patre & Filio Spiritus ſanctus eſſe dicitur. Quod ſi illud vnum, quicquid tandem illud ſit in ipſis, & potentia hæc vna eſt, & eadem, manifeſtum eſt, quod vna cauſa Pater & Filius eſt Spiritus ſancti, non quatenus duo ſunt, ſed quatenus vnum. Et neque confuſio ex his ſequitur; cum ſeruetur diſtinctio perſonarum in eo quod generat, & generatur, neque ordo in ſanctiſſima Trinitate vllo modo ruit, & dicta Scripturæ, atque Doctorum ſuo loco manent. Quemadmodum enim Spiritu ſancto ex Patre per Filium miſſo, vna exhibitione, atque vna erogatione eum mitti, inquit Magnus Pater Baſilius, ſic etiam ex Patre per Filium Spiritu procedente, vna proceſſione, atque actione, potentiaque dicimus eum procedere.

Præterea, vbique præpoſitio, Per, in quibus aſſumitur, cauſæ ſignificat antecedentis medium adiuuans ad ipſam conficiendam operationem, quam illa cauſa intendit. Verbi gratia, ſerra, per quam faber lignarius efficit ſcamnum, ad aliud effectum iuuat, ſed non cooperatur artifici ad aliud diuerſi generis. Non enim certè ad calefaciendum, ſeu dealbandum ipſi adiumento erit, & trahenti machinam ad tractionem ponderis; & omninò ea, per quæ fit aliquid, adminiculantur primo mouentibus ſecundum ſuum modum concauſæ ipſis facta, vel vt inſtrumenta, vel aliter ipſis quodammodo iuuantia. Hæc autem eſſent etiam ſimpliciter cauſæ, vt prima, niſi eſſet natura diuerſa ipſis reſpectu illorum, quæ his vtuntur. & hi quidem homines ſunt, hæc verò ſimpliciter inſtrumenta, ex alia materia facta, eoque magis eſſent cauſæ, ſi vna & eadem eſſet operatio illorum; & vtentium ipſis. ſed quoniam Patris & Filij vna numero natura conſideratur, & vna ipſis eſt operatio, & ambo ſunt vnus, & idem Deus, meritò

εἰκότως ἄρα ἡ μὲν τοῦ υἱοῦ (διὰ) τῆς τοῦ πατρὸς (ἐκ) κατὰ τὴν σημασίαν οὐ διοίσει. ἀλλ' αὕτη μὲν πρὸς τὴν (ἐκ) μεταβήσεται. ἐκείνη δ' αὖ πρὸς τὴν (διὰ) διαβήσεται. καὶ κοινὴ καὶ μία καὶ ἡ αὐτὴ μετὰ τοῦ πατρὸς ἀρχὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔσται· ἅπαξ ὁμολογουμένου παρὰ πατρὸς δι' υἱοῦ τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι πνεῦμα. καὶ πάντων δὲ τῶν ἁγίων διαρρήδην βοώντων, μὴ θεμιτὸν εἶναι διαφοράν τινα καὶ ὁπωσοῦν ἐπὶ τούτων τῶν προθέσεων ἐννοεῖν. καὶ τοῦτο ἐπὶ πάντων τῶν θείων ἀδιορίστως ἀξιωσάντων, ἐπί τε τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ διδασκόντων τὴν (ἐκ) τῆς (διὰ) μηδὲν διαφέρειν, πλὴν ὅσον διακρίνειν τὰς ὑποστάσεις, καὶ τὴν τῶν θείων προσώπων τάξιν ἐμφαίνειν. ἐν ᾗ τὸ τοῦ υἱοῦ πρόσωπον τὴν μέσην εἴληχε χώραν. ἣν ἀεὶ ἡ (διὰ) κἂν τῇ κοινῇ συνηθείᾳ δηλοῖ. καὶ ἵνα μὴ ἢ ἓν πρόσωπον ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ὑποπτευθεῖεν διὰ τὴν τῶν προθέσεων ὁμοιότητα, ἢ δύο καὶ ἀντιδιαιρούμεναι ἄμφω τοῦ πνεύματος ἀρχαὶ δόξωσιν. ἢ τοιοῦτον εἶναι τὸ τοῦ υἱοῦ πρόσωπον, οἷον καὶ τὸ τοῦ πατρός· μηδὲν ἑαυτοῦ προεπινοούμενον ἔχον, ὥσπερ καὶ ὁ πατήρ. ἡ γὰρ (ἐκ) ἵστησι τὴν διάνοιαν καὶ περαιτέρω προϊέναι οὐκ ἀναγκάζει καὶ ζητεῖν τὸ ἀρχικὸν αἴτιον, ᾧ τινι ἡ (ἐκ) ἀρχικῶς ἀποκεκλήρωται. ἡ δὲ (διὰ) ἕτερόν τι πρόσωπον παρὰ τὴν (ἐκ) συνεισάγει, καὶ πρὸς ἐκεῖνο τὴν διάνοιαν προσβιβάζει. ἀρχικόν τι ἐκεῖνο αἴτιον σημαίνει. ἀφ' οὗ τι αὕτη κεῖται μέσον τοῦ τε προσώπου καὶ τοῦ πρὸς ὃν ἡ πρόοδος, ἢ ἡ ἐνέργεια· καὶ οὕτω τὴν τριάδα καθαρῶς ἡμῖν παρίστησιν ἡ (διὰ). ὁμοῦ τε τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν προσώπων τάξιν ἐμφαίνουσα, καὶ τὴν τῆς οὐσίας ἑνότητα τὸ τρίτον δι' ἑαυτῆς τῷ προτέρῳ συνάπτουσα· κατὰ γὰρ τὸν Νύσσης Γρηγόριον, τὸ μὲν ἐστὶ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. ὥστε ἡ (διὰ) τὴν τοῦ υἱοῦ μόνον μεσότητα πρός τε τὸν πατέρα καὶ τὸ πνεῦμα

δείκ-

ergo Filij præpoſitio, Per, ab, Ex, Patris ſecundum ſignificationem non differunt; ſed hæc quidem ad præpoſitionem, Ex, illa verò rurſus ad præpoſitionem, Per, tranſibit, & commune & vnum atque idem principium erit vna cum Patre Spiritus ſancti, cum planè in confeſſo ſit, ex Patre per Filium Spiritum ſanctum procedere; cumque omnes Sancti expreſsè clament, non eſſe fas vllo modo differentiam aliquam in his præpoſitionibus cogitare; idque in omnibus Diuinis indeterminatè cenſuerint, atque in Patre & Filio præpoſitionem, Ex, à præpoſitione Per, nihil differre docuerint; niſi quatenus hypoſtaſes diſtinguunt, & Diuinarum perſonarum ordinem ſignificant, in quo perſona Filij medium obtinet locum, quem ſemper præpoſitio, Per, vel in communi loquendi conſuetudine ſignificat: & ne vel vnam perſonam Patrem & Filium aliquis ſuſpicetur propter ſimilitudinem præpoſitionum, vel duo principia contradiſtincta Spiritus ambo eſſe videantur, vel talem eſſe perſonam Filij, qualem & Patris, nihil habentem, quod ipſi præintelligatur, ſicut & Pater. Etenim, Ex, præpoſitio ſiſtit mentem, & vlterius procedere non cogit, & quærere principalem cauſam, cui præpoſitio, Ex, principaliter attribuitur. Præpoſitio autem, Per, alteram quandam perſonam, præter eam, quam, Ex, inducit, & ad eam mentem promouet, principalemque illam eſſe cauſam ſignificat, & illam perſonam, in qua ponitur ipſa, Per, mediam eſſe perſonam inter primam & eam, ad quam eſt proceſſio, vel operatio. Atque ita præpoſitio Per, Trinitatem purè nobis exprimit, ſimulque ordinem, quem habent ad inuicem perſonæ, atque vnitatem ſubſtantiæ patefacit, tertiam perſonam cum prima per ſe ipſam coniungens. iuxta enim Nyſſenum Gregorium, vna quidem (perſona) eſt immediatè à prima, altera verò per eam, quæ immediatè eſt à prima. Itaque & eſſe vnigenitum in Filio manet indubitatum, & ex Patre eſſe Spiritum, non eſt ambigendum, cum Filius intercedendo, & ſibi ipſe Vnigenitum ſeruet, & Spiritum à naturali ad Patrem relatione non arceat. Quare præpoſitio, Per, tantum oſtendit, Filium eſſe medium inter Patrem, & Spiritum ſanctum

nul-

δείκνυσιν, ἀλλ' οὐχ ἑτέρας διαφοράς. ταῦτα δὴ καὶ τὸν Δαμασκηνὸν πεποίηκεν, υἱοῦ μὲν πνεῦμα λεγόμενον εἰπεῖν, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ οὐ λεγόμενον. εἰ γὰρ ἐν τούτῳ, ὥς τινες οἴονται, τοῦτ' ἐβούλετο ὁ ἅγιος δηλοῦν, καὶ ταύτην εἶχε τὴν ἔννοιαν, ὅτι ἐκ τοῦ υἱοῦ οὐκ ἔστι, πάντως ἂν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ὁ διδάσκαλος ὥριζε τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἀμέσως ἐκ τοῦ πατρός, εἰ δὲ ἀμέσως, καὶ τὸ προβάλλειν τοῦ πατρὸς ὑποστατικὸν εἶναι. καὶ εἰ τοῦτο πάλιν, ἀκοινώνητον εἶναι τῷ υἱῷ. τὰ γὰρ ὑποστατικὰ τῶν προσώπων ἴδια καὶ παντὰ τρόπον ἀλλήλοις ἀκοινώνητα. πῶς οὖν τὸν πατέρα προβολέα διὰ λόγου τοῦ ἐκφαντορικοῦ πνεύματος λέγει; πῶς ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα πολλαχοῦ διδάσκει; πῶς εἰ μηδεμίαν τάξιν, ἢ σχέσιν τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱὸν ἔχει, φησί, δεῖ δὲ τὸν λόγον καὶ πνεῦμα ἔχειν; ταῦτα γὰρ ἐναντία παντελῶς ἀλλήλοις. εἰ γὰρ προβολεὺς διὰ λόγου, οὐκ ἂν εἴη τοῦ πατρὸς ὑποστατικὸν τὸ προβάλλειν. καὶ εἰ ἐκ τοῦ πατρὸς ἀμέσως, οὐκ ἂν διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύοιτο. τὸ γὰρ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, μεσότητα τοῦ υἱοῦ περιφανῶς ἐμφαίνει, ἣν ὁ Νύσσης παραδίδωσι καὶ μετ' αὐτὸν πάντες οἱ θεολόγοι. καὶ τρίτον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῇ τάξει κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον διορίζεται. καὶ μὴν, οὐ μόνον, ὥς τινες ἐκλαμβάνουσι τὴν λέξιν, ἐναντίος ἂν ὁ διδάσκαλος ἑαυτῷ εἴη, ἀλλὰ καὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ διδασκάλοις. οἱ μὲν γὰρ, ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι φασὶ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ πρόεισιν. ὁ δ' οὐκ εἶναι ἐκ τοῦ υἱοῦ, οὐδὲ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, οὐδ' ἐξ αὐτοῦ προϊέναι. ταῦτα δὲ ὁμολογουμένως ἀντίφασις. ἐξ ὧν ἕπεται, ἢ τοῦτον μόνον διδάσκαλον ὁμολογεῖν εἶναι τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἅμα ἅγιον ἀποφαίνειν, ἀμελουμένων τῶν ἄλλων, ὀκνῶ γὰρ ἀπορριπτομένων εἰπεῖν, ἢ τὸ πλῆθος καὶ τὸ πρεσβεῖον αἰδουμένους ἐκείνων, μὴ παραδέχεσθαι τοῦτον. ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον, χρὴ γὰρ ἅπαντας εὐλαβῶς ἡμᾶς δεχομένους καὶ σεβομένους, ὡς ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐμπνευσθέντας. ὃς οὐκ ἂν ἠθέλησεν, ἀγαθὸς ὤν, διὰ τούτων σὺν ὕστερον ἀπατᾶν. οὐκ ἐβούλετο πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀνάγειν.

nullam præterea differentiam. Hæc ſanè effecerunt, vt etiam Damaſcenus dixerit, Filij Spiritum dicimus, ex Filio autem non dicimus. Si enim hac in re, vt nonnulli arbitrantur, id volebat Sanctus ſignificare, atque hunc habebat ſenſum, quod ex Filio non ſit, omninò igitur Doctor ex ſolo Patre Spiritum ſanctum exiſtentiam habere exiſtimabat, quod ſi hoc eſt, etiam immediatè ex Patre eſſe; ſi autem immediatè, etiam producere Patris conſtitutiuum eſſe, ac ruſus ſi hoc, incommunicabile eſſe Filio. conſtitutiua enim perſonarum propria ſunt, & nullo modo ad inuicem communicabilia, quomodo igitur Patrem productorem per Verbum manifeſtatiui Spiritus aſſerit? Quomodo ex Patre per Filium Spiritum procedere multis in locis docet? Quomodo, ſi nullum ordinem, vel habitudinem Spiritus habet ad Filium, ait, Verbum autem oportet Spiritum habeat? Hæc enim contraria penitus ſunt ad inuicem. Si enim productor per Verbum, non vtique hypoſtaticum Patris producere; & ſi ex Patre immediatè profecto non per Verbum procederet. Quippe per Verbum procedere, medium eſſe Filium clariſſimè oſtendit. Quod Nyſſenus tradit, & vna cum eo cuncti Theologi, atque tertius à Patre Spiritus ſanctus ordine iuxta Magnum Baſilium conſtituitur. Et præterea non tantum, vt nonnulli accipiunt dictionem, contrarius ſibi Doctor eſſet, ſed & Doctoribus, qui ante ipſum extiterunt. Hi enim quidem ex Filio eſſe aiunt, & ex ſubſtantia eius, & ex ipſo procedere; ille verò non eſſe ex Filio, neque ex ſubſtantia eius, neque ab ipſo procedere. Hæc autem ſine controuerſia ſunt contradictio. Ex quibus ſequitur, vel fatendum hunc ſolum eſſe Doctorem Eccleſiæ, & ſimul Sanctum habendum, neglectis alijs, vereor enim reiectis dicere; vel multitudini, & antiquitati illorum præſtando reuerentiam, hunc non eſſe recipiendum. Sed hoc abſurdum eſt. Oportet enim omnes reuerenter recipere, ac venerari, tanquam eos, qui à Deo pro ſalute noſtra fuerint inſpirati. Qui certè cum ſit bonus, per eos vtique noluit poſteriores decipere, quos volebat ad veritatem adducere.

opor-

γεῖν. χρὴ τοίνυν οὕτω τὰς ἐκείνων ἐξηγεῖσθαι παραδόσεις, ὡς ἂν πρός τε ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλοις οἱ διδάσκαλοι συμφωνοῦσι. καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῦ νυνὶ προκειμένου, ἐφ' οὗ πολὺ τὸ τῆς φιλονεικίας προκεχώρησεν. ὅπερ οὐκ ἂν ἄλλως συμφωνηθείη καὶ σώζοιτο μετὰ πάντων καὶ διὰ πάντων, εἰ μὴ λέγοιμεν ἀσφαλέστατα τὴν μὲν (ἐκ) ἐπὶ τοῦ υἱοῦ παρὰ τοῦ Δαμασκηνοῦ μὴ παραληφθῆναι, ἵνα μὴ ἢ ἓν πρόσωπον ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ὑποπτευθείη, διὰ τὴν τῶν προθέσεων ὁμοιότητα. ἢ μὴ δοκῇ μηδὲν ἑαυτοῦ προτιμούμενον ὁ υἱὸς ἔχειν, ὥσπερ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ τ' ἄλλα ὅσα πρόκειται. τὴν δὲ (διὰ) καὶ μάλιστα δέξασθαι, ὅτι τὴν τάξιν ἡμῖν τῶν προσώπων μετὰ τῆς μονάδος παρίστησι διὰ τὴν ἑαυτῆς ἰδιότητα. ἐπεὶ μετὰ τῆς μονάδος καὶ τὴν τῶν προσώπων διάκρισιν ὁμολογεῖν ὀφείλομεν κατὰ τὴν παραδοθεῖσαν ἡμῖν πίστιν. ἃ δὴ καὶ ἄμφω τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ λέγεσθαι τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι πνεῦμα ἐμφαίνει· τὸ δ' ἐκ τοῦ υἱοῦ λέγεσθαι οὐ δήπου. ἤρεσεν οὖν αὐτῷ μᾶλλον τὴν μετὰ τῆς μονάδος καὶ τὴν διάκρισιν ἐμφαίνουσαν (διὰ) παραλαβεῖν πρόθεσιν, ἢ τὴν (ἐκ) αἰτίαν μόνον καὶ οὐ διάκρισιν δηλοῦσαν. ὥστε τοιαύτην πηγὴν ὁ Δαμασκηνὸς ἐπὶ τοῦ υἱοῦ ἀπαρνεῖται, οἵαν ὁ μέγας Διονύσιος ἐπὶ τοῦ πατρὸς τίθησι μόνην πηγὴν τῆς ὑπερουσίου θεότητος αὐτὸν εἰπών. τοιοῦτον δὲ αἴτιον τοῦ υἱοῦ ἀφαιρεῖται, ὁποῖον ὁ Αὐγουστῖνος τὸν πατέρα ἔφη, ἀρχικὸν αἴτιον αὐτὸν προσειπών· ὅτι μὲν γὰρ καὶ ὁ υἱὸς πηγὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος λέγεται, πολλαχόθεν παρὰ τῶν διδασκάλων ἔχομεν. ἀλλ' ἐπεὶ τοῦ υἱοῦ ὁ πατὴρ προεπινοεῖται, τοῦ δὲ πατρὸς οὐδὲν, αὐτός τε ἐξ ἐκείνου λέγεται εἶναι, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναφέρεται, καὶ πᾶν τὸ παρ' αὐτοῦ λεγόμενον εἶναι πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχει κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον ἐν τοῖς ἀντιῤῥητικοῖς. καθ' ὃν τρόπον καὶ ῥίζα, καὶ πηγὴ, καὶ μόνος αἴτιος ὁ πατὴρ δύναιτ' ἂν ῥηθῆναι, ἵνα τὸ ἐξ οὗ δειχθῇ, καὶ μὴ τρεῖς ἢ δύο ἀρχαὶ πολυθέως παραδειχθῶσι· διὸ καὶ εἴρηται, ζῶ ἐγὼ διὰ τὸν πατέρα. καὶ περὶ τῆς ὥρας ἐκείνης οὐδεὶς οἶδεν οὐδ' ὁ υἱός. καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν· καὶ καθὼς ἀκούω κρίνω· καὶ ἡ ἐμὴ διδαχὴ, οὐκ ἔστιν ἐμή· καὶ ὁ πατήρ μου

μεί-

oportet igitur ſic eorum ſcripta conari exponere, vt & ſibimet ipſi, & inter ſe Doctores conueniant: præſertim in præſenti propoſito dogmate, in quo multa contentio habita eſt. Quod ſanè aliter cum omnibus & per omnia concordari non poſſet, niſi firmiſſime dixerimus, præpoſitionem, ex, à Damaſceno in Filio non eſſe acceptam, ne vel vnam perſonam Patrem & Filium eſſe propter ſimilitudinem præpoſitionum aliquis ſuſpicaretur; vel ne videatur Filius vt Pater, nihil ſibi præintellectum habere, & ne ſequerentur alia, quæ dicta ſunt. Præpoſitionem autem, per, potiſſimum Damaſcenum approbaſſe, quod ordinem perſonarum cum Monade nobis exprimat ob eius proprietatem. Quoniam cum Monade perſonarum quoque diſtinctionem confiteri debemus, ſecundum traditam nobis fidem. Quæ ſanè ambo illud indicat, dici Spiritum ſanctum ex Patre per Filium procedere; ex Filio autem dici, nempè minimè. Placuit igitur ipſi magis præpoſitionem, per, ſumere, quæ cum Monade diſtinctionem indicat, quam, ex, quæ tantum cauſam, & non diſtinctionem ſignificat. Itaque talem fontem Damaſcenus in Filio negat, qualem Magnus Dionyſius in Patre conſtituit, ſolum fontem ſuperſubſtantialis Deitatis ipſum appellans. talem cauſam Filio adimit, qualem Auguſtinus Patrem aſſerit, principalem cauſam ipſum vocans. Quod enim etiam Filius fons dicatur Spiritus ſancti, multis ex locis Doctorum habemus. ſed quoniam Filio Pater præintelligitur, Patri autem nihil, ipſeque Filius ab eo dicitur eſſe; & ad eum refertur, & omne quod ab ipſo (Filio) dicitur eſſe, ad primam cauſam relationem habet ſecundum Magnum Baſilium in libris confutatorijs; iuxta quem modum etiam radix, & fons, & ſolus cauſa Pater dici poſſet, vt, illud, ex quo oſtendatur, & non tria, vel duo principia inſtar multorum Deorum admitteantur; idcircò etiam dictum eſt, Viuo ego propter Patrem, & de illa hora nemo ſcit, neque Filius, & à me ipſo nihil facio, & ſicut audio, iudico, & mea doctrina non eſt mea, & Pater meus ma-

μείζων μου ἐστίν. καὶ εἴ τι τοιοῦτον εἴρηται αὐτῷ πρὸς τὸν πατέρα πάντα ἀνάγοντι. ὅθεν καὶ ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος, ἡ (διὰ) οὐκ ἄτονον τοῦ υἱοῦ παρίστησι τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν ἔχει.

Καὶ τοῦτο προσκείσθω τοῖς εἰρημένοις. οὐκ εἶπεν ὅτι ἐκ τοῦ υἱοῦ οὐκ ἔστιν, ἀλλ᾽ ὅτι ἐκ τοῦ υἱοῦ οὐ λέγομεν. τοῦτο δὲ οὐδὲν πρὸς τὸ προκείμενον. πολλὰ γάρ εἰσιν, ἅπερ οὐ λέγομεν. ὁποῖον κατὰ τὰς ἀρχὰς τοῦ κηρύγματος συνέβαινεν. οἷον, τὸ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τῷ πατρὶ εἶναι ὁμοούσιον, τὸ τὴν ἀειπάρθενον, Θεοτόκον ἐπ᾽ ἐκκλησίας κηρύττεσθαι· τὸ, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει κατὰ τὴν καθ᾽ ὑπόστασιν ἕνωσιν ἑνωθῆναι. καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἃ δὴ μὴ λεγόμενα πρότερον, καίτοι ἀληθῶς ἔχοντα, ὕστερον ὅπως δήποτε χρείας κινούσης καὶ λέγεσθαι ἐπ᾽ ἐκκλησίας ἐβεβαιώθη. εἴ τις οὖν τινὰ ἤρετο πρὶν ἢ τὴν πρώτην συστῆναι σύνοδον ἐπὶ βεβαιώσει τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ, εἰ ὁμοούσιος ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ λέγοιτο, ταὐτὸ πάντως ἂν ἤκουσεν, ὅτι οὐ λέγομεν. οὐ μὴν ἀπὸ τούτου δεδήλωκεν, ὅτι οὐκ ἔστι. τοσοῦτον δὲ μόνον, ὡς οὔτε ἐν τῇ γραφῇ οὔτε ἐν τῇ συνηθείᾳ ῥητῶς ἐμφέρεται. ὅπερ ὕστερον ἐκ τῶν τῆς γραφῆς ἀληθῶς οὕτως ἀποδεδειγμένον ἐβεβαιώθη, ὡς μετὰ τῶν αἱρετικῶν τετάχθαι τὸν μὴ τοῦτο ὁμολογοῦντα· τὸ ἴσον οὖν καὶ περὶ τοῦ παρόντος ῥητέον.

Ὅτι μὲν οὖν ἡ (διὰ) τῆς (ἐκ) οὐδὲν διαφέρει, πλὴν ὅσον διακρίνειν τὰς ὑποστάσεις, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλας αὐτῶν τάξιν ἐμφαίνειν, καὶ μίαν εἶναι τὴν ἐνέργειαν παρίστησιν εἴ τε ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα δημιουργηθῆναι λέγηται, εἴτ᾽ ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, δῆλον. ἀπό τε τῆς ἐνεργείας αὐτῆς ὡς εἴρηται, ἀπό τε τῶν διδασκάλων μηδαμῆ καταδεχομένων διαφοράν τινα καὶ ὁπωσοῦν ἐπὶ τούτων τῶν προθέσεων ἐννοεῖν διὰ τὴν μίαν οὐσίαν καὶ πρόοδον. καὶ τοῦτ᾽ ἐπὶ πάντων τῶν θείων πατέρων ἀδιορίστως ἀξιωσάντων, καὶ δεικνύντων ἀπὸ τῆς γραφῆς τὸ τῶν προθέσεων ἀδιάφορον ἐπὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ· τὸ γὰρ διαφέρειν οἴεσθαι ταύτας ἐπὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ, τῶν παλαιῶν αἱρετικῶν ἦν, βουλομένων ἀπὸ τῆς διαφορᾶς ταύ-

maior me eſt; & ſi quid eiuſmodi ab eo dictum eſt, ad Patrem omnia referente. Vnde & Magnus Baſilius ait: Præpoſitio, Per, non inefficacem Filij operationem exprimit, ſed procatarcticæ, hoc eſt, originariæ cauſæ confeſſionem continet.

Hoc etiam addatur his, quæ dicta ſunt. Non dixit, quod ex Filio non eſt, ſed quod ex Filio non dicimus. Hoc autem nihil facit ad rem. multa enim ſunt, quæ non dicimus: quale illud à principio prædicationis accidebat. Verbi gratia, Filium Dei eſſe conſubſtantialem Patri, ſemper Virginem in Eccleſia Deiparam prædicari, Filium Dei humanæ naturæ ſecundum hypoſtaticam vnionem vnitum eſſe, & id genus. Quæ ſanè cum prius non dicerentur, quamuis vera eſſent, poſtea quomodocunque vrgente neceſſitate, etiam in Eccleſia dici ſancitum eſt: Si quis igitur quæſiuiſſet ab altero prius, quam prima Synodus congregata fuiſſet, ad ſtabiliendam Deitatem Filij, ſi conſubſtantialis Filius diceretur, idem planè audiuiſſet, quod non dicimus. non tamen per hoc ſignificauit, quod non ſit: tantum hoc ſolum, quod neque in Sacra Scriptura, neque in vſu ad verbum reperitur. quod poſtea ex verbis Sacræ Scripturæ demonſtratum, ita eſſe ſtatutum eſt: vt ordinem adſcribant hæreticorum eum, qui hoc non confitetur: idem & de re præſenti dicendum eſt.

Quod igitur præpoſitio, Per, à præpoſitione, ex, nihil differat, niſi quod diſtinguat hypoſtaſes, atque inter ſe ordinem illarum ſignificet, & vnam eſſe operationem oſtendat, ſiue ex Patre per Filium cuncta condita eſſe dicantur, ſiue ex Patre per Filium Spiritus ſanctus procedere dicatur, manifeſtum eſt, cum ex ipſa operatione, vt dictum eſt, tum ex Doctoribus qui nequaquam patiuntur cogitare differentiam aliquam quomodocunque in his præpoſitionibus ob vnam ſubſtantiam, & proceſſum: idque eſt omnium Sanctorum Patrum, qui indiſtinctè æquum eſſe cenſuerunt, atque probarunt à Scriptura in Patre Filioque indifferentiam præpoſitionum. Quippe exiſtimare has præpoſitiones in Patre ac Filio differre, antiquorum hæreticorum erat. qui ex hoc diſcrimine

po-

τῆς, δυνάμεων καὶ ἐνεργειῶν καὶ προόδων, καὶ ἀκολούθως οὐσιῶν διαφορὰν εἰσάγειν· ὥσπερ δὲ καὶ τοῖς νῦν διαιρεῖν βουλομένοις ἐξ ἀνάγκης καὶ ἡ τῆς οὐσίας διαίρεσις ἕπεται. τοῦ γὰρ μὴ καὶ ταύτην διαιρεῖν οὐκ ἔχουσιν τὴν αἰτίαν εἰπεῖν· ἢ γὰρ οὐδὲν πρὸς τὴν τοῦ πνεύματος πρόοδον ἡ (διὰ) συμφέρει, ἢ συμφέρει μέν, ἀτελὴς δέ, ἢ ὀργανικήν, ἢ ὥσπερ διὰ τόπου, ἢ χρόνου. ἀλλὰ μὴν ἐπεὶ μάταιον ἦν διʼ υἱοῦ λέγειν οὐδʼ ὁποιανοῦν δηλούσης τῆς λέξεως, λείπεται τῶν ἄλλων ὡς οὐδαμῇ προσηκόντων ἐπὶ Θεοῦ παραλειπομένων, λέγειν συμφέρειν αὐτήν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς οὐσιωδῶς προϊέναι κατὰ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν πρόοδον καὶ ἐνέργειαν ὑπαρκτικῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὃ καὶ παρὰ τῶν ἁγίων ὁμολογεῖται. τὸ γὰρ διά τινος ὂν φυσικῶς, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐστί. καὶ τοῦτο μᾶλλον ἰσχύειν ἐκεῖ δοτέον, διὰ τὸ τῆς οὐσίας ταυτόν, καὶ τὸ πρὸς τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ ὁμόθεον, καὶ τὴν ἄλλην παρὰ τῇ γραφῇ πρὸς ἐκεῖνον ταυτότητα καὶ ἀπαραλλαξίαν· πρὸς δέ, καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ λέγεσθαι καὶ ἐξ αὐτοῦ προϊέναι καὶ εἶναι.

Ἔτι δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ ἀντιλέγοντες, τὴν ἐνέργειαν, ἢ τὴν ἀγαθότητα καὶ τὴν ζωὴν τοῦ Θεοῦ, ἢ τὰ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ μετέχεσθαι λαμβανόμενα χαρίσματα, ἃ δὴ πάντα ἄκτιστα εἶναι βούλονται, καὶ διάφορα τῆς οὐσίας πράγματα φασίν, ἐν αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐνιδρυμένα, καὶ ταύτην αὐτῶν αἰτίαν εἶναι, νῦν μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ, νῦν δὲ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ὕπαρξιν ἔχειν ὁμολογοῦντες. ἐκ γὰρ τῶν τριῶν ὑποστάσεων αἴτια ταῦτα τιθέασι, τοῦτο δʼ οὐκ ἂν πάντως ἔλεγον, εἰ μὴ τὰς ὑποστάσεις τὴν οὐσίαν εἶναι τοῦ Θεοῦ ἡγοῦντο. ὅπερ ἐστὶν ἐναντίον οἷς ἀδολεσχοῦσιν ἀλλαχοῦ. δῆλον τοίνυν ἐκ τούτων καὶ αὐτοὶ ποιοῦσιν, ὡς οὐδεμίαν διαφορὰν ἐπʼ αὐτῶν τῶν προθέσεων τίθενται. δηλονότι διὰ τὸ τῆς οὐσίας καὶ τῆς προόδου καὶ ἐνεργείας ταυτὸν καὶ ἀδιάφορον. προσσυμφωνοῦσι δὲ καὶ ὅτι οὐκ ἐπὶ τῶν κτιστῶν μόνον ἡ (διὰ) πρὸς τὴν (ἐκ) ἀντιμεθίσταται, ὃ κατὰ τῆς τῶν ἁγίων αὐτοὶ προτείνουσι διδασκαλίας, ἀξιωσάντων ἀδιαφορεῖν ταύτας ἐπὶ τῶν θείων ἁπλῶς ὡς εἴρηται. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀκτίστων αὐτὰς

ὑπο-

potentiarum, actionum, atque proceſſionum, & per conſequens ſubſtantiarum differentiam inducere volebant. Quemadmodum profecto & hos, qui nunc diſtinguere volunt, neceſſariò ſequitur etiam ſubſtantiæ diſtinctio. Huius enim quod hanc ſubſtantiam non diſtinguant, cauſam dicere non habebunt. Vel enim præpoſitio, Per, ad proceſſionem Spiritus nihil confert, vel confert quidem, ſed imperfectam cauſam, ſeu inſtrumentalem, ſeu tanquam per locum, ſeu per tempus. ſed quoniam vanum erat dicere per Filium, nihil planè ſignificante præpoſitione, reſtat, vt cum alia, quæ ſuperſunt, nequaquam conueniant Deo, dicamus conferre ipſam ad hoc, quod ex Patre ſubſtantialiter procedat ſecundum eandem & vnam proceſſionem, atque operationem ad dandam ipſi ſubſiſtentiam, quod etiam Sancti confitentur. Quod enim per aliquod eſt naturaliter, etiam ex ipſo eſt. & hoc magis valere ibi dandum eſt, propter identitatem eſſentiæ, & quia Filius vnus eſt cum Patre Deus. atque iuxta Sacram Scripturam in reliquis vna eſt illorum identitas & incommutabilitas Deitatis. Ad hæc, & quod ex ſubſtantia Filij Spiritus dicatur, & ex ipſo procedere & eſſe.

Præterea, etiam ipſi, qui contradicunt, operationem, ſeu bonitatem, ac vitam Dei, vel chariſmata, quæ homines à Deo accipiunt, vt operentur, quæ ſanè omnia increata eſſe volunt, atque ab eſſentia diuerſas res eſſe, in ipſa Dei eſſentia inſidere aiunt, & eam horum eſſe cauſam, nunc quidem ex Patre per Filium; nunc verò ex Patre Filioq; ac Spiritu ſancto exiſtentiam habere fatentur. Etenim ex tribus hypoſtaſibus cauſata eſſe cenſent. quod omninò non dicerent, niſi hypoſtaſes eſſentiam Dei eſſe exiſtimarent, quod eſt contrarium his, quæ alibi garriunt. Ex his igitur manifeſtum eſt, quod etiam ipſi nullam ponunt differentiam in his præpoſitionibus, videlicet propter identitatem, atque indifferentiam ſubſtantiæ, proceſſioniſque, atque operationis. Inſuper autem indicant, quod non ſolùm in creatis præpoſitio, Per, ad præpoſitionem, Ex, viciſſim tranſit, (quod contra doctrinam Sanctorum obiectant, qui cenſent has præpoſitiones in Diuinis ſimpliciter nihil habere diſcriminis, (vt dictum eſt) verum etiam in increa-

ὑποχωρεῖν ἀλλήλαις καὶ ἀντιμεθίστασθαι. πειθέτω δὲ αὐτοὺς καὶ τὰ ὑποδείγματα, οἷς οἱ διδάσκαλοι πρὸς ἔνδειξιν τῆς κατὰ τὴν τριάδα τῶν προσώπων προόδου καὶ τάξεως ἐχρήσαντο. οἷον ἥλιον ἀκτῖνα καὶ φῶς, ὀφθαλμὸν καὶ πηγὴν καὶ ποταμόν. ἔτι δὲ πηγὴν καὶ ποταμὸν καὶ λίμνην, ἢ ῥίζαν καρπὸν καὶ κλάδον. καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἐν οἷς δῆλον τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ τρίτον ἐκ τοῦ πρώτου διὰ τοῦ μέσου κατὰ μίαν πρόοδον μετὰ καὶ τοῦ τὴν φυσικὴν συνάφειαν καὶ ἑνότητα πρὸς ἄλληλα ἀποσώζειν.

Ἀφ' ὧν ὑποδειγμάτων δήπου, τῆς ὕλης καὶ τῶν κατ' αὐτὴν διαστημάτων καὶ τῆς ἑπομένης αὐτῇ ῥοπῆς ἀφαιρουμένων, ταυτὶ γὰρ ἐπὶ Θεοῦ χώραν οὐκ ἔχει. δι' ἃ δὴ καὶ πολλάκις τὰ ὑποδείγματα τοῖς διδασκάλοις ὅσον ἐν τούτοις ἀπήρεσκεν, ὁ περὶ τῆς πρὸς ἄλληλα τάξεως μετὰ τῆς συναφείας καταλείπεται λόγος· μόνος ἐπὶ Θεοῦ κατὰ τὰ θεῖα πρόσωπα λαμβάνεσθαι προσήκων. ὃς μόνος τῶν ἄλλων ὅσα ἕπονται παραλειπομένων ἐπὶ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις ἀρκεῖ. ὥστε καὶ τὴν πρόοδον, καὶ τὴν τάξιν, καὶ τὸ τῆς φύσεως οἰκεῖον, ὅσον ἀπὸ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνδέχεται παριστᾶν. εἰ γὰρ μὴ δὲ κατὰ τὴν τάξιν ταῦτα ληψόμεθα τὴν πρόοδον καθαρῶς ἐμφαίνουσαν. μὴ δὲ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως ἐνδεικτικὰ τῶν θείων προσώπων φήσομεν, οὐκ οἶδα τίποθ' ἡμῖν ἕτερον ταυτὶ τὰ ὑποδείγματα βούλεται.

tis has cedere inuicem, & alteram in alteram viciſſim tranſire. Perſuadeant autem ipſis etiam exempla, quibus Doctores ad oſtendendum proceſſum, & ordinem perſonarum in Trinitate vſi ſunt, veluti ſole, radio, ac luce. Oculo, (ideſt, prima fontis ſcaturigine) & fonte, ac flumine. Inſuper etiam fonte, flumine, atque palude; vel radice, ramo, & fructu, & ſimilibus; in quibus manifeſtum eſt, tertium habere exiſtentiam ex primo per medium ſecundum vnam proceſſionem, ſeruata ſimul naturali coniunctione, atque vnitate ad inuicem.

Ex quibus exemplis nimirum materia, & dimenſionibus, & ijs, quæ eam conſequuntur, detractis, (hæc enim in Deo locum non habent, ob quæ etiam ſæpè hæc exempla Doctoribus quoad omnia diſplicebant) reſtat ratio ordinis, qui inter perſonas ad inuicem eſt vna cum coniunctione. quæ ratio ſola conueniens eſt, vt in Deo ſecundum diuinas perſonas accipiatur. Quæ ſola in Deo relictis alijs, quæ ſequuntur, ſanctis Doctoribus placet; vt & proceſſum, & ordinem, ac naturæ coniunctionem, quantum fieri poteſt ab exemplis, noſtris exprimant: ſi enim hæc exempla neque ad exprimendum ordinem, qui proceſſum clarè indicat, ſumpſerimus. Neque dicemus eſſe, quæ Diuinarum perſonarum inter ſe relationem ſignificent, neſcio quid tandem aliud iſta exempla nobis exprimere velint.

Ὅτι οἱ ἅγιοι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα θεολογοῦσι, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι, καὶ ὑπάρχειν, καὶ προϊέναι, καὶ ἐκπορεύεσθαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ.

Καιρὸς δὲ ἤδη καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπερ ὡς ὁμολογούμενον ἐλλείπεται, καὶ ἐξ αὐτοῦ εἶναι, καὶ ὑπάρχειν, καὶ προϊέναι, καὶ ἐκπορεύεσθαι ἐκ τῶν διδασκάλων παραστῆσαι. καὶ μετὰ ταῦθ' ἡμῖν ἕξει τέλος ὁ προέστηκεν ὁ λόγος· αὐτίκα τοίνυν ὁ θεῖος Κύριλλος ἐν τῷ β. τῶν θησαυρῶν ἐφ' ἑνὶ τῶν κεφαλαίων, οὕτω τὴν ἐπιγραφὴν ποιεῖται. ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εἰ δὲ αὐτὸ τοῦτο πρόκειται αὐτῷ, δῆλον, ὅτι τὴν θέσιν καὶ πάνυ διϊσχυριζόμενος, βούλεται συμπεραίνειν· καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ οὕτως ἐπιγραφομένῳ κεφαλαίῳ φησίν. ἐπειδὴ τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ἡμῖν γινόμενον συμμόρφους ἡμᾶς ἀποδείκνυσι θεοῦ, πρόεισι δὲ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, πρόδηλον ὅτι τῆς θείας ἐστὶν οὐσίας, οὐσιωδῶς ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς προϊόν. πάλιν ἐν αὐτῷ. ἴδιον δὲ πάντως τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, καὶ οὐκ ἔξωθεν ἐπακτόν. καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ. ἀνάγκη τὸ πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας ὑπάρχειν ὁμολογεῖν αὐτὸ τῆς τοῦ υἱοῦ καὶ θεοῦ, παρ' αὐτοῦ τήν τε δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔχον. καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ. οὐκοῦν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα. ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην, εἰς τὸ ῥητὸν, τό, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὐκ ἄρα ἐλάττων ἐστὶν ὁ τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχων τῷ γεννήτορι πατρί. καὶ τὸ τοῦ γεννήσαντος πνεῦμα φύσεως ἰδίας ἔχων ἀγαθὸν, ζῶν τε καὶ ἐνυπόστατον, ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ ὁ πατήρ. πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῇ αὐτῇ ἑρμηνείᾳ εἰς τό, κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν. τῶν γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς φυσικῶν ἀγαθῶν οὐσιωδῶς ὑπάρχων ὁ υἱὸς κοινωνὸς, ἔχει τὸ πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, καθ' ὅνπερ ἂν νοοῖτο καὶ ὁ πατήρ· οὐκ ἐπακτὸν,

Quod Sancti ex ſubſtantia Patris & Filij Spiritum ſanctum eſſe Theologicè differunt, & ex Filio eſſe, atque exiſtere, proficiſcique, & procedere.

Cap. XII.

IAm verò tempus eſt, ex Doctoribus probare Spiritum ſanctum ex ſubſtantia eſſe Patris & Filij, (quod tanquam confeſſum acceptum eſt) & ex ipſo (Filio) eſſe, atque exiſtere, proficiſcique, & procedere, poſt hæc conuenientem finem habebit noſtra oratio. Principio igitur Diuus Cyrillus in ſecundo libro Theſaurorum in vno ex capitibus ſic inſcriptionem facit: Quod ex ſubſtantia Patris ac Filij Spiritus ſanctus. Quod ſi idipſum propoſitum eſt ipſi, manifeſtum eſt, quod theſim valde admittens vult eam concludere. atque in ipſo capitulo, quod ita inſcribitur, ait, Quoniam igitur Spiritus ſanctus cum in nobis fuerit, conformes nos Deo facit; proficiſcitur autem ex Patre ac Filio, clarum eſt, quod diuinæ ſit ſubſtantiæ, eſſentialiter in ipſa, & ex ipſa prodiens. Rurſus in eodem cap. Proprius eſt autem Spiritus Filij, atque non ab extra illatus. Rurſuſque in alio cap. Neceſſe eſt fateri Spiritum ipſum ex ſubſtantia Filij ac Dei exiſtere, cùm omnem ipſius cùm potentiam, tum operationem habeat. Rurſus in alio: Igitur ex ſubſtantia Filij Spiritus ſanctus.

Præterea idem in expoſitione in Euangelium ſecundum Ioannem in illud dictum, Et Deus erat Verbum. Non ergo minor eſt, qui eandem operationem cum Patre perfectò habet, viuens & ſubſiſtens, quemadmodum ſanè & ipſe Pater. Rurſus idem in eadem expoſitione in illud, Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis. Cum enim Dei & Patris naturalium bonorum eſſentialiter Filius ſit particeps, habet Spiritum ad eum modum, ſecundùm quem intelligi poteſt & Pater, non inductum, neque ab extra. fatuum quippe

κτὸν, οὐδ᾽ ἔξωθεν. εὔηθες γάρ, μᾶλλον δὲ μανικὸν τὸ οὕτω φρονεῖν. ἀλλ᾽ ὥσπερ καὶ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα συνέχει· καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω προχεῖ. διά περ τοῦτο καὶ σωματικῶς αὐτὸ ἐνεφύσησεν ὁ Χριστός. δεικνὺς ὅτι καθὼς ὥσπερ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ἀνθρωπείου πρόεισι τὸ πνεῦμα σωματικῶς, οὕτω καὶ ἐκ τῆς οὐσίας θεοπρεπῶς προχεῖται τὸ ἐξ αὐτῆς. πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς Παλλάδιον κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν λόγοις, ἔγγιστα τῆς ἀρχῆς. ζητητέον δέ, οὗτινος τὸ πνεῦμά ἐστιν. ἢ εἴπερ τὸ ζητηθῆναι νοσεῖ, ἐπ᾽ αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν, εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, καὶ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ προχεόμενον πνεῦμα. πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον τρίτῃ αὐτοῦ ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή· τοῦ σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος, ὁ φιλῶν πατέρα, ἢ μητέρα. εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει τὸ πνεῦμα ἰδικῇ, καὶ δὴ καὶ νοεῖται καθ᾽ ἑαυτό, καθὸ πνεῦμά ἐστι καὶ οὐχ υἱός. ἀλλ᾽ οὖν ἔστιν οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια· καὶ προχεῖται παρ᾽ αὐτοῦ καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. εἰ δέ τις ἐνταῦθα τὸ πνεῦμα χάρισμα βούλεται ἀνυπόστατον εἶναι. ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ζῶν τε καὶ ἐνυπόστατον εἴρηκε, καὶ ἐν ὑποστάσει εἶναι ἰδικῇ, καὶ καθ᾽ ἑαυτό. ἔπειτα καὶ ὅτι σωματικῶς αὐτὸ ἐνεφύσησεν ὁ Χριστός, οὐκ ἄλλο ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ οὐσιῶδες καὶ ἐνυπόστατον δεδωκέναι λέγουσιν. ἐν γὰρ τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος, πνεῦμα τῷ ζῶντι λόγῳ συντεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν. ζῶσα δύναμις, καὶ θεία φύσις ἄρρητος ἐξ ἀρρήτου στόματος πεφηνυῖα, ἀρρήτως καὶ κατὰ τὴν ἐμφύσησιν εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀπεσταλμένη. καὶ κατὰ τὸν σωματικῶς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ δειχθέντα τύπον, αὖθις ὑπ᾽ αὐτοῦ δι᾽ ἐμφυσήσεως εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀποκαθισταμένη. εἰ τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ δι᾽ ἐμφυσήσεως ἀποκατασταθὲν τῷ ἀνθρώπῳ θεία φύσις λέγεται, καὶ τῷ ζῶντι λόγῳ συντεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν, πῶς αὖ τις ἀνούσιον εἴποι; ἔτι δὲ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιστολῇ, ἀμέλει, τοῦ

πα-

eſt, quin potius inſanum ita ſentire; verum vt quiſque noſtrum proprium in ſe continet Spiritum, & eum ex intimis viſceribus foras effundit, ob id etiam Chriſtus corporaliter eum inſufflauit, oſtendens, quod quemadmodum ex ore humano procedit Spiritus corporaliter, ſic etiam ex ſubſtantia, qui ex ipſa eſt, effunditur Spiritus, vt Deum decet. Iterum idem in Orationibus ſecundum interrogationem, & reſponſionem ad Palladium prope principium: Mutabilis autem nequaquam Spiritus eſt, vel ſi hoc morbo mutationis laborat, in ipſam diuinam naturam recurret reprehenſio. ſiquidem eſt Dei & Patris, quin etiam Filij, qui eſſentialiter ex ambobus, ideſt, ex Patre per Filium effunditur Spiritus. Iterum idem in epiſtola tertia ad Neſtorium, cuius initium, Saluatore noſtro dicente, qui amat patrem, vel matrem: Et ſi enim in hypoſtaſi propria eſt Spiritus, & etiam intelligitur per ſe, quatenus eſt Spiritus, & non eſt Filius; nihilominus non eſt alienus ab ipſo, Spiritus enim veritatis nominatus eſt, porrò Chriſtus eſt veritas, & ab ipſo effunditur, non aliter profectò atque à Deo & Patre.

Quod ſi quis hoc loco Spiritum donum minimè ſubſiſtens vult eſſe: verum primum quidem viuentem (Spiritum) & ſubſiſtentem dixit, & in propria hypoſtaſi eſſe, ac per ſe. Deinde quando etiam corporaliter ipſum Chriſtus inſufflando dedit, non alium, quam Spiritum ſanctum, ipſum per ſe ſubſiſtentem dediſſe aſſerunt. In ijs enim quæ ad Amphilochium Magnus Baſilius tradit, Spiritus, inquit, eiuſdem ordinis eſt cum viuente Verbo ad creandum, viua potentia, & diuina natura, ineffabilis ex ineffabili ore exiſtens, ineffabiliter etiam ſecundum inſufflationem in hominem miſſa, & ſecundum formam corporalem oſtenſam à Chriſto, rurſus ab eo per inſufflationem in hominem reſtituta. Si igitur Spiritus per inſufflationem homini reſtitutus, diuina natura dicitur, & eiuſdem ordinis, ac Maieſtatis eſt cum viuente Verbo ad creandum, quonam modo quiſpiam donum inſubſiſtens dixerit? Prætereà Magnus Athanaſius in epiſtola ad Serapionem

πατρὸς πέμποντος τὸ πνεῦμα, ὁ υἱὸς ἐμφυσῶν δίδωσιν αὐτὸ τοῖς μαθηταῖς, ἐπειδὴ πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ ἐστί. Καὶ ὁ Κύριλλος ἐν δ. τῶν πρὸς Ἑρμείαν, τῷ διὰ σαρκὸς καὶ ἐμφανεστέρῳ φυσήματι τὴν τοῦ πνεύματος φύσιν εὖ μάλα ἐσκιαγράφησεν. ἔτι δὲ, κατὰ τὴν τῶν θεοφανίων ἑορτὴν ἐν τοῖς ᾄσμασιν ᾄδομεν, εἰς ὄνομα δὲ τίνος σε βαπτίσω, πατρός; ἀλλὰ τοῦτον φέρεις ἐν σεαυτῷ. υἱοῦ; ἀλλ' αὐτὸς ὑπάρχεις ὁ σαρκωθείς. πνεύματος ἁγίου; καὶ τοῦτο οἶδας διδόναι τοῖς πιστοῖς διὰ στόματος. ἀλλὰ καὶ ἡ ε. σύνοδος ἐν ιβ. κεφαλαίῳ τοῦ τέλους αὐτῆς, οὕτω φησίν. εἴ τις ἀντιποιεῖται Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας, τοῦ εἰπόντος, ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστόν. καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἀναριθμήτων αὐτοῦ βλασφημιῶν τολμήσαντος εἰπεῖν, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐμφυσήσας ὁ κύριος τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἰπὼν, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, οὐκ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ σχήματι μόνῳ ἐνεφύσησε. τοῖς οὖν τὰ αὐτὰ καὶ τὰ ὅμοια αὐτοῖς φρονήσασι πώποτε, καὶ μέχρι τέλους ἐμμείνασι τῇ τοιαύτῃ ἀσεβείᾳ, ἀνάθεμα ἔστω. Ἐπισυνάγειν δὲ ἔξεστιν ἀπὸ τῶν τοῦ θείου πατρὸς Βασιλείου. ὅτι τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ ὑπάρχειν εἴρηκε. στόμα μὲν γὰρ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. ὁ δὲ, ἐξ ἀρρήτου στόματος εἶπεν αὐτὸ πεφηνέναι. εἰ γὰρ τὸ πεφηνέναι τις ἀντὶ τοῦ φαίνεσθαι ἐξηγεῖται, οὐδὲν λέγει. πρῶτον μὲν γὰρ οἱ ἅγιοι ἀντὶ τοῦ εἶναι αὐτὸ λαμβάνουσιν. ὅ, τε γὰρ θεῖος Βασίλειος φησὶ, τὸ πνεῦμα οὐδὲν ἔχον ἐστὶν ἐπίκτητον, ἀλλ' ἀϊδίως πάντα ἔχων. ὡς πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνός. ὅ, τε θεῖος Κύριλλος ἐν τῷ πρὸς Οὐαλλεριανὸν Ἐπίσκοπον λόγῳ, φησὶν, ἅγιος γὰρ ὢν κατὰ φύσιν καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ πατὴρ, ὁ ἐξ αὐτοῦ πεφηνὼς υἱὸς μονογενής, ἡγιάσθαι λέγεται παρὰ τοῦ πατρὸς καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος. οὐ τὸ πεφηνέναι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκλάμπειν τὴν ἄχρονον ὕπαρξιν τοῦ υἱοῦ δηλοῖ· οἷον ὅταν ὁ Δαμασκηνὸς λέγῃ· Σὺ μήτηρ Θεοῦ ἀσυνδυάστως γεγέννηκας τὸν ἐξ ἀκηράτου πατρὸς ἐκλάμψαντα. ἔτι δὲ ὁ Στουδίτης ἐν τοῖς ᾄσμασι ψάλλει. ὁ πατὴρ γὰρ ἄναρχος, ἐξ οὗ ἔφυ ὁ υἱὸς ἀχρόνως. καὶ τὸ πνεῦμα σύνθρονον, σύμμορφον ἐκ πατρὸς συνεκλάμ-

λάμ-

de ſancto Spiritu. Profectò Patre mittente Spiritum, Filius inſufflando dat eum diſcipulis. quando quidem omnia quæ habet Pater, Filij ſunt: & Cyrillus in libro quarto ad Hermiam, Corporali ac manifeſta inſufflatione, Spiritus naturam apprimè adumbrauit. Præterea, cùm celebramus feſtum Epiphaniæ in hymnis canimus: in cuius te nomine lauacro tingam? Patris? ſed eum geris in te ipſo. Filij? ſed ipſe exiſtis incarnatus. Spiritus ſancti? & hunc noſti dare per os fidelibus. Sed & quinta Synodus in duodecimo capite ſui finis, ſic ait, Si quis defendit Theodorum Mopſueſtenſem impium, qui dixit, alium eſſe Deum Verbum, & alium Chriſtum. & inter cæteras ſuas innumeras blaſphemias auſus eſt dicere, poſt reſurrectionem Dominum, cùm inſufflauit Diſcipulis, ac dixit, Accipite Spiritum ſanctum, non dediſſe Spiritum ſanctum, ſed ſpecie quadam inſufflaſſe. ijs ergo, qui his ſimilia aliquando ſenſerunt, & ad finem vſque in ea impietate perſtiterunt, Anathema eſto.

Colligere autem licet ex dictis Diui Patris Baſilij, quod Spiritum ex Filio conſtare dixit. quippe os Patris Filius eſt. Baſilius autem ex ineffabili ore dixit eum apparere, (hoc eſt eſſe & exiſtere) Si quis enim πεφηνέναι, apparere exponat, videri, nihil dicit. Primum quidem quod Sancti loco, eſſe, illud accipiunt. Etenim tum Diuus Baſilius ait, Spiritus nihil habet acquiſitum, ſed ab æterno cuncta habet, cùm Spiritus Dei ſit, & ex ipſo apparuerit; tum Diuus Cyrillus in oratione ad Valerianum Epiſcopum, ait, Cùm enim ſit Sanctus ſecundum naturam profectò ſicut & Pater, qui ex ipſo eſt Filius vnigenitus, ſanctificari à Patre dicitur, quatenus eſt homo. Nec tantum, πεφηνέναι, apparere (ideſt eſſe) ſed etiam illud elucere, æternam Filij exiſtentiam ſignificat. Verbi gratia, cùm Damaſcenus dicit: Tu mater Dei inſeparabiliter facta es illius, qui ex intemerato Patre eluxit. Adhuc etiam Studites in Canticis pſallit, etenim Pater ſine principio eſt, ex quo natus eſt Filius ante tempora, & Spiritus ſanctus eiuſdem Maieſtatis ſocius ex Patre ſimul eluxit, Iam verò

etiam

λάμψαι. Καὶ μὴν καὶ τὸ προϊέναι καὶ ἀναβλύζειν καὶ ἐκπέμπεσθαι, ὥσπερ εἴρηται, οὐδὲν ἧττον τὴν ὕπαρξιν τοῦ υἱοῦ παρίστησιν, ὥσπερ καὶ αὐτὸ τὸ γεννᾶσθαι. ἃ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ πνεύματος τὸν ἴσον τρόπον ἔχειν ῥητέον, ἐπειδὴ αὐτὸ πεφηνέναι καὶ προϊέναι καὶ ἀναβλύζειν παρὰ τοῦ υἱοῦ λέγεται. ἔπειθ' ὁ τὴν λέξιν ἐξηγούμενος, ἀγνοεῖν ἔοικε τὰ μικρὰ ταυτὶ καὶ παιδαριώδη. ὅτι τινὰ τῶν ῥημάτων ἐπὶ τῶν ἐνεστώτων ἄλλο σημαίνοντα, ἐπὶ τῶν ἰδίων παρῳχημένων, ἢ καὶ μελλόντων ἑτέρας σημασίας μεταλαμβάνει. οἷον, πράττω μὲν ἐπὶ ἐνεστῶτος δηλοῖ τὸ ἐνεργῶ. τὸ δὲ πέπρακα ἐπὶ τοῦ ἰδίου παρακειμένου τό, ἐπώλησα σημαίνει. ὡς ἔχει τὸ ψαλλόμενον, καὶ ὡς δοῦλον πέπρακε τὸν κύριον· καὶ πείθω μὲν ἐπὶ ἐνεστῶτος, τὸ καταπείθω σημαίνει. τὸ δὲ πείθομαι ἐπὶ μέλλοντος, ἐπὶ πάθους ἀντὶ τοῦ ὑπομενῶ λαμβάνεται. ὥστε καὶ τὸ φαίνω ῥῆμα τὸ λάμπω καὶ δείκνυμι δηλοῦν ἐπὶ ἐνεστῶτος, ἐπὶ τοῦ πεφηνέναι παρῳχημένου τὸ εἶναι καὶ ὑπάρχειν ἐνταῦθα σημαίνει. ὡς αἱ ῥήσεις ἔκκεινται τῶν ἁγίων, καὶ ἡ σύμφρασις μετὰ τῆς ἐννοίας τοῦτο καταναγκάζει. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦτ' ἔξεστι λέγειν, ὡς ἐπειδὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ τοῦ υἱοῦ δίδοσθαι, ἢ χορηγεῖσθαι ἢ πέμπεσθαι λέγεται, οὐκ αὐτὸ τηνικαῦτα τὸ ἐνυπόστατον πνεῦμα ἅγιον δηλοῦται, ἀλλ' ἕτερόν τι ἀνυπόστατον. πρῶτον μὲν γὰρ οὐ πολλὰ πνεύματα ἅγια εἰσίν, ὅ, τε γὰρ Γρηγόριος ὁ θεολόγος ἐν τῷ πρὸς Ἥρωνα τὸν φιλόσοφον φησίν. ὅριζου δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν διδάσκων, ἕνα μὲν εἰδέναι Θεὸν ἀγέννητον τὸν πατέρα, ἕνα δὲ γεννητὸν τὸν υἱόν, ἓν δὲ πνεῦμα ἅγιον προελθὸν ἐκ τοῦ πατρὸς ἢ καὶ προϊόν. ὅ, τε θεῖος Σωφρόνιος Πατριάρχης Ἱεροσολύμων ἐν τῇ τῆς πίστεως ὁμολογίᾳ αὐτοῦ· μετά τινα ἐπάγει. καὶ εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον. περὶ δὲ τούτων καὶ ὁ μέγας Παῦλος φησί, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον ἐν ᾧ τὰ πάντα. ἔπειτα εἰ καὶ δοίημεν λέγεσθαι καὶ ἄλλα πνεύματα, ἀλλ' οὐδὲν ἐκείνων πνεῦμα ἅγιον λέγεται, ἢ καὶ θεῖον. οὐδ' ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἢ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον, οὐδ' ἐνυπόστατον. ἐπείπερ οὐ τῆς αὐτῆς φύσεως, οὐδ' ἀξίας. ἀλλὰ διαφέρει τοσοῦτον, ὅσον τοῦ ποιητοῦ τὰ

ποιή-

etiam proficiſci & emanare, atque emitti, vt dictum eſt, non minus exiſtentiam Filij exprimit, non ſecus atque ipſum generari. Quæ ſanè etiam in Spiritu æquali modo ſe habere dicendum eſt; quando ipſe (Spiritus) apparere, prodire, ſeu proficiſci, & emanare à Filio dicitur. Deinde, qui dictionem illam πεφηνέναι, apparere, aliter interpretatur, minuta hæc, atque puerilia ignorare videtur, quod nonnulla verba in præſenti aliud ſignificant, in præteritis proprijs, vel etiam futuris aliam ſignificationem poſtea ſumunt. Verbi gratia πράττω, ago, in præſenti ſignificat efficio, ſed illud πέπρακα, in præterito proprio ſignificat vendidi, iuxta illud, quod in Eccleſia Orientali canitur, & vt ſeruum vendidit Dominum. Item πείθω, ſuadeo, in præſenti ſignificat perſuadeo, illud autem πείθομαι, mihi perſuadeo, in futuro πείσομαι, paſſionem denotat, atque pro ſuffero, tollero, patior accipitur. Itaque & verbum φαίνω, in præſenti, illumino, & oſtendo cum ſignificet, in præterito πεφηνέναι, eſſe, atque exiſtere hoc loco ſignificat; vt dicta Sanctorum in medium allata probant, idque ſeries ſermonis cum ſenſu fateri nos cogit.

Sed neque illud dicere fas eſt, quod quando Spiritus ſanctus à Filio dari, & erogari, ſeu mitti dicitur, non ipſe tunc ſubſiſtens Spiritus ſanctus indicatur, ſed aliud quidpiam minime ſubſiſtens. Nam primum quidem non multi Spiritus ſancti ſunt. Etenim Gregorius Theologus in oratione ad Heronem philoſophum ait, Definias autem etiam noſtram pietatem docens, vt vnum Deum noſcant ingenitum Patrem, vnum verò genitum Filium, vnum etiam Spiritum ſanctum ex Patre proficiſcentem, ſeu procedentem. Sanctus quoque Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus in ſua confeſſione fidei, poſt nonnulla infert, & in vnum Spiritum ſanctum. & ante hos Magnus Paulus ait, & vnus Spiritus ſanctus in quo omnia. Deinde ſi demus multos alios Spiritus dici, ſed nullus eorum dicitur Spiritus ſanctus, vel Diuinus, neq; ex Patre procedens, vel per Filium procedens, neq; ſubſiſtens; quia neq; eiuſdem naturæ, atq; dignitatis ſunt; ſed tantum differunt, quantū creata

à crea-

ποιήματα. ὅτι μὲν γὰρ οὐδὲν ἕτερον, δῆλον ἐκ τῆς κοινῆς ἐννοίας
τῆς πίστεως. ἡ τρία μόνα πρόσωπα τίθησιν εἶναι τὸν Θεόν. φανε-
ρὸν δὲ καὶ παρὰ τῶν ἁγίων αὐτῶν. ὁ γὰρ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ
πρὸς Σεραπίωνα ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, τὰ γράμματα τῆς σῆς ἱε-
ρᾶς διαθέσεως· φησὶν, εἴποτε γοῦν ὅπου τῆς γραφῆς εὑρίσκεται
τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἁπλῶς εἰρημένον πνεῦμα, χωρὶς προσθήκης
τοῦ λέγεσθαι ἢ τοῦ Θεοῦ, ἢ τοῦ πατρὸς, ἢ ὅτι ἐμοῦ, ἢ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ
καὶ τοῦ υἱοῦ. ἢ παρ' ἐμοῦ, ὅ ἐστι παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἢ μετὰ τοῦ ἄρθρου,
ἵνα μὴ ἁπλῶς λέγηται πνεῦμα, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ· ἢ αὐτὸ
τοῦτο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ παράκλητον, ἢ ἀληθείας· ὅ ἐστι τοῦ
υἱοῦ τοῦ λέγοντος, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια, ἵνα ἀκούσαντες μὴ ἁπλῶς
πνεῦμα ὑπονοήσητε εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ ὁ θεῖος δὲ
Ἀναστάσιος Πατριάρχης Ἀντιοχείας ἐν τῷ δογματικῷ αὐτοῦ λόγῳ,
οὗ ἡ ἀρχὴ, τὸν περὶ τῆς ὑγιοῦς ὑμῶν πίστεως λόγον, μετὰ πολλά φη-
σι, πνεῦμα δὲ ἅγιον ὅλως οὔπω λεγόμενον οὐχ εὑρήσεις. πνεῦμα
δὲ, καθὰ φθάσας ἔφην, λέγεται ὁ Θεὸς, καὶ ἅγιος ὁ Θεός. συν-
τιθέμενα δὲ ἄμφω τὰ ὀνόματα τῷ ἰδίως καλουμένῳ πνεῦμα ἁ-
γίων ἁρμόζει. καθάπερ ἡ τοῦ πατρὸς ἐπίκλησις τῷ αἰτίῳ, καὶ ἡ
τοῦ υἱοῦ, τῷ ἀμέσως ἐκ τοῦ αἰτίου. ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστο-
μος ἐν τῇ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁμιλίᾳ, ἧς ἡ ἀρχὴ, χθὲς
ἡμῖν ὦ φιλόχριστοι, φησί. ταῦτα τὰ ὀνόματα τῆς ἀϊδίου φύσεως
τοῦ ἁγίου πνεύματός εἰσι. πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ,
πνεῦμα κυρίου, πνεῦμα πατρὸς, πνεῦμα υἱοῦ, πνεῦμα Χρι-
στοῦ, πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος τὸν Χριστὸν, πνεῦμα ζωῆς, πνεῦ-
μα ἀληθείας. εἰ τοίνυν τὸ λέγεσθαι πνεῦμα υἱοῦ, καὶ πνεῦμα
ἀληθείας, αὐτὴν τὴν φύσιν τοῦ ἁγίου πνεύματος σημαίνει, φα-
νερὸν ὅπερ ἐλέγετο. ὡς ἐπειδὴ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, καὶ τὸ πνεῦ-
μα τῆς ἀληθείας παρ' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ ἀποστέλλεσθαι λέγεται, αὐτὸ
τὸ ἐνούσιον καὶ ἐνυπόστατον θεῖον πνεῦμα ὁ παράκλητος, ὁ ἐκ τοῦ
πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενος κατὰ τὴν τῶν ἁγίων θεολογίαν,
οὐ μέν τοι χάρισμά τι ἀνυπόστατον, ὥς τινες οἴονται, δηλοῦται.
εἰ δὲ πάλιν ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τοῖς αὐτοῖς λέγει. ὅταν δὲ
ἀκούς

à creatore. Quod enim nullus alius ſit Spiritus, conſtat ex communi ſenſu fidei, quæ tres ſolas perſonas ponit eſſe Deum. patet etiam ex ipſiſmet Sanctis. Magnus enim Athanaſius in Epiſtola ad Serapionem, cuius initium, Literas ſacri tui affectus, ait, Dicite igitur vbi in Scripturis ſacris reperitur Spiritus ſanctus, Spiritus ſimpliciter dictus, ſine additamento Dei, aut Patris, aut meus, aut ipſius Chriſti, & Filij, aut à me, hoc eſt à Deo, aut ſine articulo, ita vt cum non ſimpliciter dicatur Spiritus: ſed Spiritus Dei, vel hoc ipſum, Spiritus ſanctus, aut Paraclitus, aut veritatis, hoc eſt Filij, qui ſeipſum nominat veritatem, & non ſimpliciter allegetur hæc vox Spiritus, ſed cum additamento, Spiritum ſanctum, eſſe intelligere & ſentire debeatis.

Sanctus quoque Anaſtaſius Patriarcha Antiochenus in ſua dogmatica oratione, cuius initium, Orationem de recta fide noſtra, poſt multa dicit: Spiritum verò ſanctum omninò ſic dictum non reperies: Spiritus autem, vt antea dixi, dicitur Deus, & ſanctus quoque dicitur Deus, coniuncta verò ſimul ambo nomina, ei, qui peculiariter vocatur Spiritus ſanctus, conueniunt. quemadmodum appellatio Patris, cauſæ, & Filij appellatio ei conuenit, qui immediatè ſit ex cauſa.

Sed & Diuus Chryſoſtomus in homilia de Spiritu ſancto cuius initium, Heri nobis ò amatores Chriſti, ait, Hæc nomina ineffabilis naturæ ſancti Spiritus ſunt: Spiritus Dei, Spiritus qui ex Deo, Spiritus Domini, Spiritus Patris, Spiritus Filij, Spiritus Chriſti, Spiritus eius, qui ſuſcitauit Chriſtum, Spiritus vitæ, Spiritus veritatis, ſi igitur dici Spiritum Filij & Spiritum veritatis ipſam naturam Spiritus ſancti ſignificat, patet quod dicebatur, nimirum quando Spiritus Filij, & Spiritus veritatis ab ipſo Filio mitti dicitur, ipſe ſubſtantialis, atque ſubſiſtens Diuinus Spiritus, qui Paraclitus eſt, qui ex Patre per Filium procedit, ſecundum Theologiam Sanctorum, non autem donum aliquod ſubſiſtentiam non habens, vt nonnulli putant, ſignificatur. Quod ſi rurſus Diuus Chryſoſtomus in ijſdem aſſerit, quando verò audis mitti, ne Deitatem in-

ἀκούσῃς ἀποστέλλεσθαι, μὴ τὴν θεότητα ἐκλάβῃς εἰρῆσθαι. Θεὸς γὰρ οὐκ ἀποστέλλεται, οὐδὲν τῷ λόγῳ προσίσταται. οὐδ᾽ αὐτός ἐστιν ἑαυτῷ ἐναντίος· καὶ γὰρ καθὸ Θεὸς οὐδὲν ἀποστέλλεται τῶν προσώπων, οὐδὲ καθὸ οὐσία καὶ θεότης. οὔτε γὰρ ἂν εἶεν Θεῶν πλῆθος ἀποστελλόντων καὶ ἀποστελλομένων, καὶ τῶν μὲν κυρίων, τῶν δὲ δούλων, ἢ καὶ τῶν αὐτῶν ἑκάτερα. οὐ γὰρ ἂν εἴη κυρίως Θεὸς, ἂν καθὸ Θεὸς ἀποστέλλεσθαι λέγηται. καθ᾽ ὃν δὴ λόγον ὁμοίως οὐδὲ καθὸ Θεὸς ὁ πατὴρ γεννᾷ τὸν υἱόν. οὐδὲ ἡ οὐσία λέγοιτ᾽ ἂν ἁπλῶς γεννᾶν οὐσίαν. εἵπετο γὰρ ἂν ἢ τρεῖς εἶναι πατέρας, ἢ τρεῖς οὐσίας καθ᾽ αὐτὰς διῃρημένας, μεμερισμένας, καὶ ἀπεσχοινισμένας ἀλλήλων. ἀλλὰ καθὸ πρόσωπον λέγεται ἀποστέλλεσθαι. ὥσπερ καὶ καθὸ μὲν πατὴρ, ὁ πατὴρ γεννᾷ, καθὸ δὲ υἱὸς, ὁ υἱὸς γεννᾶται, δηλονότι κατὰ τὰς τῶν ὑποστάσεων ἰδιότητας, καὶ τὰς αὐτῶν σημασίας, καὶ κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα τάξιν τῶν τοιούτων τοῖς προσώποις ἀποδιδομένων οἰκείως· μετὰ τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ταυτότητος, οὔκουν ὁ ἅγιος πρὸς ταῦτα ὁρῶν ἐκεῖνο ἀπέφησεν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν τιθεὶς πολλαχοῦ φαίνεται, ἐκεῖνο δὲ ἀποφάσκει. ἵνα μὴ δύο Θεοὶ καθὸ Θεοὶ διῃρημένοι νοοῖντο. ὁ μὲν πέμπων, ὁ δὲ πεμπόμενος, ἐπείπερ ὁ πέμπων τοῦ πεμπομένου δοκεῖ χωρίζεσθαι. καὶ οὕτως ὁ μὲν κύριος, ὁ δὲ δοῦλος. καὶ δύο θεότητες; καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν ἀτόπων ἕπεται. ἄλλως τε πῶς ἂν ὁ ἅγιος τὸν παράκλητον ἀποστέλλεσθαι παρὰ τοῦ υἱοῦ ἀπηρνήσατο· ὅπου γε αὐτὸς ὁ κύριος φησὶ περὶ ἑαυτοῦ διαρρήδην, ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. πλὴν εἰ μὴ λέγει τις καὶ αὐτὸν τὸν παράκλητον τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ τῆς τριάδος ἓν θεῖον πρόσωπον αἴτιον εἶναι. ἀλλὰ τοῦτο μετὰ τῆς ἀσεβείας, πολὺ καὶ τὸ ἀνόητον ἔχει. μᾶλλον μὲν οὖν ὁ θεῖος Χρυσόστομος καὶ πολλὴν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ τὴν ἰσχὺν δίδωσιν. ἐν γὰρ τῇ λθ. ὁμιλίᾳ τῆς εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐξηγήσεως, οἷον ἀπὸ τοῦ ἐναντίου τὸν λόγον σχηματίζων φησί. καὶ πῶς φησὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁ πέμπων καὶ ὁ πεμπόμενος; καὶ ἐπάγει· πάλιν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπινα καταφέρεις τὸν λόγον, καὶ οὐκ

ἐν-

intelligas dici, Deus enim non mittitur. nihil rationi aduerſatur, neque ſibi ipſe eſt contrarius. Etenim quatenus Deus eſt, nulla perſona mittitur. Neque quatenus eſt ſubſtantia, & Deitas: ſic enim eſſet multitudo Deorum mittentium, & miſſorum, & eorum, qui eſſent Domini, & qui ſerui, vel eorundem, qui eſſent vtraque. Non enim eſſet propriè Deus, ſi quatenus Deus mitti diceretur. iuxta quam rationem neque Pater quatenus eſt Deus generat Filium, neque ſubſtantia dicetur ſimpliciter generare ſubſtantiam: ſequeretur enim vel tres eſſe Patres, vel tres ſubſtantias per ſe conſideratas, diuiſas, atque ab inuicem ſeiunctas; ſed quatenus eſt perſona mitti dicitur. Quemadmodum etiam quatenus eſt Pater, Pater generat: quatenus verò eſt Filius, Filius generatur; videlicet ſecundum proprietates hypoſtaſeon, & earum ſignificationes, & ſecundum ordinem talium, quem habent ad inuicem: quæ perſonis propriè vna cum identitate ſecundum ſubſtantiam aſſignantur.

Non igitur Sanctus ad hæc reſpiciens illud negauit, ſed hoc multis in locis affirmaſſe conſtat, illud autem negat, ne duo Dij, quatenus Dij diuiſi intelligantur; hic quidem mittens, ille verò miſſus. Quoniam qui mittit ab eo qui mittitur ſeparari ſolet, & ſic vnus quidem Dominus eſt, alter verò ſeruus; & duæ Deitates, ac ſi quid aliud inconueniens ſequitur. Alioquin quomodo Sanctus Doctor Paraclitum mitti a Filio negaſſet, cùm Dominus ipſe de ſe ad verbum dicat, Cùm autem venerit paraclitus, quem ego mittam vobis Spiritum veritatis, qui à Patre procedit? Niſi fortè quis etiam ipſum paraclitum Spiritum veritatis, vnam Diuinam Trinitatis perſonam carere ſubſiſtentia dicat. Cæterum hoc præterquam quod ſit impium, etiam multum ſtultitiæ habet.

Immo Chryſoſtomus præſentem veritatem valde confirmat in hom. 39. in expoſitionem Euang. ſecundum Ioannem quaſi à contrario ſermonem componens, ait, Et quomodo, inquit, eiuſdem ſubſtantiæ eſt, qui mittit, & qui mittitur? & ſubiungit, Rurſus ad res humanas deorſum ſermonem trahis, & non in-

ἐννοῆς, ὅτι ταῦτα πάντα οὐδὲν ἕτερον εἴρηται, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν αἴτιον εἰδῶμεν, καὶ εἰς τὴν τοῦ Σαβελλίου μὴ καταπέσωμεν νόσον; ἐν τούτοις δύο τινὰ συνάγονται. πρῶτον, ὅτι ὁ πέμπων, οὐσία ἐνυπόστατός ἐστι. καὶ ὁ πεμπόμενος ὡσαύτως. τῆς γὰρ αὐτῆς οὐσίας ἄμφω καὶ πάνυ ὁμολογεῖ. δεύτερον ὅτι τὸ πέμπεσθαι ἅμα μὲν τὴν διάκρισιν τῶν θείων ἐμφαίνει προσώπων, ἅμα δὲ καὶ τὸν αἴτιον παρίστησιν. οὐδὲν γάρ φησιν ἕτερον τὸ πέμπεσθαι εἴρηται, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν αἴτιον εἰδῶμεν, καὶ εἰς τὴν τοῦ Σαβελλίου μὴ καταπέσωμεν νόσον. εἰ τοίνυν τὸ πέμπειν καὶ πέμπεσθαι τὸ αἴτιον καὶ τὸ αἰτιατὸν ἐμφαίνει, παρὰ δὲ τοῦ υἱοῦ πέμπεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εὔδηλον κατὰ τὸν θεῖον Χρυσόστομον, ὅτι ὁ υἱὸς αἴτιος τοῦ ἁγίου πνεύματός ἐστι. περὶ γὰρ τὸ ἑπόμενον τοῦτο οὐδὲν προΐσταται. οὕτως ἡ ἀλήθεια καὶ ἐξ ὧν τινὲς αὐτὴν βούλονται παραθεῖν λαμπρότερον διαλάμπει, καὶ πᾶν αὐτοῖς εἰς τοὐναντίον περιίσταται. ὅτι δὲ τὰ παρὰ τὸ ἓν ἅγιον πνεῦμα τὸ παράκλητον τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας πολλὰ ἕτερα λεγόμενα πνεύματα τοσοῦτον αὐτοῦ διαφέρει, ὅσον τοῦ ποιητοῦ τὰ ποιήματα, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων Γρηγορίῳ τῷ θεολόγῳ ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγῳ. φησὶ γάρ, πνεῦμα λέγεται υἱοθεσίας, ἐλευθερίας, πνεῦμα συνέσεως, πνεῦμα σοφίας, βουλῆς, ἰσχύος, γνώσεως, εὐσεβείας, φόβου Θεοῦ. καὶ γὰρ ποιητικὸν τούτων ἁπάντων. ἐπεὶ τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ποιητικὸν τῶν χαρισμάτων τούτων ὁ διδάσκαλος λέγει, δῆλον, ὡς ταῦτα τῶν ποιημάτων ἐστίν. ὀνομάζεται δὲ ἀπὸ τῶν τούτων τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ τὸ πανάγιον πνεῦμα. καθάπερ καὶ δημιουργὸς ἀπὸ τῶν δημιουργημάτων καλεῖται, καὶ ἀπὸ τῶν τεχνητῶν ὁ τεχνίτης, καὶ ὅλως ἀπὸ τῶν αἰτιατῶν ὁ αἴτιος. διὸ καὶ ἐνεργήματα ὁ μακάριος εἴρηκε Παῦλος, εἰπών, καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσίν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι. τὸ γοῦν τὰ ἐνεργήματα ἄκτιστα λέγειν, ἴσον ἐστὶ τῷ τὰ δημιουργήματα τῆς τοῦ ἀκτίστου προσηγορίας ἀξιοῦν. ἄτοπον δὲ καὶ ἄλλως τὴν βουλὴν ἢ τὸν φόβον ἐν τῷ Θεῷ λέγειν εἶναι ἄκτιστα. ἔνθα γὰρ βουλή, ἐκεῖ καὶ ἔνδεια

θεω-

intelligis hæc omnia nihil ob aliud dicta eſſe, quam vt noſcamus cauſam, neque in Sabellij morbum incidamus. In his duo quædam colliguntur. Primum, quod qui mittit, eſſentia ſubſiſtens eſt, & qui mittitur ſimiliter: eiuſdem enim ſubſtantiæ eſſe ambos, prorſus concedit. Alterum, quod mitti quidem tum diſtinctionem Diuinarum perſonarum indicat, tum cauſam exprimit; Non ob aliud, inquit, mitti dictum eſt, ſed vt cauſam agnoſcamus, & in Sabellij morbum non incidamus. Si igitur mittere, ac mitti cauſam, & cauſatum indicat, à Filio autem mittitur Spiritus ſanctus, liquet ſecundum Diuum Chryſoſtomum, Filium cauſam eſſe Spiritus ſancti: ad hanc enim conſequentiam nihil obſtat. ſic veritas etiam ex his, quibus nonnulli eam lacerare volunt, clarius elucet, atque totum ipſis in contrarium vertitur.

Quod autem præter vnum Spiritum ſanctum paraclitum, Spiritum veritatis, multi alij dicti Spiritus tantum ab eo differant, quantum creata à Creatore: patet ex his quæ tradit Gregorius Theologus in oratione de Spiritu ſancto: ait enim, Spiritus dicitur adoptionis, libertatis, Spiritus prudentiæ, Spiritus ſapientiæ, conſilij, fortitudinis, cognitionis, pietatis, timoris Dei. Etenim horum omnium efficiens eſt.

Quoniam igitur is Doctor dicit, Spiritum ſanctum efficientem eſſe horum chariſmatum, conſtat hæc creata eſſe. ab eiuſmodi autem nominatur Spiritus ſanctus iiſdem nominibus quemadmodum & opifex ab opificijs appellatur, & qui eſt artifex ab arteficiatis, & in ſumma à cauſatis cauſator. idcircò & operationes Beatus Paulus vocauit, dicens, & diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Dicere igitur operationes increatas, perinde eſt, ac ſi quis digna cenſeat nomine conditoris ea, quæ ſunt condita.

Denique abſurdum eſt dicere, in Deo eſſe increata, conſilium, vel metum. Vbi enim conſilium, ibi defectus

Nn cogni-

θεωρεῖται γνώσεως. τῷ δὲ Θεῷ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν. αὐτοσοφία γάρ ἐστι. καὶ αὐτογνῶσις, εἰδὼς πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. ὡσαύτως οὐδὲ φόβος ἂν εἴη. ἐπείπερ ὁ Θεὸς οὐδένα καὶ ταῦτα ἐξ ἀϊδίου φοβεῖται. ἐν ἡμῖν δὲ ἐστι πάθος ἀναγωγικὸν πρὸς τὰ τελεώτερα τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, καὶ τελειωτικὸν αὐτῆς. καθὸ καὶ στοιχειωτικὸς ὁ φόβος εἴρηται κατ' ἐκεῖνο τῆς γραφῆς, ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου. ὃν ἡμῖν ὁ Θεὸς χαρίζεται, ὥσπερ καὶ τἄλλα πάντα. τὸ γὰρ εἶναι, καὶ τὸ εὖ εἶναι παρ' αὐτοῦ. διὸ καὶ πάντα χάριτες εἰκότως ἂν λέγοιντο. καὶ αὐτὸ τὸ ἐξ οὐκ ὄντων γενέσθαι. ἐπείπερ οὐκ ἔργων προϋπηργμένων ταύτην ἐλάβομεν τὴν ἀμοιβήν. ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ θεῖος Μάξιμος ἐν κεφαλαίῳ λθ. τῆς ε. ρ. τῶν θεολογικῶν φησίν. ἔστι δὲ τὸ μὲν πνεῦμα τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ, ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαν, κακῶν ἀποχή. τὸ πνεῦμα τῆς ἰσχύος ἐστίν, ἡ πρὸς ἐνέργειαν καὶ πρᾶξιν τῶν ἐντολῶν πρόθυμος ὁρμή τε καὶ κίνησις. τὸ δὲ πνεῦμα τῆς βουλῆς, ἐστὶν ἡ ἕξις τῆς διακρίσεως. τὸ δὲ πνεῦμα τῆς ἐπιστήμης ἐστίν, ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν τῆς πράξεως τρόπων ἀπλανὴς εἴδησις. τὸ δὲ πνεῦμα τῆς γνώσεως, ἐστὶν ἡ τῶν ἐν ταῖς ἐντολαῖς λόγων περίληψις· πνεῦμα δὲ συνέσεως ἐστίν, ἡ πρὸς τοὺς τρόπους καὶ τοὺς λόγους τῶν ἀρετῶν συγκατάθεσις. ἢ κυριώτερον εἰπεῖν, μεταποίησις. πνεῦμα δὲ σοφίας ἐστίν, ἡ πρὸς τὴν αἰτίαν τῶν ἐν ταῖς ἐντολαῖς πνευματικωτέρων λόγων ἀνάληψίς τε καὶ ἕνωσις. ἀλογώτατον τοίνυν τὴν τῶν ἐντολῶν πρᾶξιν, καὶ τὴν τῶν λόγων τῶν ἀρετῶν μεταποίησιν, καὶ τὴν πρὸς τὰ καλὰ πρόθυμον ὁρμήν τε καὶ κίνησιν, καὶ ὅλως πᾶσαν δύναμιν καὶ ἕξιν καὶ τελειότητα τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς, ἄκτιστα ἐν τῷ Θεῷ λέγειν εἶναι. ἐξ οὗ πρὸς πολλοῖς τῶν ἑπομένων ἀτόπων καὶ τοῦτο περιφανῶς ἕψεται. τὸ τῇ αὐτῇ γνώσει καὶ ἐπιστήμῃ καὶ ἰσχύϊ τὸν Θεὸν δυνατόν τε καὶ σοφὸν εἶναι καὶ ἡμᾶς. καὶ ἐπεὶ ὧν αἱ τελειότητες αἱ αὐταί, καὶ ἡ οὐσία ἡ αὐτή, ἔσονται καὶ οἱ ἄνθρωποι τῷ Θεῷ κατ' οὐσίαν οἱ αὐτοὶ καὶ ὁμοούσιοι αὐτῷ. τοῦτο μὲν οὖν ὡς ἄλογον παντελῶς ἀπερρίφθω. ἐπὶ δὲ τὸ προκείμενον ἰτέον. ὅτι ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς ἐν Ν.καίᾳ πρώτης συνόδου, ἐν οἷς εἶπον οἱ πατέρες πρὸς τὸν

φιλό-

cognitionis conſideratur, nihil autem tale in Deo eſt; quippe ipſamet ſapientia, & ipſamet cognitio eſt, ſciens omnia antequam fiat. Similiter neque timor eſſe poteſt, quoniam Deus præſertim ab æterno neminem timet. In nobis verò eſt paſſio animum noſtrum ad perfectiora euehens, & vim habens eum perficiendi. qui timor dictus eſt στοιχειωτικὸς, hoc eſt quaſi elementi, ſeu principij rationem obtinens, iuxta illud Scripturæ, Initium ſapientiæ timor Domini, quem nobis Deus largitur ſicut cætera omnia: eſſe enim, & bene eſſe ab ipſo eſt. Quocirca etiam omnia iure optimo gratiæ dici poſſent. etiam ipſum ex non entibus fieri: nullis enim præmiſſis, & præexiſtentibus meritis hoc recepimus tanquam retributionem.

Sed enim etiam Diuus Maximus in capite 39. quintæ centuriæ Theologicorum, ait, Eſt autem Spiritus quidem timoris Dei, operatio ſecundum virtutem abſtinendo à malis. Spiritus fortitudinis, promptus animi impetus, & motus ad operationem, & praxim mandatorum. Spiritus autem conſilij, eſt habitus diſcretionis. Spiritus verò ſcientiæ, eſt cognitio firma circa mores in actionibus virtutum. Spiritus autem cognitionis, eſt comprehenſio rationum, quæ ſeruandæ ſunt in mandatis. Spiritus autem prudentiæ, ad mores, & rationes virtutum comprobatio, ſeu magis propriè dicere commutatio. Spiritus autem ſapientiæ eſt reductio, & coniunctio ſpiritalium rationum circa mandata ad (primam) cauſam.

Irrationabiliſſimum igitur eſt, actionem mandatorum, & mutationem rationum, quæ ſunt in actibus virtutum, & ad honeſta promptam alacritatem, & motum, & in ſumma omnem potentiam, & habitum, & perfectionem humani animi increata in Deo dicere eſſe. Ex quo præter multa abſurda, quæ ſequuntur, illud etiam clariſſimè ſequetur. Eadem cognitione, ac ſcientia, & fortitudine Deum eſſe potentem, ac ſapientem & nos. Et quoniam quorum perfectiones ſunt eædem, eadem eſt & eſſentia, erunt homines ſecundum eſſentiam ijdem cum Deo, & conſubſtantiales ipſi. Hoc igitur tanquam

φιλόσοφον διὰ τοῦ Ἐπισκόπου Λεοντίου, εἴρηται τὸ πνεῦμα ἐκπορευόμενον μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἴδιον δὲ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζον. Ἔτι, ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ λόγου, οὗ ἡ ἀρχὴ, οἱ κακοτέχνως τὰς θείας γραφὰς βουλόμενοι νοεῖν, φησὶν, αὐτὸς αὐτὸ ἄνωθεν ἔπεμπεν ὡς Θεὸς, καὶ αὐτὸς αὐτὸ κάτωθεν ὑπεδέχετο ὡς ἄνθρωπος. ἐξ αὐτοῦ οὖν εἰς αὐτὸν κατήει, ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ. Ἔτι, ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸ, ἑκάστῳ κλίματι ἐφεστήκασιν ἄγγελοι. οὗ ἡ ἀρχὴ, ὄντως ἐπεφάνη ἡμῖν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις, φησὶν, ἦλθεν ὁ Χριστὸς πρὸς ἡμᾶς, ἔδωκεν ἡμῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα, καὶ ἀνελάβετο τὸ ἡμέτερον σῶμα. Ἔτι, ὁ ἅγιος Ἀναστάσιος Πατριάρχης Ἀντιοχείας ἐν τῷ περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων. οὗ ἡ ἀρχὴ, τὸν περὶ τῆς ὑγιοῦς ἡμῶν πίστεως λόγον, φησί. τοῦ δὲ στόματος τὸ ἰδίωμα λαβόντες ὡς παράδειγμα, τὴν ἀλληλουχίαν τῶν θείων παρεστήσαμεν διὰ τῆς τῶν μελῶν ἀναλογίας τε καὶ εἰκασίας. ταύτῃ γὰρ καὶ πνεῦμα στόματος αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ Θεοῦ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται. στόματος ὄντος τοῦ μονογενοῦς. καὶ πνεῦμα πάλιν ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον: καὶ ἀποστελλόμενον οὐ μόνον παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ. καὶ μετά τινα, Καὶ μὴν ὁ κύριος δεικνὺς αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ ὑπάρχειν, ἐμφυσῶν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. καὶ μετ' ὀλίγα, οἱ μὲν γὰρ Ἀπόστολοι δεόμενοι, καὶ οἷα δεσπότῃ λιτανεύοντες, τοῖς ἀξίοις τῆς ἑαυτοῦ ἐπιφοιτήσεως εἰσοίκιζον, ὡς ἂν εἴποι τις, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὁ δὲ σωτὴρ ἡμῶν ἐξ ἑαυτοῦ ὡς ἀπό τινος θησαυροῦ παρεῖχεν αὐτὸ τοῖς διὰ βίου καθαρότητα γινομένοις ἱκανοῖς. ἐν τῷ αὐτῷ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πνεῦμα στόματος τοῦ Θεοῦ χρηματίζει, στόμα γὰρ πατρὸς ὁ υἱός. πάλιν ἐν αὐτῷ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀληθείας πνεῦμα ἐστί. τοῦτο δὲ παρὰ μὲν τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, λαμβάνεται δὲ παρὰ τοῦ υἱοῦ. ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή. τὰ γράμματα τῆς σῆς ἱερᾶς

δια-

irrationale penitus abijciatur. Ad propoſitum autem redeundum eſt.

Præterea, in actibus primæ Nicænæ Synodi, in ijs, quæ reſponderunt Patres ad Philoſophum per Leontium Epiſcopum, dictus eſt Spiritus procedens quidem ex Patre propius autem Filij, & ab ipſo emanans.

Præterea, Magnus Athanaſius in oratione de Incarnatione Verbi Dei, cuius initium, Qui peruerſe Diuinas Scripturas intelligere volunt, ait, Ipſe ipſum (Spiritum) supernè emittebat, vt Deus, & ipſe ipſum infernè recipiebat vt homo. ex ipſo igitur in ipſum deſcendebat, ex Diuinitate ipſius, ad eius humanitatem.

Præterea, Chryſoſtomus oratione in humanationem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & quod vnicuique climati præſint Angeli, cuius initium, Reuera apparuit Dei gratia, Venit, inquit, Chriſtus ad nos, dedit nobis Spiritum, qui ex ipſo eſt, atque ſuſcepit noſtrum corpus.

Præterea, Sanctus Anaſtaſius Antiochenus Patriarcha in libro de Rectis noſtræ Religionis dogmatibus Eccleſiaſticis, cuius initium, Orationem de recta noſtra fide, ait, Corporis autem proprietate accepta, velut exemplo, mutuam cohærentiam Diuinorum repræſentauimus per membrorum analogiam & ſimilitudinem. Hac enim ratione & Spiritus oris eius, ſcilicet Dei, Spiritus ſanctus dicitur, cum ſit os vnigenitus. Et Spiritus rurſus ex ipſo procedens, & miſſus non ſolum à Patre, ſed & à Filio. Et poſt nonnulla, Cæterum Dominus oſtendens ipſum à ſe (Filio) exiſtere, inſufflans Diſcipulis, aiebat, Accipite Spiritum ſanctum. Et paulò poſt. Etenim Apoſtoli rogando, ac veluti Domino ſupplicando, Spiritum ſanctum, vt quiſpiam dixerit, in eos habitatum immittebant, qui eius aduentu digni erant; At verò Saluator noſter ex ſe, tanquam ex theſauro quodam ipſum ijs exhibebat qui ob ſanctimoniam vitæ, ſatis idonei euaſiſſent. In eodem libro Spiritus ſanctus Spiritus oris Dei eſt. os quippe Patris Filius eſt. Rurſus in eodem, Spiritus ſanctus, veritatis Spiritus eſt, is autem a Patre procedit, accipit verò à Filio.

διαθέσεως, φησί, καὶ ὁ μὲν υἱὸς φησὶν, ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρὸς ταῦτα καὶ λαλῶ εἰς τὸν κόσμον. τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει. ἐκ τοῦ ἐμοῦ γάρ φησι λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ. ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ υἱοῦ τοῦ ζῶντος λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζωὴν, οὖσαν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεάν. ἥτις γε ἐκ πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι· ἐπειδὴ παρὰ τοῦ λόγου τοῦ ἐκ πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει, καὶ ἀποστέλλεται, καὶ δίδοται. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν τρίτῳ, οὐ τὸ πνεῦμα συνάπτει τὸν λόγον τῷ πατρὶ, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ λόγου τοῦτο λαμβάνει. ὁ θεῖος Κύριλλος εἰς τὸ, ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ἀκατηγόρητον οὖν παντελῶς, καὶ λοιδορίας ἁπάσης ἔξω κείσεται, τὸ λαβεῖν λέγεσθαί τι παρὰ τοῦ μονογενοῦς τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. περιὸν γὰρ δι' αὐτοῦ φυσικῶς, ὡς ἴδιον αὐτοῦ μετὰ πάντων ὧν ἔχει, τελείας λαμβάνειν λέγεται τὰ αὐτοῦ. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ε. τῶν πρὸς Ἑρμείαν, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οἱονεί τις φυσικὴ ποιότης τῆς ἁγίας τε καὶ ἄκρας θεότητός ἐστι, τῆς ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ νοουμένης. ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς Ἑρμείαν, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡς ἐνέργειά τις φυσικὴ καὶ ζῶσα, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω, ποιότης τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ ἐστί. καὶ ὥσπερ τις ἀτμὶς, ἡ ποιότης ἐστὶ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός. ὁ αὐτὸς εἰς τὸ, οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ. οὐ γὰρ ἀλλότριον τῆς τοῦ μονογενοῦς οὐσίας τὸ ἅγιον νοεῖται πνεῦμα. πρόεισι δὲ φυσικῶς ἐξ αὐτῆς, οὐδὲν ἕτερον παρ' αὐτὸν ὑπάρχον, ὅσον εἰς ταυτότητα φύσεως, εἰ καὶ νοοῖτο ἰδιοσυστάτως. ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ καλουμένῳ Ἀγκυρωτῷ, φησὶ, τὸ πνεῦμα ἀκατάληπτον, οὐκ ἀλλότριον πατρὸς καὶ υἱοῦ. οὐ δὲ συναλοιφή ἐστι πατρὸς καὶ υἱοῦ. καὶ μετ' ὀλίγα, πνεῦμα ἅγιον, οὐ συνάδελφον, οὐ πατράδελφον, οὐ προπάτορον, οὐκ ἔκγονον, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ. καὶ μετ' ὀλίγα, αὐτὸς γάρ ὁ μονογενὴς λέγει, τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. ἵνα μὴ ἀλλότριον νομισθείη πατρὸς μηδὲ υἱοῦ. καὶ μετ' ὀλίγα, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ. καὶ μετὰ πολλὰ, ἀμφότερα κατηχεῖ ἐν τῷ αἰθερόπῳ τῷ δικαίῳ ὁ Χριστὸς

σὸς

Magnus Athanaſius in epiſtola ad Serapionem, cuius initium, Literæ tui ſacrati affectus, ait, & Filius quidem, inquit, quæ audiui à Patre, hæc & loquor in mundum, Spiritus autem ex Filio accipit: De meo enim, inquit, accipiet, & annunciabit vobis. & rurſus in eadem epiſtola, Cum enim vnus ſit Filius, viuum Verbum, vnam etiam oportet eſſe perfectam & plenam ſanctificatricem, atque illuminatricem vitam, exiſtentem operationem eius, atque largitionem, quæ ſanè ex Patre dicitur procedere; quoniam ex Verbo, quod eſſe ex Patre conſtat, elucet, mittiturque, ac datur. Idem in oratione tertia contra Arianos, Non Spiritus coniungit Verbum cum Patre, ſed potius Spiritus iſtud à Verbo accipit.

Sanctus Cyrillus in illud, Ille me clarificabit, Igitur omninò irreprehenſibile eſt, atque extra omne conuicium, ſi dicatur Spiritus eius aliquid accipere ab vnigenito: Etenim per ipſum naturaliter procedens, vt proprius ipſius vna cum omnibus, quæ habet, perfectè accipere dicitur quæ ſunt eius. Idem in quinto libro ad Hermiam: Spiritus ſanctus, quaſi quædam naturalis qualitas eſt ſanctæ & ſapientis Deitatis, quæ in Patre & Filio conſideratur. Idem in libris ad eundem: Spiritus ſanctus velut operatio quædam naturalis & viua, atque, vt ita dicam, qualitas Deitatis Filij eſt, & tanquam quidam vapor, ſeu qualitas eſt ſubſtantiæ Patris. Idem in illud, Non enim loquetur à ſemetipſo: Non enim Spiritus ſanctus alienus intelligitur à ſubſtantia Vnigeniti, procedit autem naturaliter ex ipſa. nihil aliud præter ipſum (vnigenitum) exiſtens quantum ſpectat ad identitatem naturæ: quamuis etiam intelligatur per ſe ſubſiſtens,

Sanctus Epiphanius in Ancorato, ait, Spiritus incomprehenſibilis, non alienus à Patre & Filio, neque Patris & Filij eſt commixtio. & paulò poſt, Spiritus ſanctus non frater, non patruus, non auus, non nepos, ſed ex eadem Patris Filijque ſubſtantia. Et paulò poſt: Ipſe enim vnigenitus dicit,

ςὸς καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ πατρὸς πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὥς φησιν ὁ Χριστὸς, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. καὶ μετ' ὀλίγα, ἀλλ' ἐρεῖ τις, οὐκοῦν φαμὲν δύο εἶναι υἱοὺς, καὶ πῶς μονογενής; μηνύσω γὰρ σύ τις εἶ ὁ ἀντιλογιζόμενος τῷ Θεῷ· οὐ γὰρ τὸν υἱὸν καλεῖ τὸ ἐξ αὐτοῦ. τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα τὸ παρ' ἀμφοτέρων. ἃ μόνον πιστεύεται νοούμενα ὑπὸ τῶν ἁγίων, φωτεινὰ, φωτοδότα, φωτεινὴν τὴν ἐνέργειαν ἔχει. καὶ μετ' ὀλίγα· πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα ἀληθείας, ἐστὶ φῶς τρίτον παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ. καὶ μετ' ὀλίγα, ὃν γὰρ τρόπον οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, οὐδὲ τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, οὕτω τολμῶ λέγειν, ὅτι οὐδὲ τὸ πνεῦμα εἰ μὴ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς παρ' οὗ ἐκπορεύεται, καὶ παρ' οὗ λαμβάνει. καὶ οὐδὲ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ δοξάζον ἀληθῶς, τὸ διδάσκον τὰ πάντα. ὁ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. Καὶ μετά τινα, τοίνυν πατὴρ ἦν ἀεὶ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ πνεῖ. πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ, ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου, φησὶν ὁ Δαβίδ. αὐτός ἐστιν ὁ Κύριος ὁ εἰπὼν ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι αὐτῶν ὁράσεις ὄψονται. τρία πρόσωπα ἁγίας λειτουργίας δείκνυσιν ἡμῖν, ὑπόστασιν ἐξ ὑποστάσεως αὕτης τρίτης.

Ἔτι, ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῷ α. τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικῶν, οὗ ἡ ἀρχὴ, οὐκ ἦν ὡς ἔοικεν. ὃν τρόπον προθεωρεῖται ἡ ὑπόστασις τοῦ πατρὸς τῆς τοῦ υἱοῦ ὑποστάσεως τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ. ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ πνεύματος. ἐν μόνῃ τῇ τάξει τῇ κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν δηλαδὴ τὴν διαφορὰν ἔχει. ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ μονογενοῦς ἔχεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως.

Ἔτι,

Spiritus Patris, &, qui à Patre procedit, & de meo accipiet, vt non alienus à Patre vel Filio crederetur. & poſt pauca, Ex Patre Filioque tertius appellatione. & poſt multa, Ambo in iuſto habitant Chriſtus, eiuſque Spiritus: quod ſi Chriſtus ex Patre creditur Deus de Deo, & Spiritus, qui à Chriſto, ſeu ex ambobus, vt teſtatur Chriſtus, qui à Patre procedit, & de meo accipiet. & poſt nonnulla; ſed dicet aliquis, duos ergo Filios eſſe dicimus. & quomodo vnigenitus? immo verò tu quis es, qui contradicis Deo? ſi enim Filium vocat, qui ex ipſo, Spiritum verò ſanctum, qui ex ambobus; ex tres perſonæ ſola fide à Sanctis viris perceptæ lucidæ, ac lucis auctores; lucida ſunt actione prælitæ, & poſt pauca, Spiritus ſanctus, Spiritus veritatis eſt à Patre Filioque lumen tertium. & poſt nonnulla, Quemadmodum enim nemo nouit Patrem niſi Filius, neque Filium niſi Pater, ita dicere audeo, neque Spiritum nouit quiſpiam, niſi Pater & Filius à quo procedit, & à quo accipit. & neque Filium & Patrem, niſi Spiritus ſanctus, qui verè glorificat, qui docet omnia, qui à Patre & Filio. & poſt nonnulla: Igitur Pater ſemper extitit, & Spiritus ex Patre Filioque ſpiratur. Rurſus in eodem, Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ait Dauid, ipſe Dominus eſt, qui dixit, In nouiſſimis diebus effundam de Spiritu meo in omnem carnem, & prophetabunt Filij eorum, & Filiæ eorum, & adoleſcentes ipſorum viſiones videbunt, tres perſonas ſacræ functionis nobis oſtendit, nimirum hypoſtaſim ex hypoſtaſi vſque ad tertiam.

Præterea, Gregorius Nyſſenus in primo libro contra Eunomium, cuius initium, Non erat vt apparet: Quemadmodum hypoſtaſis Patris præintelligitur hypoſt ſi Filij ratione cauſæ, eadem ratio & de Spiritu, nimirum in ſolo ordine, qui eſt ſecundum cauſam & cauſatum differentiam habet: vt enim Filius coniungitur Patri, atque ab ipſo habens eſſe, non eſt poſterior ſecundum exiſtentiam; ita rurſus Spiritus ſanctus coniungitur Filio, cùm tantum cogitatione mentis iuxta rationem cauſæ hypoſtaſi Spiritus ſancti præintelligatur.

Præ-

Ἔτι Γρηγόριος ὁ Θεολόγος περὶ τῆς σχέσεως ἢ τάξεως, ἣν ἔχει ὁ υἱὸς πρὸς τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱόν. ἡ γάρ τις δὴ τάξις ἐπὶ τῶν θείων προσώπων μόνον κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν δύναται λαμβάνεσθαι, κατ' ἄλλο δὲ οὐκ ἐγχωρεῖ, ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀντιρρητικῷ, οἷον ἀντιθετικῶς λέγει· τί οὖν λείπει φησὶ τῷ πνεύματι πρὸς τὸ εἶναι υἱόν. εἰ μὴ γὰρ λεῖπόν τι ἦν, υἱὸς ἂν ἦν. τοῦτο μὲν τὸ τῆς ἀντιθέσεως. ἐπιφέρει δέ. οὐ λείπειν φαμέν. οὐ γὰρ ἐλλιπὴς Θεός, τὸ δὲ τῆς ἐκφάνσεως, ἵν' οὕτως εἴπω, ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον, διάφορον αὐτῶν καὶ τὴν κλῆσιν πεποίηκεν. Ἔτι ὁ μακάριος Αὐγουστῖνος ἐν τῷ πρὸς Πέτρον περὶ πίστεως, αἰώνιον γὰρ καὶ ἄναρχον ἐστὶν ὅπερ ὁ υἱὸς ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας γεννώμενός ἐστι. καὶ αἰώνιον καὶ ἄναρχον ὅπερ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς τοῦ πατρός τε υἱοῦ τε φύσεως ἐκπορεύεται. πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ, ἐν ἐκείνῃ γοῦν τῇ τριάδι, ἣν τοσάκις ἐπαναλαμβάνομεν, ὅπως ἐν τῇ ἡμετέρᾳ καρδίᾳ σφοδρότερον ῥιζωθείη. εἷς ἐστὶ Θεὸς ὁ πατήρ, ὁ μόνος οὐσιωδῶς ἀφ' ἑαυτοῦ υἱὸν ἕνα γεννήσας. καὶ εἷς ὁ υἱὸς ἀφ' ἑνὸς πατρὸς μόνος οὐσιωδῶς γεννητός. καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, τὸ μόνον οὐσιωδῶς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορευόμενον. πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ, οὐδὲ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ τριάδι ἴδιον τοῦ πατρός ἐστι μόνου, ὅτι ἀγέννητός ἐστιν, ἀλλ' ὅτι μονογενῆ υἱὸν ἐξ ἑαυτοῦ γεγέννηκεν. οὐδὲ ἴδιον τοῦ υἱοῦ μόνου, ὅτι οὐ γεγέννηκεν. ἀλλ' ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς γεγέννηται. οὐδὲ ἴδιον τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅτι οὔτε γεγέννηται, οὔτε ἐγέννησεν, ἀλλ' ὅτι μόνον ἐκ τοῦ πατρὸς, υἱοῦ τε ἐκπορεύεται. πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ ἐν ια. κεφαλαίῳ. βεβαιότατα κάτεχε, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον ἀμφίβαλλε. αὐτὸ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐστὶ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι· ὁ αὐτὸς ἐν τῇ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἑρμηνείᾳ, τὸ σωματικὸν ἐκεῖνο ἐμφύσημα, οὐχ ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος οὐσία ὑπῆρχεν, ἀλλ' ἀπόδειξις διὰ προσφυοῦς σημασίας, οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι. ὁ αὐτὸς ἐν ιζ. κεφαλαίῳ τοῦ ιε. τῶν περὶ τριάδος βιβλίων, οὐ μάτην ἐν τῇ

τριά-

Præterea, Gregorius Theologus de habitudine, ſeu ordine, quem habet Filius ad Spiritum, & Spiritus ad Filium, qui certè ordo in Diuinis perſonis tantum ſecundum cauſam, & cauſatum accipi poteſt, alio verò modo non licet; in oratione confutatoria de Spiritu ſancto, quaſi ſibi obijciendo, ait: Quid igitur, inquit, deeſt Spiritui ad hoc vt ſit Filius? niſi enim quidpiam deeſſet, Filius eſſet. hæc quidem eſt obiectio. infert verò: Non deeſſe dicimus, neque enim Deus egens eſt, ſed emanationis, vt ita dicam, ſiue habitudinis ad inuicem differentia, differentem etiam ipſorum appellationem effecit.

Præterea, Beatus Auguſtinus in libro de fide ad Petrum: Aeternum quippe & ſine initio eſt Filius, qui de Patris natura natus exiſtit; & æternum ac ſine initio eſt, quod Spiritus ſanctus de natura Patris Filijque procedit. Rurſus in eodem libro. In illa igitur Trinitate, quæ ideò à nobis repetitur toties, vt noſtro cordi tenacius infigatur, vnus eſt Deus Pater, qui ſolus eſſentialiter de ſe vnum Filium genuit; & vnus Filius, qui de vno Patre ſolus eſt eſſentialiter genitus; & vnus Spiritus ſanctus, qui ſolus eſſentialiter de Patre, Filioque procedit. Rurſus in eodem, Neque enim in illa Trinitate proprium eſſet ſolius Patris, quia non eſt natus ipſe, ſed vnum Filium genuit; neque proprium ſolius Filij, quia non genuit ipſe, ſed ſolus de Patris eſſentia natus eſt; neque proprium Spiritus ſancti, quia nec natus eſt ipſe, nec genuit, ſed ſolus de Patre Filioque procedit. Rurſus in eodem libro capite vndecimo, Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, eundem Spiritum ſanctum, qui Patris & Filij vnus eſt Spiritus, de Patre & Filio procedere. Idem Auguſtinus in expoſitione Euangelij ſecundum Ioannem, & libro quarto de Trinitate capite vigeſimo. Neque enim flatus ille corporeus cum ſenſu corporaliter tangendi procedens ex corpore, ſubſtantia Spiritus ſancti fuit, ſed demonſtratio per congruam ſignificationem non tantùm à Patre, ſed & à Filio procedere Spiritum ſanctum.

Idem in 15. libro de Trinitate cap. 17. Non fruſtra in hac Trinitate non dicitur Verbum Dei niſi Filius; nec do-

τριάδι οὐ λέγεται λόγος Θεοῦ, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, οὐδὲ δῶρον Θεοῦ, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; οὐδὲ ἐξ οὗ ἐγεννήθη ὁ λόγος, καὶ ἐξ οὗ ἐκπορεύεται ἀρχοειδῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ μὴ ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. διὰ τοῦτο δὲ προσέθηκα ἀρχοειδῶς, ἐπειδὴ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα εὑρίσκεται ἐκπορευόμενον, ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τοῦτο αὐτῷ ὁ πατὴρ ἔδωκεν, οὐκ ἤδη ὑφεστηκότι, καὶ μήπω ἔχοντι, ἀλλ' ὅ, τί ποτε τῷ μονογενεῖ λόγῳ δέδωκε, ἐν τῷ γεννᾷν δέδωκε. οὕτως ἄρα αὐτὸν ἐγέννησεν, ὡς ἐξ αὐτοῦ τὸ δῶρον κοινὸν προέρχεσθαι, καὶ πνεῦμα ἅγιον εἶναι ἀμφοῖν. Ετι, ὁ ἅγιος Ιλάριος ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἀναγινωσκομένῳ τῇ μετὰ τὴν πεντηκοστὴν κυριακῇ ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς ἁγίας τριάδος, φησὶ, πιστεύομεν τὴν ἁγίαν τριάδα, τουτέστι τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἕνα Θεὸν παντοδύναμον, μιᾶς οὐσίας, μιᾶς ὑπάρξεως, μιᾶς ἐξουσίας, δημιουργὸν πάντων τῶν κτισμάτων, ἐξ οὗ τὰ πάντα, δι' οὗ τὰ πάντα, ἐν ᾧ τὰ πάντα. πατέρα οὐκ ἀφ' ἑτέρου, υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννητὸν, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, φῶς ἀληθινὸν, ἐκ φωτὸς ἀληθινοῦ. οὐ μὴν δύο φῶτα, ἀλλ' ἓν φῶς, πνεῦμα ἅγιον παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐπίσης ἐκπορευόμενον. ὁμοούσιον καὶ συναΐδιον πατρὶ καὶ υἱῷ. πατὴρ ἐν ἑαυτῷ πλήρης Θεὸς, υἱὸς πλήρης Θεὸς, ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθεὶς, πνεῦμα ἅγιον πλήρης Θεὸς παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορευόμενον. οὐ τρεῖς δὲ φαμὲν Θεοὺς, ἀλλ' ἕνα Θεὸν παντοκράτορα, αἰώνιον, ἀόρατον, ἀμετάβλητον, ὅλον πανταχοῦ παρόντα, οὐκ εἰς μέρη διῃρημένον. ἀλλ' ὅλον ἐν πᾶσιν, οὐ τοπικῶς, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν. ὃς ἀμετάβλητος ὢν ἔκτισε τὰ μεταβλητὰ, καὶ τὰ κτισθέντα κυβερνᾷ. ἀεὶ μένων ὅπερ ἐστίν. ᾧ συμβεβηκὸς ἀδύνατόν τι παρεῖναι. τῇ γὰρ ἁπλῇ τῆς θεότητος φύσει προστεθῆναί τι. ἢ ἀφαιρεθῆναι ἀμήχανον. ἀεὶ γάρ ἐστιν ὅπερ ἐστίν. ᾧ ἴδιον ἐστὶν, ᾧ ἀΐδιόν ἐστιν, ᾧ ταυτόν ἐστι τὸ εἶναι καὶ ζῆν καὶ νοεῖν. καὶ ταῦτα τὰ τρία εἷς Θεὸς, καὶ εἷς Θεὸς ταῦτα τὰ τρία. τὰ μὲν παρὰ τῶν ἁγίων τοσαῦτα, καὶ οὕτω φανερὰ, καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγα συνειλεγμένα, πάντως δὲ οὐ δεῖ καὶ ἕτερα τῶν αὐτῶν προσεπάγειν, δηλοῦντα ὡς ἄρα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον

ἐκ

donum Dei, niſi Spiritus ſanctus; nec de quo genitum eſt Verbum, nec de quo procedit principaliter Spiritus ſanctus, niſi Deus Pater. ideò autem addidi principaliter, quia & de Filio Spiritus ſanctus procedere reperitur. ſed quoniam hoc quoque illi Pater dedit, non iam exiſtenti, & nondum habenti, ſed quicquid vnigenito Verbo dedit, gignendo dedit. ſic ergo eum genuit, vt etiam de illo donum commune procederet, & Spiritus ſanctus eſſet amborum.

Hilarius in ſermone, qui legitur prima Dominica poſt Pentecoſtem in feſto ſanctiſſimæ Trinitatis, ait, Credimus Sanctam Trinitatem, ideſt, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, vnum Deum omnipotentem, vnius ſubſtantiæ, vnius eſſentiæ, vnius poteſtatis, creatorem omnium creaturarum, à quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Patrem à ſemetipſo, non ab alio. Filium à Patre genitum, Deum verum de Deo vero, lumen verum de lumine vero, non tamen duo lumina, ſed vnum lumen. Spiritum ſanctum à Patre & Filio æqualiter procedentem; conſubſtantialem, coæternum Patri & Filio. Pater eſt plenus Deus in ſe. Filius eſt plenus Deus à Patre genitus. Spiritus ſanctus plenus Deus à Patre & Filio procedens. Non tamen tres Deos dicimus, ſed vnum Deum omnipotentem, æternum, inuiſibilem, incommutabilem, qui totus vbique eſt præſens, non per partes diuiſus, ſed totum in omnibus, non localiter, ſed potentialiter. qui ſine commutatione ſui, mutabilia creauit, & creata gubernat. ſemper manens quod eſt; cui nihil accidens eſſe poterit; quia ſimplici Diuinitatis naturæ nihil addi, vel minui poteſt; quia ſemper eſt, quod eſt; cui proprium eſt, cui ſempiternum eſt, cui idem eſt, eſſe, viuere, & intelligere. & hæc tria vnus Deus, & vnus Deus hæc tria.

Dicta igitur Sanctorum tot ſunt, atque adeo clara, ex plurimiſque pauca collecta, omninò autem neque opus eſt, alia etiam adducere, quæ ſignificent, quod nimirum Spiritus ſanctus ex Patre per Filium procedat, tum quod hæc ſententia

ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι φασί. τοῦτο μὲν πανδήλου πᾶσι σχεδὸν ταυτησὶ τῆς ἀποφάσεως τῶν διδασκάλων οὔσης. τοῦτο δὲ καὶ τῶν εἰρημένων ἱκανῶς ἀρκούντων τοῖς φίλοις τῆς ἀληθείας. Καίτοιγε εἰ μηδὲν ἐκείνων εἴρητο, ἐξ ὧν τὸ παρὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ καθαρῶς καὶ διὰ πολλῶν ἔχομεν, τοῦτο καὶ μόνον ῥηθὲν, ὡς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, αὐτοῖς τε αὖ τοῖς διδασκάλοις ἀρκούντως εἶχεν, ὃ καὶ πρότερον εἴρηται, περὶ τῆς ὑπαρκτικῆς προόδου διαλεγομένοις τοῦ πατρὸς, τοῖς τε ζητοῦσι τὴν ἀλήθειαν οὐδὲν πλέον ἐνέδει. ἥτε γὰρ τάξις ὁμολογεῖται, ὅσον ἥκει εἰς τὴν (διὰ) ἥτε αἰτία μετὰ τῆς ζητουμένης λέξεως τῆς δηλωτικῆς τῆς ὑπάρξεως τοῦ πνεύματος φανερά. οὐ γὰρ ἄλλο τι ἐνταῦθα τὸ ἐκπορεύεσθαι ἐμφαίνει, ἢ ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευτῶς τὴν ὕπαρξιν ἔχει. εἰ μή τις διακονίαν τὴν (διὰ) λέγει παριστᾶν. ὃ περιφανῶς ἐστὶ πρὸς τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως, καὶ τὰς ἀποφάσεις τῶν θεολόγων ἀντιλογία. οὐ γὰρ αὖ οὐσιωδῶς, οὐδὲ φυσικῶς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐλέγετο προϊέναι, καὶ εἶναι, καὶ ἐκπορεύεσθαι, καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα· οὐδὲ καθ' ὑπουργικὴν διακονίαν εἶναι δι' αὐτοῦ ἀπηγορεύετο. οὐδὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ υἱὸς ἔχειν τὸ πνεῦμα, ὥσπερ καὶ ὁ πατήρ. πλὴν μετὰ τῆς ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λεγούσης ἀποφάσεως. καὶ πολλῶν ἄλλων ἐπιῤῥεόντων ἐκ περιουσίας ἡ ἀπόδειξις τοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς υἱοῦ τε ἐκπορεύεσθαι πρὸς τοὺς σφόδρα φιλονεικοῦντας. δύναιντο γὰρ αὖ ἃ ζητοῦσι πρὸς τὴν τούτου παράστασιν ἄλλο ἄλλοθεν πολλαχόθεν εὑρεῖν. μόνον αὖ τὴν φιλονεικίαν περιελόμενοι, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χρόνου παράλογον πρόληψιν ζητοῦσι μετὰ ἀγάπης. δοῦλον γὰρ κυρίου οὐδεὶ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι διδακτικόν. καὶ ὅσα ὁ Ἀπόστολος ἐπιφέρει. ὅτι δὲ οἱ προκομισθέντες διδάσκαλοι τὸ ἀξιόπιστον ἔχουσιν. ἔστι μὲν καὶ παρὰ τῆς κοινῆς, ἣν ἔχομεν περὶ αὐτῶν ἐννοίας. δῆλον δὲ καὶ ἐκ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου, ἀπὸ τῆς γ. πράξεως αὐτῆς περὶ τὸ μέσον αὐτῆς οὕτω λεγούσης. ἀκολουθοῦμεν ἐν ἅπασι τοῖς θείοις πατράσι καὶ

τοῖς

tia Doctorum fermè omnibus ſit manifeſta; tum etiam quod ea, quæ dicta ſunt, verum amantibus commodè ſufficiant. Quamuis ſi nihil eorum dictum eſſet, ex quibus illud à Filio, & ex Filio, clarè, ac multis habemus, nonne hoc vel ſolum dictum, quod Spiritus ſanctus ex Patre per Filium exiſtentiam habeat, tum ipſis Doctoribus de proceſſione ſubſtantiali Patris differentibus, ſatis eſſet, vt antea dictum eſt, tum ijs, qui quærunt veritatem nihil amplius foret opus? ſiquidem & ordo in confeſſo eſt, quod ſpectat ad præpoſitionem, per, & cauſa manifeſta eſt vna cum dictione, quam quærunt, quæ ſignificet exiſtentiam Spiritus. Non enim hoc loco quidpiam aliud indicat procedere, quam Spiritum ſanctum ex Patre per Filium per modum proceſſionis exiſtentiam habere. Niſi quis dicat præpoſitionem, per, miniſterium deſignare; quod ad principia fidei, & ſententias Theologorum manifeſta eſt contradictio. Non enim ſubſtantialiter, neque naturaliter per Filium diceretur proficiſci, atque eſſe, ac procedere, habereque exiſtentiam, & id generis. Neque ſecundum ſeruile miniſterium eſſe per ipſum negarent. Neque eodem modo Filius habere Spiritum, quemadmodum & Pater; tantum cum explicatione, qua dicitur ex Patre per Filium procedere. Cumque multa alia redundent, ex ſuperabundanti demonſtratum eſt ijs, qui valde contendunt, ex Patre Filioque Spiritum ſanctum procedere. Quæ enim quærunt ad docendum hoc, & demonſtrandum multis ex locis hinc inde colligendo inuenire poſſent, tantum ſi contentione detracta, atque a tempore nata, animi præoccupatione amputata, cum charitate quærerent. ſeruum enim Domini non oportet litigioſum, ſed mitem eſſe, docibilem, & quotquot Apoſtolus infert.

Quod autem citati Doctores fide ſint digni, eſt quidem hoc verum, cum ex communi conſenſu, quem de ipſis habemus, tum clarum eſt à Sancta, & Oecumenica quinta Synodo in ſua tertia actione circa medium, quæ ſic habet ad verbum: Sequimur in omnibus Sanctos Patres, atque Doctores Eccleſiæ, Atha-

τοῖς διδασκάλοις τῆς ἐκκλησίας. Ἀθανασίῳ, Ἱλαρίῳ, Βασιλείῳ, Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ, Γρηγορίῳ τῷ Νύσσης, Ἀμβροσίῳ, Αὐγουστίνῳ, Θεοφίλῳ, καὶ Ἰωάννῃ τῷ Κωνσταντινουπόλεως, Κυρίλλῳ, Λέοντι, Πρόκλῳ. καὶ δεχόμεθα πάντα τὰ παρ' αὐτῶν περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ εἰς κατάκρισιν τῶν αἱρετικῶν ἐκτεθέντα. δεχόμεθα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἁγίους καὶ ὀρθοδόξους πατέρας τοὺς ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μέχρι τέλους ἀδιαβλήτως κηρύξαντας. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ λεγομένῳ συνοδικῷ ἀναθέματι ὑποβάλλονται ὅσοι μὴ κατ' ὄνομα τοὺς εἰρημένους διδασκάλους δεχόμενοι, οὐ πάντα τὰ παρ' ἐκείνων ὁμολογοῦσιν. ἰδίως δὲ τὸν ἅγιον Αὐγουστῖνον αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι ἤτοι τρίτη καὶ ἕκτη καὶ ἑβδόμη ἐξοχώτατον διδάσκαλον τῆς ἐκκλησίας καὶ ἅγιον ἐπεκήρυξαν. ὡς ἐστὶ δῆλον ἐν τοῖς πρακτικοῖς αὐτῶν. Καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦ προειρημένου θείου Ἀναστασίου Ἀντιοχείας ἡ ἕκτη σύνοδος τάδε φησί. δεχόμεθα τὸν ἐν ἁγίοις Ἀναστάσιον ὀρθοδόξως ἀπολογησάμενον ὑπὲρ τοῦ τόμου τοῦ ἁγίου Λέοντος καὶ ἀοιδίμου Πάπα. καὶ πάλιν, ἅγιον ἀποκαλεῖ πᾶσα ἡ ἀνατολὴ τοῦτον τὸν τῆς ὁσίας μνήμης Ἀναστάσιον, τὸν γενόμενον Ἀρχιεπίσκοπον Ἀντιοχείας, καὶ τὸν μὴ δεχόμενον αὐτὸν ὁ Θεὸς ἀναθεματίσαι. ἐπεὶ δέ τινες ἐκ τῶν παρὰ τοῦ Θεοδωρήτου κατὰ τῶν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου συγγραφέντων εἰς σύστασιν τῆς ἑαυτῶν πλάνης κομίζουσι τινά, μαθέτωσαν ὅπως ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἃ κατὰ τοῦ Θεοδωρήτου ἀπεφήνατο, καὶ τάδε φησὶν ἐν θ. κεφαλαίῳ τῶν πρακτικῶν αὐτῆς. εἴτις οὐκ ἀναθεματίζει τὰ συγγράμματα Θεοδωρήτου, τὰ κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιστολήν, καὶ Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας, καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ, καὶ εἴτις οὐ δέχεται τὰ συγγράμματα τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ μάλιστα τὰ κατὰ Θεοδώρου καὶ Θεοδωρήτου καὶ Ἀνδρέου καὶ Νεστορίου, καὶ τῶν τὰ ὅμοια αὐτοῖς, καὶ ἑνὸς αὐτῶν πεφρονηκότων, ἢ φρονούντων, ἀνάθεμα ἔστω· τὰ δ' αὐτὰ περὶ αὐτοῦ καὶ ἀπὸ τῶν πρακτικῶν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου ἔστιν ἀφθονώτερον εὑρεῖν.

Επι-

Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium Theologum, Gregorium Nyſſenum, Ambroſium, Auguſtinum, Theophilum, Ioannem Conſtantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proclum, & recipimus ea omnia, quæ de recta fide, atque in condemnationem hæreticorum ab ipſis edita ſunt. Recipimus quoque alios Sanctos & Orthodoxos Patres, qui in Eccleſia Dei Fidem Orthodoxam vſque ad finem irreprehenſibiliter prædicarunt. ſed & in tomo Synodico, quem recitant in Eccleſijs, anathemate percutiuntur quotquot non recipiunt nominatim commemoratos Doctores, & omnia illorum ſcripta non confitentur. Peculiari verò ratione S. Auguſtinum Sacroſanctæ & Oecumenicæ Synodi, tertia, ſexta, & ſeptima præſtantiſſimum Eccleſiæ Doctorem, & Sanctum denunciarunt, vt, conſtat ex actis ipſarum. Iam verò de prædicto S. Anaſtaſio Antiocheno ſexta Synodus hæc commemorat. Recipimus S. Anaſtaſium, qui orthodoxè reſponſum dedit pro tomo S. Leonis & inclyti Papæ. & rurſus: Sanctum vocat totus Oriens hunc ſanctæ memoriæ Anaſtaſium, qui fuit Archiepiſcopus Antiochiæ, & qui eum non recipit, Deus anathematizet. Quoniam verò quidam ex ſcriptis Theodoreti contra S. Cyrillum in confirmationem ſui erroris nonnulla producunt, nouerint Sanctam, & Oecumenicam ſextam Synodum inter alia, quæ contra Theodoretum decreuit, hæc etiam decernere. in 9. cap. actorum eius. Si quis ſcripta Theodoreti contra rectam fidem S. Cyrilli, & epiſtolam, quæ appellatur Ibæ, atque Theodorum Mopſueſtenſem, eiuſque ſcripta non anathematizat, & ſi quis non recipit ſcripta S. Cyrilli, præſertim quæ contra Theodorum, & Theodoritum, & Andream, Neſtoriumque, atque eos, & vnumquemque ipſorum, qui ſimilia ipſis ſenſerunt, ſeu ſentiunt, anathema eſto. Eadem verò de ipſo & in actis ſanctæ & Oecumenicæ quintæ Synodi vberius inuenire licet.

Ἐπισυναγωγὴ τῶν εἰρημένων μετ' ἐπιλόγου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγʹ.

ΤΑ μὲν οὖν περὶ τούτων ἀρκεῖ. βούλομαι δὲ ἀναλαβὼν ἐξ ἀρχῆς συλλογίσασθαι τὰ εἰρημένα. δέδεικται πρῶτον, τοῖς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱὸν ἀρνουμένοις, πολλὰ τὰ ἄτοπα ἕπεσθαι. δεύτερον κατά τινα τὴν ἔννοιαν ἄλλο οὐσίαν, καὶ ἄλλο ὑπόστασιν οἱ θεολόγοι φασὶν ἐπὶ Θεοῦ. τρίτον, οὐσία καὶ ὑπόστασις καὶ ἰδιότης ἐπὶ Θεοῦ ταυτόν ἐστιν κατὰ τὸ πρᾶγμα. τέταρτον, ὅτι εἰ καὶ πατρότης οὐσία καὶ ἡ υἱότης, οὐ διὰ τοῦτο ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τὸν υἱὸν εἶναι πατέρα, ἢ τὸν πατέρα υἱόν. πέμπτον, ὅτι οἱ λέγοντες, ὥσπερ τὸ ἄλλο εἶναι ὑπόστασιν, καὶ ἄλλο οὐσίαν, καὶ ἄλλο πατρότητα ἐπὶ Θεοῦ σύνθεσιν οὐ ποιεῖ, οὕτω καί τινα ἐν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ λεγόμενα ὑφίστασθαι πραγματικῶς τῆς οὐσίας καὶ ἀλλήλων διαφέροντα, σύνθεσιν οὐ ποιεῖ, παράλογοι εἰσίν. ἕκτον, ὅτι οἱ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι τὸν υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς εἶναι θεολογοῦσιν. ἕβδομον, ὅτι οἱ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι, ἢ γεννᾶσθαι τὸν υἱὸν ἀρνούμενοι, τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως ἀναιροῦσι, καὶ τοῖς διδασκάλοις μάχονται. ὄγδοον, τίνα ποτὲ τῆς ἀπάτης αὐτοῖς αἴτια ἐγένετο. ἔνατον, ἔτι, τὸ ἐνίστασθαι πρὸς τοὺς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγοντας, ἠνάγκασε μὴ ὁμολογεῖν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱόν. δέκατον, τίνας ποτὲ τὰς δοκούσας ἀντιθέσεις κραταιοτέρας τοῖς ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγουσιν, ἐπάγουσι. καὶ πρῶτον, αἱ ἀπὸ τῆς ὁμοουσιότητος, καὶ λύσεις τῶν τοιούτων. ἑνδέκατον, ὅτι, καὶ ἑτέραν ἀντίθεσιν τοῖς αὐτοῖς ἐπάγουσι, τὴν ἀπὸ τῶν δύο ἀρχῶν, καὶ λύσις αὐτῆς. δωδέκατον, ὅτι οἱ ἅγιοι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα θεολογοῦσι, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι, καὶ ὑπάρχειν, καὶ προϊέναι, καὶ ἀναβλύζειν, καὶ ἐκπορεύεσθαι. καὶ τελευταῖον

ἐπὶ

Breuis repetitio eorum, quæ dicta ſunt, cum epilogo.

Cap. XIII.

QVAE igitur recenſita ſunt de his ſufficiant. Volo autem à principio reaſſumendo quæ dicta ſunt, concludere. Primò, oſtenſum eſt, eos, qui ex ſubſtantia Patris eſſe Filium negant, multa abſurda ſequi.

Secundò, quo ſenſu aliud ſubſtantiam, & aliud hypoſtaſim in Deo Theologi aſſerant.

Tertiò, ſubſtantia, & hypoſtaſis, atque proprietas in Deo ſecundum rem idem eſt.

Quartò, quamuis paternitas & filiatio ſit ſubſtantia, non propterea neceſſariò ſequitur Filium eſſe Patrem, vel Patrem Filium.

Quintò, qui aſſerunt, quemadmodum aliud eſſe hypoſtaſim, & aliud ſubſtantiam, & aliud paternitatem in Deo compoſitionem non facit; ita etiam nonnulla, quæ in ſubſtantia Dei dicuntur ſubſiſtere, quæque realiter ab eſſentia, & inter ſe differunt, compoſitionem non facere, irrationales ſunt.

Sextò, Doctores Eccleſiæ Filium ex ſubſtantia Patris eſſe Theologicè aſſerunt.

Septimò, qui ex ſubſtantia eſſe, vel generari Filium negant, Fidei principia tollunt, & Doctoribus aduerſantur.

Octauò, quæ tandem erroris ſui fuerint cauſæ.

Nonò, quod repugnare ijs, qui Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere aſſerunt, coegit, non confiteri ex ſubſtantia Patris eſſe Filium.

Decimò, quas tandem obiectiones, quæ videntur præcipuæ, inferant ijs, qui Spiritum ſanctum ex Patre Filioq; procedere aiunt. & primum, quæ à conſubſtantialitate ducuntur, & ſolutiones earum.

Vndecimò, quod & alteram obiectionem ijſdem inferunt, quæ à duobus principijs, & eius ſolutio.

Duodecimò, quod Sancti ex ſubſtantia Patris & Filij Spiritum Theologicè philoſophantur: & ex Filio eſſe, atque exi-

ἐπὶ πᾶσι τὸ ἐπισυναγαγεῖν τὰ εἰρημένα. κἀνταῦθα δὴ πέρας ὁ λόγος ἐχέτω. ἐπεὶ καὶ μέχρι τούτου σκοπὸς ἦν αὐτοῦ. εἰ μὲν οὖν καὶ τὸ προσῆκον ἀπείληφε πέρας, καὶ διὰ πάντων γνησίως τὸ παρὸν ἀπείργασται σύγγραμμα, τῇ Θεοῦ χάριτι, τῇ καὶ τοῖς ἀλάλοις λαλεῖν, καὶ τοῖς κωφοῖς ἀκούειν χαριζομένῃ. εἰ δὲ μὴ εἴ τι καὶ ἀσθενὲς εἶναι δοκεῖ, μὴ τοῖς, περὶ ὧν ὁ λόγος γέγονε, προβλήμασι, τῷ δὲ εἰρηκότι τὸ ἐλλεῖπον ἀνατιθέσθω. οἶμαι μέντοι διὰ τὸ τῶν προτεθέντων τῷ λόγῳ ἀληθὲς, καὶ τὰ εἰρημένα καλὰ καὶ ἀληθέστατα τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι δόξειν· πλὴν εἴ τις δι' ἀγροικίαν καὶ βαρβαρότητα, ἢ πονηρίαν καὶ ἀσέβειαν ψυχῆς βουλόμενος παρὰ τοῖς ἀνοήτοις εἶναί τι δοκεῖν σφόδρα καὶ τῆς ἀληθείας ἀναισχυντεῖν βούλοιτο.

ſtere, proficiſciq; atq; emanare, item procedere. Vltimo cap. Repetitio prædictorum capitum. Atque hoc loco finem ſortiatur oratio; quoniam & huc uſque ipſi ſcopus erat. Si igitur conuenientem finem aſſequuta eſt oratio, atque per omnia ſtrenuè præſens volumen abſoluit; Deo ſit gratia, qui & mutis loqui, & ſurdis audire largitur. ſin minus, ſiquid etiam imbecillum eſſe videtur, non quæſtionibus, de quibus ſermo hactenus fuit, ſed diſſerenti defectus attribuatur. Puto tamen quia vera ſunt, quæ oratione propoſuimus, fore per Dei gratiam vt etiam noſtra dicta bona & veriſſima cenſeantur. Niſi quis ob ruſticitatem, atque barbariem, ſeu malitiam, animique impietatem valde contra veritatem velit impudenter ſe gerere, ſtudens, vt apud ſtultos aliquid eſſe videatur.

NOTÆ PETRI ARCVDII.

ADuerte pie Lector, locum Nyſſeni, quem citat Demetrius in decimo cap. Τὸ μὲν προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, reperiri in oratione ad Ablabium, quæ non eſt typis excuſſa cum alijs eius Operibus, & extat in Bibliotheca Vaticana, non autem in libris confutatorijs, qui ſunt contra Eunomium. quare Demetrius paſſus eſt μνημονικὸν ἁμάρτημα.

Item, loca, quæ citat Demetrius in 6. & 12. cap. Auguſtini de fide ad Petrum, non eſſe Auguſtini, ſed Fulgentij. quod non fugit homines doctos. Cæterum noſtrates tunc temporis in ſcriptis Latinorum Patrum erant nouitij, vt ipſimet agnoſcunt, & ingenuè fatentur in Concilio Florentino ſeſſ. 25. quæ eſt etiam poſtrema.

Præterea, teſtimonium Hilarij in eodem cap. nuſquam reperiri. In antiquis Breuiarijs extat quidem Homilia, quam hic citat bona fide Demetrius, ſed ſub titulo S. Auguſtini de Trinitate, Duoque Breuiaria reperi ſub hoc titulo, quæ non expreſſè indicant locum Auguſtini. Alterum cum hac inſcriptione, Breuiarium ſecundũ conſuetudinem Eccleſiæ Placentinæ, locus eſt in Hiſpanijs, quocirca & Breuiarium à principio habet ſculpta inſignia illius Regni, ſeu Prouinciæ. Alterum cum hoc titulo; Breuiarium Monaſticum ſecundum ordinem Camaldulenſem. At verò tertium Breuiarium his antiquius habet lectiones cum hoc titulo: Sermo de S. Trinitate collectus ex diuerſis dictis Sanctorum, hocue modo inſcribitur. Breuiarium Monaſticum ſecundum ritum & morem Monachorum Nigrorum Ordinis S. Benedicti de obſeruantia,

tia,

tia, Caſinenſis Congregationis, alias S. Iuſtinæ. Quartum Breuiarium carebat prorſus omni titulo tam in lectionibus quàm à principio. exiſtimatur autem eſſe Romanum. fortaſſis tempore Demetrij aliud extabat Breuiarium, quod titulum in lectionibus præſeferebat, S. Hilarij, quod is ſcripſerit aliquot libros de Trinitate. Fabius Beneuolentius Senenſis, qui quinque capita Gennadij pro defenſione Concilij Florentini latina fecit, in illis ſimilem locum explicans, cùm videret apud S. Hilarium Pictauienſem nihil tale reperiri, poſuit in margine alterum Hilarium, qui primo Concilio Nicæno interfuerit. ſed neque ibi reperitur vllus, qui hoc nomine vocetur. vt conſtat è ſubſcriptionibus Concilij; quamuis non omnes extent. Certè debuit Beneuolentius indicare nobis, vbi repererit, hunc fictum Hilarium. Ego cenſeo Benedictinum Breuiarium eſſe verius, cum hæc coniunctim, & continuata oratione apud hos Doctores, & Auctores minimè reperiantur, vt propterea etiam quartum Breuiarium neminem citet auctorem, cum nullius omnia ſint, ſed alia apud alios, & ſingillatim illud, non diuidi Deum per partes, & tria eſſe vnum Deum, & vnum Deum tria, item non duo lumina, ſed vnum lumen expreſſè legantur in Gregorio Nazianzeno orat. de Spiritu ſancto, vbi tria ſubintelliguntur πρόσωπα, hoc eſt, tres perſonæ. Commemorata Breuiaria, ſi quis velit ſuis oculis luſtrare, adeat Bibliothecam Patrum Societatis Ieſu in Collegio Romano in Vrbe.

In cap. 12. πράττω ſignificat duo, agere, & vendere: ſed quatenus ſignificat vendere, in præſenti non eſt in vſu, futurum facit in σω, quod ſimiliter non eſt in vſu. præteritum deſinit in κα. πέπρακα, & eſt vſitatum, vt hic affirmat Cydones, quia verò concur-

rit cum πράττω quod ſignificat agere, Cydones aſſe-
rit præteritum facere in κα. ſed reuera quatenus ſi-
gnificat agere, in præterito deſinit in χα,
ſecundum regulam Gram-
maticorum.

Digitized by Google

Errata ſic corrige.

Primus numerus indicat pagellam, ſecundus verſum, littera f. numerandum eſſe à fine.

404. 5. ἐπὶ, εἰς.
406. 14. ὑποδοκημάσαι, ὑποδοκιμάσαι.
408. 5. διέξομεν, διέξωμεν. 6. αἱρεσέως, αἱρέσεως. 10. Σιμεὼν, Συμεῶντης. 12. Συγγράμ-ματι, Συγγράμμασι. 14. γονίᾳ, γωνίᾳ.
416. f. 10. περὶ καὶ οὐσίας ἐνεργ. περὶ οὐσίας καὶ ἐνεργείας. 2. πήφυκε, πέφυκε.
417. f. 4. ideſt operationem. delendum.
418. 11. τὶς, τῆς.
422. f. 9. χρυματίσας, χρηματίσας.
424. 13. δίδαχθαι, δίδοσθαι. f. 1. θεοπὸν, θεοποιὸν.
428. 9. ἔχετον, ἄχετον.
430. 1. παίζα, παίτων. 16. ἐνιαίων, ἐνιαίως.
432. 5. οὐδ᾽ ἔνι μὴ λυπηλὼ, οὐδ᾽ ἔνι μὴ λυπηλὼ, αὐτλὼ γλοιέσθαι λυπηλὼ.
448. f. 5. ἀέγεγραφαι, ἀνέγεγραφαι.
456. f. 10. οὐ γὰρ τὸ τὸ αὐτὸ, delendum, 5. Ἀνομίου, Ἀνομοίου.
460. 14. ὑποστάσοις, ὑποστάσεις.
468. 4. ἐπίερν, ἐπίερου.

S. AVGVSTINI

Nonnulla Capita ex Decimoquinto

DE TRINITATE,

Quæ probant Spiritum ſanctum etiam ex Filio procedere.

INTERPRETE

MAXIMO PLANVDE.

QVoniam Marcus Epheſius in priuatis colloquijs etiam ſcripta Sanctorum Patrum Occidentalium aiebat eſſe corrupta, huic ſtultæ aſſertioni Beſſarion ſe opponens firmiter aſſeuerabat, ſi ea omnia è codicibus deleantur, quæ hoc dogma probant, remanſuras vtiq; membranas albas. Non enim obiter vnum, aut alterum verbum Sancti proferunt ad id probandum, vt quis ſuſpicetur eorum loca eſſe corrupta: ſed integræ ea de re illorum paginæ, immo verò ad populum extant homiliæ. Quare Græci quoq; Catholici illius ætatis, præſertim Beſſarion, & Demetrius Cydones integros fermè tractatus S. Auguſtini verterunt. Mirabar autem, cur non etiam vertiſſent librum de Trinitate S. Auguſtini tanti Doctoris, vbi conſulto, ac de induſtria quæſtionem hanc tractat. ſed reperi poſtea Maximum Planudem, Monachum Græcum, celeberrimum philoſohum & theologum, & in vtraque lingua exercitatiſſimum, ſanctoq; Auguſtino addictiſſimum aliquot annis prius eum librum *εἰς τὴν ἑλλάδα φωνὴν* tranſtuliſſe. Ex eo nos excerpſimus, quæ adrem faciunt. quæ ſanè quoniam in tertio Tomo Auguſtini extant, & prius tractata ſunt, hic etiam ante alios eius tractatus inſerenda duximus.

Cæterum ne offendatur pius lector, quoniam Planudes quatuor argumentis aduerſus verum dogma Latinorum videtur inſurgere, ſciendum eſt eum timore Principis illud feciſſe, vt teſtatur Demetrius Cydones, & Beſſarion in ſolutione illorum argumentorum, quæ in calce poſt capita Sancti Auguſtini ex libro de Trinitate deſumpta, poſuimus.

SAN-

Ex libro XV. de Trinitate. Cap. 17.

Tomo III.

SATIS de Patre, & Filio, quantum per hoc ſpeculum, atque in hoc ænigmate videre potuimus, locuti ſumus. Nunc de Spiritu ſancto, quartum, Deo donante, videre conceditur, diſſerendum eſt. qui Spiritus ſanctus ſecundum Scripturas ſanctas, nec Patris ſolus eſt, nec Filij ſolius, ſed amborum, & ideò communem, quia inuicem ſe diligunt Pater & Filius, nobis inſinuat charitatem. Vt autem nos exerceret ſermo diuinus, non res in promptu ſitas, ſed in abdito ſcrutandas, & ex abdito eruendas, maiore ſtudio fecit inquiri.

Non itaque dixit Scriptura, Spiritus ſanctus charitas eſt, quod ſi dixiſſet, non paruam partem quæſtionis iſtius abſtuliſſet: ſed dixit: Deus charitas eſt, vt incertum ſit, & ideò requirendum, vtrum Deus Pater ſit charitas, an Deus Filius, an Deus Spiritus ſanctus, an Deus ipſa Trinitas.

Neque enim dicturi ſumus, non propterea Deum dictum eſſe charitatem, quod ipſa charitas nulla ſubſtantia, quæ Dei digna ſit nomine, ſed quod donum Dei ſit, ſicut dictum eſt Deo, Quoniam tu es patientia mea.

Neque enim propterea dictum eſt, quia Dei ſubſtantia eſt noſtra patientia, ſed quod ab ipſo nobis eſt, ſicut alibi legitur, quoniam ab ipſo eſt patientia mea: Hunc quippe ſenſum facilè refellit ſcripturarum ipſa locutio. Tale eſt enim, tu es patientia mea: quale eſt, tu es Domine ſpes mea: & Deus meus miſericordia; & multa ſimilia. Non eſt autem dictum, Do-

Περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅπερ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ ἴσον λαμβάνεται, καὶ ἑκατέρου πνεῦμα λέγεται, καὶ τῷ τῆς ἀγάπης νοεῖται ὀνόματι, καίτοι καὶ ἑκάστου τῶν ἐν τῇ τριάδι προσώπων ἀγάπης ὄντος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζʹ.

Ἅλις μὲν οὖν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ, ὁπόσον διὰ τοῦδε τοῦ ἐσόπτρου καὶ ἐν τῷδε τῷ αἰνίγματι ἰδεῖν ἠδυνήθημεν, διειλέγμεθα. νυνὶ δὲ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁπόσον, τοῦ Θεοῦ χορηγοῦντος, ὁρᾶν συγχωρούμεθα, διασαφητέον· ὡς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὰς ἱερὰς γραφὰς οὔτε τοῦ πατρός ἐστι μόνου, οὔτε τοῦ υἱοῦ μόνου, ἀλλ᾽ ἀμφοῖν. καὶ διὰ τοῦτο κοινὴν ἡμῖν τὴν ἀγάπην διδάσκει, καθ᾽ ἣν ἀλλήλους ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἀγαπῶσιν. ἵνα δ᾽ ἡμᾶς ὁ θεῖος λόγος γυμνάσῃ, οὐκ εἰς προὖπτον κείμενα πράγματα, ἀλλ᾽ ἐν ἀποκρύφῳ ἐρευνητέα, καὶ ἐξ ἀποκρύφου ἐξενεκτέα, μείζονι ἀγῶνι πεποίηκε ζητεῖσθαι· οὐ γὰρ εἶπεν ἡ γραφή, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀγάπη ἐστίν. εἰ γὰρ τοῦτ᾽ εἰρήκει, οὐ μικρὸν ἂν μέρος ἀφείλετο τοῦδε τοῦ ζητήματος, ἀλλ᾽ εἶπεν, ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν, ὡς ἄδηλον εἶναι, καὶ διὰ ταῦτα ζητητέον, πότερον ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἀγάπη ἐστίν, ἢ ὁ Θεὸς καὶ υἱός, ἢ ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ ὁ Θεὸς αὐτὴ ἡ τριάς. οὐδὲ γὰρ ἐροῦμεν μὴ διὰ ταῦτα ἀγάπην τὸν Θεὸν εἰρῆσθαι, ὅτι ἡ ἀγάπη οὐκ ἔστιν ἡ οὐσία ἐκείνη, ἥτις ἐστὶν ἀξία τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ, ἀλλ᾽ ὅτι δῶρον ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ εἴρηται πρὸς τὸν Θεόν, ὅτι σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου. οὐ γὰρ πάντως διὰ ταῦτα εἴρηται, ὅτι τοῦ Θεοῦ ἐστιν οὐσία, ἡ ἡμετέρα ὑπομονή, ἀλλ᾽ ὅτι παρ᾽ ἐκείνου ἡμῖν ἐστίν. ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ ἀναγινώσκομεν, ὅτι παρ᾽ αὐτοῦ ἡ ὑπομονή μου· ταύτην γὰρ τὴν ἔννοιαν ῥᾳδίως ἀποκρούεται ἡ τῶν γραφῶν ὁμιλία. τοιοῦτον γάρ ἐστι τό, σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου, ὁποῖον ἐστὶ τό, σὺ κύριε ἡ ἐλπίς μου, καὶ ὁ Θεός μου, τὸ ἔλεός μου. καὶ πολλὰ παραπλήσια·

οὐκ

Domine, charitas mea, aut tu es charitas mea, aut Deus charitas mea: ſed ita dictum eſt; Deus charitas eſt, ſicut dictum eſt: Deus Spiritus eſt. Hoc qui non diſcernit, intellectum à Domino, non expoſitionem quærat à nobis. Non enim apertius quicquam poſſumus dicere. Deus ergo charitas eſt. Verum autem Pater, an Filius an Spiritus ſanctus, an ipſa Trinitas, quia & ipſa non tres Dij, ſed vnus Deus, hoc quæritur. Sed iam in hoc libro ſuperius diſputaui, non ſic accipiendam eſſe Trinitatem, quæ Deus eſt ex illis tribus, quæ in Trinitate noſtræ mentis oſtendimus, vt tanquã memoria ſit omnium trium Pater, & intelligentia omnium trium Filius, & charitas omnium trium Spiritus ſanctus, quaſi Pater nec intelligat ſibi nec diligat; ſed ei Filius intelligat, & Spiritus ſanctus ei diligat, ipſe autem ſibi & illis tantum meminerit. Et Filius nec meminerit, nec diligat ſibi, ſed meminerit ei Pater, & diligat ei Spiritus ſanctus, ipſe autem & ſibi & illis tantummodo intelligat. Itemque Spiritus ſanctus nec meminerit, nec intelligat ſibi, ſed meminerit ei Pater, & intelligat ei Filius, ipſe autem & ſibi & illis non niſi diligat, ſed ſic potius, vt omnia tria & omnes & ſinguli habeant in ſua quiſque natura.

Nec diſtent in eis iſta, ſicut in nobis aliud eſt memoria, aliud eſt intelligentia, aliud dilectio, ſiue charitas; ſed vnum aliquid ſit quod omnia valeat, ſicut ſapientia, & ſic habeatur in vniuſcuiuſque natura, vt qui habet, hoc ſit quod habet, ſicut immutabilis ſimplexque ſubſtantia.

Si ergo hæc intellecta ſunt, & quantum nobis in rebus tantis videre, & coniectare conceſſum eſt, vera eſſe claruerunt, neſcio cur non ſicut ſapientia, & Pater dicitur & Filius, & Spiritus ſanctus, & ſimul omnes non tres, ſed vna ſapientia; ita charitas, & Pater dicatur & Filius & Spiritus ſanctus, & ſimul omnes vna charitas.

Sic enim & Pater Deus, & Filius Deus, & Spiritus ſan-

οὐκ εἴρηται δὲ, κύριε ἡ ἀγάπη μου, ἢ σὺ εἶ ἡ ἀγάπη μου. ἢ ὁ Θεὸς ἡ ἀγάπη μου, ἀλλ' οὕτως εἰρημένον ἐστὶν, ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶν, ὥσπερ εἴρηται ὁ Θεὸς πνεῦμα ἐστίν. ὁ δὲ δὴ τοῦτο μὴ διακρίνων, νοήσιν περὶ τοῦ κυρίου, ἀλλὰ μὴ ἐξήγησιν παρ' ἡμῶν ζητείτω. οὐδὲ γὰρ καθαρώτερόν τι λέγειν δυνάμεθα. ὁ Θεὸς ἄρα ἀγάπη ἐστί. πότερον δὲ ἢ ὁ πατὴρ, ἢ ὁ υἱὸς, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ αὐτὴ ἡ τριάς; καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ οὐ τρεῖς θεοὶ, ἀλλὰ Θεός ἐστιν εἷς, τοῦτο ζητεῖται. ἀλλ' ἤδη ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ ἀνωτέρω διειλέγμεθα, μὴ οὕτω χρῆναι λαμβάνειν τὴν τριάδα, ἤ πως ὁ Θεός ἐστιν ἐκ τῶν τριῶν ἐκείνων, ἅπερ ἐν τῇ τριάδι, τοῦ νοὸς ἡμῶν ὑπεδείξαμεν, ὡς μνήμην μὲν εἶναι τῶν τριῶν πάντων τὸν πατέρα, καὶ νόησιν τῶν τριῶν πάντων τὸν υἱὸν, καὶ ἀγάπην πάντων τῶν τριῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς τὸν πατέρα μήτε νοεῖν ἑαυτὸν, μήτε ἀγαπᾶν. ἀλλὰ τὸν υἱὸν ἐκείνῳ νοεῖν, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκείνῳ ἀγαπᾶν, αὐτὸν δὲ καὶ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνοις μόνον μεμνῆσθαι. καὶ μὴν καὶ τὸν υἱὸν μήτε μεμνῆσθαι, μήτε ἀγαπᾶν ἑαυτὸν, ἀλλὰ μεμνῆσθαι αὐτῷ τὸν πατέρα, καὶ ἀγαπᾶν αὐτῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. αὐτὸν δὲ καὶ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνοις μόνον νοεῖν. Ἔτι, δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μήτε μεμνῆσθαι, μήτε νοεῖν ἑαυτῷ, ἀλλὰ μεμνῆσθαι αὐτῷ τὸν πατέρα, καὶ νοεῖν αὐτῷ τὸν υἱόν. αὐτὸ δὲ καὶ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνοις οὐδὲν ὅτι μὴ ἀγαπᾶν· ἀλλ' οὕτω μᾶλλον ὡς πάντα τὰ τρία καὶ πάντας καὶ ἕκαστον ἔχειν ἐν τῇ οἰκείᾳ ἑκάστου φύσει, καὶ μηδὲ διΐστασθαι ἐν αὐτοῖς ταῦτα, ὥσπερ ἐν ἡμῖν ἄλλο μὲν ἡ μνήμη, ἄλλο δὲ ἡ νόησις, ἕτερον δὲ ἡ ἀγάπη, ἀλλ' εἶναί τι τὸ πάντα δυνάμενον, ὥσπερ ἡ σοφία, καὶ οὕτως ἔχεσθαι ἐν ἑνὸς ἑκάστου φύσει, ὡς τὸν τόδε τι ἔχοντα εἶναι ὃ ἔχει, ὡς ἄτρεπτον καὶ ἁπλῆν οὐσίαν. εἴ τῳ μὲν οὖν ταῦτα νοεῖται, καὶ ὁπόσον ἡμῖν ἐν τηλικούτοις πράγμασιν ἰδεῖν στοχάσασθαι συγκεχώρηται, ἀληθῆ ὄντα ἀνεφάνη. οὐκ οἶδα δὲ τί δήποτε μὴ ὥσπερ σοφία καὶ ὁ πατὴρ λέγεται, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὁμοῦ πάντες οὐ τρεῖς, ἀλλὰ μία σοφία, οὕτως ἀγάπη καὶ ὁ πατὴρ λέγεται, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὁμοῦ πάντες μία ἀγάπη. οὕτω γὰρ καὶ ὁ πατὴρ Θεὸς,

ſanctus Deus, & ſimul omnes vnus Deus. Et tamen non fruſtra in hac Trinitate non dicitur Verbum Dei niſi Filius, nec donum Dei Spiritus ſanctus: nec de quo genitum eſt Verbum, nec de quo procedit principaliter Spiritus ſanctus, niſi Deus Pater. Ideò autem addidi principaliter, quia & de Filio Spiritus ſanctus procedere reperitur. Sed hoc quoque illi Pater dedit, non iam exiſtenti, & nondum habenti, ſed quicquid Vnigenito Verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, vt etiam de illo donum commune procederet, & Spiritus ſanctus, Spiritus eſſet amborum. Non eſt igitur accipienda tranſeunter, ſed diligenter intuenda inſeparabilis Trinitatis iſta diſtinctio. Hinc enim factum eſt vt propriè Dei Verbum, etiam Dei Sapientia diceretur. cum ſit Sapientia & Pater & Spiritus ſanctus. Si ergo propriè aliquid horum trium charitas nuncupanda eſt, quid aptiùs quàm vt hoc ſit Spiritus ſanctus? Vt ſcilicet in illa (Trinitatis) ſimplici ſummaque natura non ſit aliud ſubſtantia, & aliud charitas, ſed ſubſtantia ipſa ſit charitas, & charitas ipſa ſit ſubſtantia, ſiue in Patre, ſiue in Filio, ſiue in Spiritu ſancto, & tamen propriè Spiritus ſanctus charitas nuncupetur. Sicut legis nomine aliquando ſimul omnia veteris inſtrumenti ſanctarum ſcripturarum ſignificantur eloquia. Nam ex Propheta Iſaia teſtimonium ponens Apoſtolus, vbi ait: In alijs linguis, & in alijs labijs loquar populo huic: præmiſit tamen in lege ſcriptum eſt. Et ipſe Dominus: In lege, inquit, eorum ſcriptum eſt, quia odeiunt me gratis: cùm hoc legatur in Pſalmo. Aliquando autem propriè vocatur lex, quæ data eſt per Moyſen ſecundum quod dictum eſt; lex & Prophetæ vſque ad Ioannem. Et in his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Hic vtique propriè lex appellata eſt de monte Sina. Prophetarum autem nomine etiam pſalmi ſignificati ſunt, & tamen alio loco ipſe Saluator. Oportebat, inquit, imple-

καὶ ὁ υἱὸς Θεὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον Θεὸς, καὶ ὁμοῦ πάντες εἷς Θεός. καὶ μέντοι οὐ μάτην ἐν τῇδε τῇ τριάδι οὐ λέγεται Λόγος τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, οὐ δὲ δῶρον Θεοῦ, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. οὐδ᾽ ἐξ οὗ ἐγεννήθη ὁ Λόγος, καὶ ἐξ οὗ ἐκπορεύεται ἀρχοειδῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ μὴ ὁ πατήρ· διὰ τοῦτο δὲ προσέθηκα τὸ ἀρχοειδῶς, ἐπειδὴ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εὑρίσκεται ἐκπορευόμενον, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ καὶ τοῦτο αὐτῷ ὁ πατὴρ ἔδωκεν, οὐκ ἤδη ὑφεστηκότι, καὶ μήπω ἔχοντι, ἀλλ᾽ ὅ, τί ποτε τῷ μονογενεῖ λόγῳ δέδωκεν, ἐν τῷ γεννᾷν δέδωκεν, οὕτως ἄρα αὐτὸν ἐγέννησεν, ὡς καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ δῶρον κοινὸν προέρχεσθαι, καὶ πνεῦμα ἅγιον εἶναι ἀμφοῖν. οὐκ ἄρα παρέργως ἀξία λαμβάνεσθαι, ἀλλ᾽ ἐπιμελῶς ἐπισκοπεῖσθαι ἡ ἀδιαίρετος αὕτη τῆς τριάδος διαστολή. ἐντεῦθεν γὰρ γέγονεν ὡς κυρίως τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, Θεοῦ σοφίαν λέγεσθαι. Καίτοι καὶ τοῦ πατρὸς σοφίας ὄντος, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἰ τοίνυν κυρίως τῶν τριῶν τι τούτων ἀγάπην ὀνομάζεσθαι χρὴ, τί ποτ᾽ ἂν ἁρμοδιώτερον εἴη τοῦτ᾽ εἶναι, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; ὡς ἐν ἐκείνῃ δηλαδὴ τῇ ἁπλῇ καὶ ἀκροτάτῃ φύσει, μὴ εἶναι ἕτερον μὲν τὴν οὐσίαν, ἕτερον δὲ τὴν ἀγάπην, ἀλλ᾽ οὐσίαν εἶναι τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν ἀγάπην οὐσίαν εἴτε ἐν τῷ πατρὶ, εἴτε ἐν τῷ υἱῷ, εἴτε ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι; ὅμως μέντοι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κυρίως ἀγάπην προσαγορεύεσθαι. ὥσπερ καὶ τῷ τοῦ νόμου ὀνόματι ἔστιν ὅτε ὁμοῦ πάντα τὰ τῆς παλαιᾶς καὶ θείας γραφῆς δηλοῦνται λόγια· καὶ γὰρ ἐκ τῆς γραφῆς τοῦ Ἡσαΐου μαρτυρίαν τιθεὶς ὁ Ἀπόστολος ἔνθα φησὶν, ἐν ἑτερογλώσσαις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ; προὔθηκεν ὅμως, ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κύριος, ἐν τῷ νόμῳ, φησὶν, αὐτῶν γέγραπται, ὅτι, ἐμίσησάν με δωρεάν. καίτοι τοῦτο ἀναγινωσκόμενον ἐν τῷ ψαλμῷ. ἐνίοτε δὲ νόμος κυρίως καλεῖται διὰ Μωϋσέως, κατὰ τὸ ῥηθὲν, ὁ νόμος καὶ οἱ Προφῆται ἕως Ἰωάννου. καὶ ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ Προφῆται κρέμανται. ἐνταῦθα γὰρ πάντως νόμος κυρίως προσαγορεύεται. ὁ ἐκ τοῦ ὄρους Σινᾶ. τῷ τῶν Προφητῶν δὲ ὀνόματι καὶ οἱ ψαλμοὶ σημαίνονται. ἐν ἑτέρῳ μέντοι τύπῳ αὐτὸς ὁ σω-

pleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege, & Prophetis, & pſalmis de me. Hic rurſus Prophetarum nomen, ex eptis pſalmis, intelligi voluit. Dicitur ergo lex vniuerſaliter cum Prophetis, & pſalmis: dicitur & propriè, quæ per Moyſen data eſt. Item dicuntur communiter Prophetæ ſimul cum pſalmis, dicuntur & propriè præter pſalmos. Et multis alijs exemplis doceri poteſt multarum rerum vocabula & vniuerſaliter poni, & propriè quibuſdam rebus adhiberi, niſi in re aperta vitanda ſit longitudo ſermonis. Hæc ideò dixi, ne quiſquam propterea nos inconuenienter exiſtimes charitatem appellare Spiritum ſanctum, quia & Deus Pater, & Deus Filius poteſt charitas nuncupari. Sicut ergo vnicum Dei Verbum propriè vocamus nomine ſapientiæ, cum ſit vniuerſaliter & Spiritus ſanctus & Pater ipſa Sapientia: ita Spiritus ſanctus propriè nuncupatur vocabulo charitatis, cùm ſit vniuerſaliter charitas & Pater, & Filius. Sed Dei Verbum, ideſt vnigenitus Dei Filius apertè dictus eſt Dei Sapientia, ore Apoſtolico, vbi ait, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Spiritus autem ſanctus vbi ſit dictus charitas, inuenimus, ſi diligenter Ioannis Apoſtoli ſcrutemur eloquium. Qui cùm dixiſſet, Dilectiſſimi diligamus inuicem, quia dilectio ex Deo eſt: ſecutus adiunxit; Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, qui non diligit, non cognouit Deum, quia Deus dilectio eſt. Hic manifeſtauit eam ſe dixiſſe dilectionem Deum, quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo eſt dilectio. Sed quia & Filius ex Deo Patre natus eſt, & Spiritus ſanctus ex Deo Patre procedit, quem potius eorum hic debeamus accipere, dictum eſſe dilectionem Deum, meritò quæritur: Pater enim ſolus ita Deus eſt, vt non ſit ex Deo: ac per hoc dilectio, quæ ita Deus eſt, vt ex Deo ſit, aut Filius eſt, aut Spiritus ſanctus.

Sed

τήρ, ἔδει, φησὶ, πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ καὶ προφήταις καὶ ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ. ἐνταῦθα γὰρ πάλιν τὸ τῶν Προφητῶν ὄνομα, ἐξαιρουμένων τῶν ψαλμῶν, νοεῖσθαι ἠθέλησε. λέγεται ἄρα νόμος καθολικῶς σὺν τοῖς Προφήταις καὶ ψαλμοῖς. λέγεται καὶ κυρίως ὁ διὰ Μωσέως δοθείς. ἔτι λέγονται κοινῶς οἱ Προφῆται σὺν τοῖς ψαλμοῖς. λέγονται δὲ καὶ ἰδίως, πλὴν τῶν ψαλμῶν, καὶ πολλοῖς δὲ παραδείγμασι καὶ ἄλλοις δυνατὸν ἡμᾶς γνῶναι, ὡς πολλῶν πραγμάτων ὀνόματα καὶ καθολικῶς τίθεσθαι, καὶ ἰδίως τισὶν ἀπονέμεσθαι. εἰ μὴ ἐν πράγματι φανερῷ φυλάττεσθαι χρὴ τὸ τοῦ λόγου μῆκος. ταῦτα δὲ διὰ τοῦτ' εἶπον, ἵνα μήτις ἡμᾶς τούτου χάριν οἰηθείη, μὴ ἁρμοδίως ἀγάπην προσαγορεύειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπειδὴ καὶ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ ὁ Θεὸς υἱὸς δύναται ἀγάπη προσαγορεύεσθαι. ὥσπερ οὖν τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον, κυρίως καλοῦμεν τῷ τῆς σοφίας ὀνόματι, καίτοι καθόλου καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ τοῦ πατρὸς σοφίας ὄντος, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κυρίως τῷ τῆς ἀγάπης ὀνόματι, καθόλου καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἀγάπης ὄντος. ἀλλ' ὁ μὲν Λόγος τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ φανερῶς εἴρηται τοῦ Θεοῦ σοφία τῷ ἀποστολικῷ στόματι, ἔνθα φησὶ, Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον ποῦ ποτὲ εἰρῆσθαι ἀγάπην εὑρίσκομεν; αὔπερ ἐπιμελῶς τῷ τοῦ Ἀποστόλου Ἰωάννου λογίῳ προσέχωμεν. ὅς εἰπὼν, ἀγαπητοὶ ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὅτι ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστὶν, ἐπομένως συνῆψε, καὶ πᾶς ὁ ἀγαπῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐγεννήθη, ὁ δὲ μὴ ἀγαπῶν, οὐκ ἔγνω τὸν Θεὸν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν. ἐνταῦθα ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν αὐτὴν εἰρηκέναι ἀγάπην τὸν Θεὸν, ἣν εἶπεν ἐκ τοῦ Θεοῦ. Θεὸς ἄρα ἐκ Θεοῦ ἐστὶν ἡ ἀγάπη· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἐγεννήθη, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἐκπορεύεται, τίνα τούτων μᾶλλον ἐνταῦθα ἐκλαβεῖν ὀφείλομεν εἰρῆσθαι ἀγάπην τὸν Θεὸν, δικαίως ζητεῖται. ὁ γὰρ πατὴρ μόνος ἐστὶν οὕτω Θεὸς, ὡς μὴ ἐκ Θεοῦ εἶναι, καὶ διὰ ταῦτα ἡ ἀγάπη, ἥτις οὕτω Θεός ἐστιν, ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι, ἢ υἱός ἐστιν, ἢ

Sed in conſequentibus cùm Dei dilectionem commemoraſſet, non qua nos eum, ſed qua ipſe dilexit nos, & miſit Filium ſuum liberatorem pro peccatis noſtris, & hinc exhortatus eſſet, vt & nos inuicem diligamus, atque ita in nobis Deus maneat: quia vtique dilectionem Deum dixerat ſtatim volens de hac re apertius aliquid eloqui, In hoc, inquit, cognoſcimus quia in ipſo manemus, & ipſe in nobis, quia de Spiritu ſuo dedit nobis. Spiritus itaque ſanctus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, & ipſum in nobis, hoc autem facit dilectio. Ipſe eſt igitur Deus dilectio. Denique paulò poſt cùm hoc ipſum repetiſſet, atque dixiſſet; Deus dilectio eſt: continuò ſubiecit, & qui manet in dilectione: in Deo manet, & Deus manet in eo. Vnde ſuprà dixerat; In hoc cognouimus, quia in ipſo manemus, & ipſe in nobis, quia de Spiritu ſuo dedit nobis. Ipſe ergo ſignificatur vbi legitur; Deus dilectio eſt. Deus igitur Spiritus ſanctus qui procedit ex Deo, cùm datus fuerit homini; accendit eum in dilectionem Dei & proximi, & ipſe dilectio eſt. Non enim habet homo, vnde Deum diligat, niſi ex Deo. Propter quod paulò poſt dicit; Nos diligamus, quia ipſe prior dilexit nos. Apoſtolus quoque Paulus; Dilectio, inquit, Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.

τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἐν τοῖς ἑπομένοις τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ ἀναμνήσας, οὐ καθ' ἣν ἡμεῖς αὐτὸν, ἀλλὰ καθ' ἣν αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ, φησὶν, ἱλασμὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· κἀντεῦθεν ἐδίδαξεν ὡς καὶ ἡμεῖς ἀλλήλους ἀγαπῶμεν, καὶ οὕτως ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν μένει. ἐπεὶ τοίνυν ἀγάπην τὸν Θεὸν εἴρηκε, διθεὶς θέλων περὶ τούτου τοῦ πράγματος φανερώτερόν τι διαλεχθῆναι, ἐν τούτῳ, φησὶ, γινώσκομεν, ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν. τὸ πνεῦμα τοίνυν τὸ ἅγιον, ἐξ οὗ δέδωκεν ἡμῖν, ποιεῖ ἡμᾶς ἐν τῷ Θεῷ μένειν, καὶ αὐτὸν ἐν ἡμῖν· τοῦτο δὲ ποιεῖ ἡ ἀγάπη· αὐτός ἐστιν ἄρα ὁ Θεὸς ἡ ἀγάπη. καὶ τέλος μετὰ μικρὸν τοῦτ' αὐτὸ ἐπαναλαβὼν, καὶ εἰπὼν, ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶν, ἑξῆς ἐπήγαγε, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει. καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ μένει. ὅθεν ἀνωτέρω εἴρηκεν, ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν. αὐτὸ ἄρα δηλοῦται ἔνθα ἀναγινώσκομεν, ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν· ὁ Θεὸς τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὰν δοθῇ τῷ ἀνθρώπῳ, ἀνάπτει αὐτὸν εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ πλησίον, καὶ αὐτὸ ἀγάπης ἐστίν. οὐδὲ γὰρ ἔχει ὁ ἄνθρωπος ὅθεν τὸν Θεὸν ἀγαπήσῃ, ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ. διὸ μετ' ὀλίγα φησὶν, ἡμεῖς δὲ ἀγαπῶμεν, ὅτι αὐτὸς πρότερον ἠγάπησεν ἡμᾶς. Καὶ ὁ Ἀπόστολος Παῦλος, ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, φησὶν, ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν.

CAPVT XVIII.

NVllum eſt iſto Dei dono excellentius. Solum eſt, quod diuidit inter Filios regni æterni, & Filios perditionis æternæ. Dantur & alia per Spiritum ſanctum munera, ſed ſine charitate nihil proſunt. Niſi ergo tantum impertiatur cuique Spiritus ſanctus, vt eum Dei, & proximi faciat amatorem, ſiniſtra non transfertur ad dexteram. Nec Spiritus propriè dicitur donum, niſi propter dilectionem. Quam qui non habuerit, ſi linguis hominum loquatur & Angelorum ſonans æramentum eſt, & cymbalum tinniens. Et ſi habuerit prophetiam, & ſcierit omnia ſacramenta, & omnem ſcientiam, & ſi habuerit omnem fidem ita vt montes transferat, nihil eſt. Et ſi diſtribuerit omnem ſubſtantiam ſuam, & ſi tradiderit corpus ſuum, vt ardeat, nihil ei prodeſt. Quantum ergo bonum eſt, ſine quo ad æternam vitam neminem bona tanta perducunt? Ipſa verò dilectio, ſiue charitas, nam vnius rei eſt vtrunque nomen, ſi habeat eam, qui non loquitur linguis, nec habet prophetiam, nec omnia ſcit ſacramenta, omnemque ſcientiam, nec diſtribuit omnia ſua pauperibus, vel non habendo quod diſtribuit, vel aliqua neceſſitate prohibitus, nec tradit corpus ſuum, vt ardeat, ſi talis paſſionis nulla tentatio eſt, perducit ad regnum, ita vt ipſam fidem non faciat vtilem niſi charitas. Sine charitate quippe fides poteſt quidem eſſe; ſed non prodeſſe. Propter quod & Apoſtolus Paulus; In Chriſto, inquit, Ieſu, neq; circumciſio, neq; preputium aliquid valet, ſed fides, quæ per dilectionem operatur. Sic eam diſcernens ab ea fide, qua & dæmones cre-

Περὶ τῆς ὑπεροχῆς τῆς ἀγάπης, ἥτις οὕτως ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὡς καὶ αὐτὴ Θεὸς εἶναι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη.

ΩΣ ἐοικότα παραδείγματα εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσάγεις, ἀνδρῶν ἄριστε καὶ σοφώτατε. καὶ οὕτως ἁρμοδίαις εἰκόσιν εἰκάζεις τὰ θεῖα, ὕλῃ, καὶ ποσῷ, καὶ ποιῷ, τὴν ἄϋλον ἐκείνην καὶ ἄποσον, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἀναφῆ φύσιν ὑποτιθεὶς καὶ συγκρίνων. τί οὖν ταῦτα πάντα τὰ ἐν ταύταις σου ταῖς εἰκόσι καὶ ἐπὶ τῶν προσώπων ζητήσομεν; οὐκοῦν ἄρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τῶν ἐν ἄλλῳ ὑφεστηκότων, οὐ καθ' ἑαυτὰ τὸ εἶναι ἐχόντων (ἵλεως δὲ ἡμῖν εἴη) τιθέναι. ἔτι τῶν μεριστῶν καὶ διαστατῶν εἶναι, καὶ ὅσα περὶ τὰ σωματικὰ ταῦτα καὶ ὑλικά, καὶ περὶ ἐκεῖνα ἀνάγειν. ἀλλ' ὥσπερ τοῦτο ἄτοπον, οὕτω καὶ τὸ ἐντεῦθεν οἴεσθαί τι συμπεραίνειν ἀναγκαῖον, μάταιον καὶ ἀνόητον, καὶ τοσοῦτον καὶ ἡ εἰκὼν αὕτη Λατίνοις μᾶλλον ἢ σοὶ συμβάλλεται. ἡ ποιότης γάρ, ᾗ τὸ πνεῦμα αὐτὸς εἰκάζειν ἠθέλησας, οὐκ ἂν εἴη, εἰ μήπω προϋφεστηκυίας οὐσίας, οὐδ' ἂν σχοίη τὸ εἶναι, εἰ μὴ ἐν οὐσίᾳ διαστατῇ τινι καὶ ποσῇ. ἐπεὶ καὶ οὐσίαν ἄνευ ποσοῦ οὐκ ἂν ἡμεῖς ἴδοιμεν, κἂν χρῶμα αὐτῆς θεασώμεθα. εἰ οὖν οὐκ ἐν οὐσίᾳ μόνον ἁπλῶς, ἀλλ' ἐν διαστατῇ οὐσίᾳ ὑφέστηκεν ἡ ποιότης, καὶ τὸ ποσὸν ἄρα πρὸ τῆς ποιότητος εἶναι συμβάλλεται. καὶ οὕτω συνηγορήσων Λατίνοις, ἢ ἐλέγξων ἐλήλυθας, ἀνδρῶν ἄριστε καὶ σοφώτατε. οὐ γὰρ ἂν ἔγωγε σοῦ κατεγνοίην τοὐναντίον, οὕτω παρὰ ἐξησκημένου παιδείαν, οὕτω δὲ διαβεβηκότος ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ θεωρίᾳ, καὶ διὰ πάντων μὲν μαθημάτων ὁδεύσαντος, εὐδοκιμήσαντος δ' ἐν ἅπασι, πρὸς δὲ τῇ ἑλλάδι καὶ τὴν Λατίνων γλῶτταν ἐς ἄκρον ἐξησκημένου, καὶ περιουσίᾳ δυνάμεως ἄλλα τε πολλὰ θαύματα καὶ τὸ μέγα περὶ τριάδος τοῦ μεγάλου καὶ θαυμαστοῦ Αὐγουστίνου ἔργον εἰς τὴν ἡμετέραν μετενεγκόντος φωνήν, ἐν ᾧ πρὸς ἄλλοις πολλοῖς καὶ ἡ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, τοῦ ἁγίου πνεύματος θεία ἐκπόρευσις ἄριστά τε καὶ σοφώτατα θεολογεῖται καὶ ἐν θεωρίᾳ αὐτῷ καὶ τοῖς τοσούτοις αὐτοῦ λόγοις πῶς ἂν αὐτὸς ἐναντιοῦσθαι δύναιο,

Reſponſio quarta.

QVam conuenientia exempla in Eccleſiam introducis, vir optime ac ſapientiſſime. Et ſic aptis aſſimilas ſimilitudinibus res diuinas, materiæ, & quantitati, qualitatique illam immaterialem, omniſque quantitatis expertem, & figura carentem, intactilemque naturam ſubijciens, & cum his conferens. Quid igitur cuncta ne iſta, quæ in his ſimilitudinibus, etiam in exemplaribus quærenda ſunt? Igitur iam credendum eſt (ſint verò nobis propitij) & Filium, & Spiritum in alio exiſtere, non per ſe ſubſiſtere. Præterea eſſe ex ijs, quæ partes habent, & dimenſionem, & omnia, quæ circa corporalia & materialia, ad illa transferenda ſunt. Cæterum quemadmodum hoc abſurdum eſt, ita etiam ex eo aliquid opinari neceſſarium concludere, vanum & ſtultum eſt.

Quamquam & ſimilitudo tua hæc, Latinis potiùs, quàm tibi conferat. qualitas enim (cui tibi placuit aſſimilare Spiritum) vtique non eſſet, non ſeruata ſubſtantia, neque haberet eſſe, niſi in ſubſtantia, dimenſione tamen aliqua conſtante & quanta. Quoniam neque ſubſtantiam ſine quantitate poſſemus nos aſpicere, quamuis colorem ipſius videamus. Si igitur non in ſubſtantia tantum ſimpliciter, ſed in ſubſtantia dimenſione affecta exiſtit qualitas, ergo & quantum vt ſit qualitas confert. Atque ita Latinos potius patrocinio defenſurus, quàm vt eos redarguas acceſſiſti, Vir optime atque ſapientiſſime. Non enim profectò ego contrarium de te ſentiam, qui in omni diſciplinarum exercitatione verſatus es, qui adeò in philoſophia & contemplatione prætervectus, & omnium bonarum artium curricula emenſus, in cunctis ſplendorem aſſequutus es. vltra verò linguam Græcam, etiam latinam excellenter adeptus magna facilitate cum multa alia admiratione digna tum magnum opus De Trinitate Magni & admirandi Auguſtini in noſtram linguam tranſtuliſti, in quo præter alia etiam Spiritus ſancti ex Patre Filioque diuina proceſſio optimè, ſapientiſſimè, diuiniſſiméque theologicè demonſtratur. cui

ταιο, τρόφιμος ὢν ἐκείνῳ καὶ ἐραστής. καὶ ταῦτα τούτοις τοῖς λόγοις, ἢ ῥηματίοις, ἃ κἂν παῖς ἐξελέγξειεν. ἀλλ᾽ οἶμαι τοῦ τινῶν θυμοῦ χαρίσασθαι, ἢ ἐκκλῖναι βουλόμενος, ταύτην εὗρες ὁδὸν, ἐκεῖνόν τε φυγεῖν, καὶ τῇ ἀληθείᾳ μᾶλλον ἀμῦναι τῇ ἀσθενείᾳ τῶν λόγων, τὴν ἐκείνης περιουσίαν καὶ τοῖς μὴ συνορᾶν δυναμένοις ἀνακαλύπτων.

ſanè ac tantis eius rationibus quomodo ipſe te poſſes opponere, illius cùm ſis alumnus & ſtudioſus, præſertim hiſce rationibus, ſeu verbulis, quæ vel puer redargueret. Cæterum reor iræ quorumdam gratificari ſtudens, ſeu eam declinare volens, hanc nactus & ſequutus es viam, vt & illum vitares, & veritati magis opitulareris, nimiam eius vim cernere non valentibus, imbecillitate rationum patefaciens.

S. AVGVSTINI

Ex diuerſis Tractatibus in Euangelium

IOANNIS

DE SPIRITV SANCTO

Tom. IX.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΥΓΟΥΣΤΙΝΟΥ

Ἐκ τῆς εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον πραγματείας

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ

Τόμῳ Θ.

Ex Tractatu xciv. ſuper illis verbis.

Nunc vado ad eum, qui me miſit, & nemo, inquit, ex vobis interrogat me, Quò vadis?

SIgnificat Dominus Ieſus ſic ſe iturum, vt nullus interroget, quod palam fieri viſu corporis cernerent: nam ſuperius interrogauerant eum Diſcipuli quò eſſet iturus, & reſponderat eis, ſe iturum quò ipſi tunc venire non poſſent. Nunc verò ita ſe promittit iturum, vt nullus eorum, quò vadit interroget. Nubes enim ſuſcepit eum quando aſcendit ab eis: & euntem in cœlum, non verbis quæſierunt, ſed oculis deduxerunt. Sed quia hæc loquutus ſum vobis, inquit, tristitia impleuit cor veſtrum. Videbat vtique quid illa ſua verba in eorum cordibus agerent: ſpiritalem quippe nondum interius habentes conſolationem, quam per Spiritum ſanctum fuerant habituri, id quod exterius in Chriſto videbant, amittere metuebant. Et quia ſe amiſſuros eſſe illum vera denunciantem dubitare non poterant: contriſtabatur humanus affectus, quia carnalis deſolabatur aſpectus. Nouerat autem ille quid eis potius expediret, quia viſus interior ipſe eſt vtique melior, quo eos conſolaturus fuerat Spiritus ſanctus: non cernentium corporibus ingeſturus corpus humanum, ſed ſeipſum credentium pectoribus infuſurus. Denique adiungit, Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos. Tanquam diceret: Expedit vobis, vt hæc forma ſerui auferatur à vobis. Caro quidem factum Verbum habito in vobis: ſed nolo me carnaliter adhuc diligatis, & iſto lacte contenti ſemper infantes eſſe cupia-

Ἐκ τοῦ τιδ´. λόγου. ἐν ἐκείνοις τοῖς ῥήμασι, νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με ποῦ ὑπάγεις.

Ο Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσεν ἑαυτὸν οὕτως ἀπελευσόμενον, ὡς μηδένα αὐτὸν ἐρωτήσειν τοῦ ὑπάγεις, ὅπερ τῇ τοῦ σώματος ὄψει φανερῶς ἔμελλον ὄψεσθαι. αὐτοὶ γὰρ ἠρωτήκεσαν αὐτὸν, ποῦ ὑπάγει. οἷς ἀπεκρίθη, ἐκεῖ μέλλει ἀποδημήσειν, ὅποι νῦν ἐκεῖνοι ἀπαχθῆναι οὐχ οἷοί τε ἦσαν. νῦν δὲ ἑαυτὸν οὕτως ἀπελευσόμενον προλέγει, ὡς μηδένα ἐκείνων ἐρωτήσειν τοῦ ὑπάγεις· Νεφέλη γὰρ ὑπέλαβεν αὐτὸν, ὅτ᾽ ἀπ᾽ αὐτῶν διιστάμενος ᾔει. καὶ τότε τοῦτον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνιόντα, οὐ λόγοις ἠρώτων, ἀλλὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐθεώρουν. ἀλλ᾽ ὅτι ταῦτα ἐλάλησα ὑμῖν, φησὶν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν· ἑώρα γὰρ τί ποτε τὰ ῥήματα ταῦτα ἔδρων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. οὔπω γὰρ τὴν πνευματικὴν παράκλησιν ἔχοντες, ἣν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔμελλον ἕξειν, ὅπερ ἔξωθεν ἑώρων ἐν τῷ Χριστῷ, τοῦτ᾽ ἀποβαλεῖν ἐδεδίεσαν. καὶ ἐπειδήπερ ἀναμφίβολον ἦν ἡ ἀποβολὴ τοῦ Χριστοῦ προλέγοντος τούτοις τὰ ἀληθῆ, ἀναγκαῖον ἦν ἀλγεῖν τὴν ἀνθρωπίνην διάθεσιν ἀνενεργήτου τῆς ἀνθρωπίνης ὄψεως καταλειπομένης. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος ᾔδει τί μᾶλλον ἐκείνοις ἐλυσιτέλει· ἡ γὰρ ἔνδον ὄψις, βελτίων ἐστὶν, ἣν ἔμελλεν παραμυθήσεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀνθρώπινον σῶμα εἰς τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις εἰσάγειν, ἀλλ᾽ αὐτὸ ἐνιὲν ταῖς τῶν πιστευόντων καρδίαις. ἀμέλει, τούτοις συνάπτει, ἀλλ᾽ ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν, συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. ὡσανεὶ λέγων, Συμφέρει ὑμῖν, ὑμῶν ἀφαιρεθῆναι τὴν μορφὴν ταύτην τοῦ δούλου· νῦν μὲν γὰρ σὰρξ γεγονὼς ὁ λόγος ὑμῖν ἐνοικῶ, ἀλλ᾽ οὐ βούλομαι ἔτι σαρκικῶς ὑμᾶς ἐμὲ ἀγαπᾶν, ἀρκουμένους τε τῷ γάλακτι τούτῳ, νηπίους ἐπιθυμεῖν εἶ

διὰ

cupiatis. Expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos. Si alimenta tenera, quibus vos alui, non ſubtraxero, ſolidum cibum non eſurietis: ſi carni carnaliter hæſeritis, capaces Spiritus non eritis. Nam quid eſt, ſi non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos? Numquid hic poſitus, eum non poterat mittere? Quis hoc dixerit? Neque enim vbi ille erat, iſte inde receſſerat: & ſic venerat à Patre, vt non maneret in Patre. Poſtremò quomodo eum etiam hic conſtitutus non poterat mittere, quem ſcimus ſuper eum baptizatum veniſſe, atque manſiſſe: Immo verò à quo ſcimus eum numquam ſeparabilem fuiſſe? Quid eſt ergo, ſi non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: niſi non poteſtis capere Spiritum quamdiù ſecundùm carnem perſiſtitis noſſe Chriſtum? Vnde ille, qui iam acceperat Spiritum, & ſi noueramus, inquit, ſecundùm carnem Chriſtum, ſed nunc iam non nouimus. Etiam ipſam quippe carnem Chriſti, non ſecundùm carnem nouit, qui Verbum carnem factum ſpiritaliter nouit. Hoc nimirum ſignificare voluit magiſter bonus, dicendo: Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos; ſi autem abiero mittam eum ad vos. Chriſto autem diſcedente corporaliter, non ſolùm Spiritus ſanctus, ſed & Pater, & Filius illis; affuit ſpiritualiter. Nam ſi ab eis ſic abſceſſit Chriſtus, vt pro illo, non cùm illo in eis eſſet Spiritus ſanctus: vbi eſt eius promiſſio dicentis. Ecce ego vobiſcum ſum vſque in conſummationem ſæculi: & veniemus ad eum ego, & Pater, & manſionem apud eum faciemus, cùm & Spiritum ſanctum ita ſe promiſerit eſſe miſſurum, vt cum eis eſſet in æternum? Ac per hoc cùm ex carnalibus, vel animalibus eſſent ſpiritales futuri, profectò & Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum capacius fuerant habituri. In nullo autem credendus eſt eſſe Pater ſine

Filio,

διὰ παντός. συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. ἂν μὴ τὴν ἁπαλὴν τροφὴν, ἣν ὑμᾶς μέχρι τοῦ νῦν ἔθρεψα, μὴ ἀφέλωμαι, τῆς στερεᾶς οὐκ ἐπιθυμήσετε. εἰ σαρκικῶς αὐτῆς ἕξεσθε τῆς σαρκὸς, οὐκ ἔσεσθε τοῦ πνεύματος δεκτικοί. τί γὰρ βούλεται, εἰ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν δὲ ἀπέλθω, πέμψω τοῦτον πρὸς ὑμᾶς; μὴ γὰρ ἐνταῦθα ὢν, τοῦτον οὐκ ἠδύνατο πέμψαι; τίς τοῦτ' ἂν εἴποι; οὐδὲ γὰρ ὅπου ἦν οὗτος, ἐκεῖνος ἀπῆν. ἡ παρὰ τοῦ πατρὸς οὕτως ἦλθεν, ὡς μὴ μένειν ἐν τῷ πατρί. εἶτα καὶ πῶς ἐκεῖνον κἀνταῦθα διατρίβων οὐκ ἠδύνατο πέμψαι; ὃν ἴσμεν καὶ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν βαπτιζόμενον καὶ μεῖναι· μᾶλλον μὲν οὖν ὃν ἴσμεν τούτου διαπαντὸς ἀχώριστον ὄντα· τί τοίνυν ἐστὶν, ἐὰν μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς, ἢ πάντως, οὐχ οἷοί τε ἔσεσθε δέξασθαι τὸ πνεῦμα, ἐφ' ὅσον τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα γινώσκειν σπουδάζετε; ὅθεν ἐκεῖνος ὁ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἤδη δεξάμενος, εἰ καὶ ᾔδειμεν τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα φησὶν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι οἴδαμεν. καὶ αὐτὴν γὰρ τὴν τοῦ Χριστοῦ σάρκα οὐ σαρκικῶς οἶδεν, ὁ τὸν λόγον σάρκα γεγονότα πνευματικῶς εἰδώς. τοῦτο πάντως ὁ ἀγαθὸς διδάσκαλος δηλοῦν ἐβούλετο λέγων· ἐὰν ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. ἐὰν δὲ ἀπέλθω, πέμψω τοῦτον ὑμῖν. τοῦ Χριστοῦ δὲ σωματικῶς διαστάντος, οὐ μόνον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς ἐκείνοις πνευματικῶς παρεγένετο. εἰ γὰρ οὕτως ὁ Χριστὸς ἐκείνων διέστη, ὡς ἀντ' ἐκείνου, ἀλλ' οὐ μετ' ἐκείνου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκείνοις παρεῖναι, πῶς ἡ ἐπαγγελία τούτου λέγοντος, ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. καὶ πάλιν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. ἀλλὰ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὕτως αὐτοῖς ἐπηγγείλατο πέμψειν, ἵνα μετ' αὐτῶν ᾖ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ διὰ ταῦτα ἀπὸ σαρκικῶν γεγονότες πνευματικοὶ, ἀναγκαίως καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔμελλον ἔσεσθαι δεκτικώτεροι. ἐν οὐδενὶ γὰρ πιστευτέον

εἶ

Filio, & Spiritu ſancto, aut Pater, & Filius ſine Spiritu ſancto; aut Filius ſine Patre, & Spiritu ſancto; aut ſine Patre, & Filio Spiritus ſanctus; aut Pater, & Spiritus ſanctus ſine Filio: ſed vbi eorum quilibet vnus, ibi Trinitas Deus vnus. Oportebat autem ita inſinuari Trinitatem, vt quamuis nulla eſſet diuerſitas ſubſtantiarum, ſingulatim tamen commendaretur diſtinctio perſonarum: vbi eis, qui rectè intelligunt, nunquam videri poteſt ſeparatio naturarum.

Ex Tractatu xcv. Super illis verbis.

Cùm venerit, inquit, ille arguet mundum de Peccato, & de Iuſtitia, & de Iudicio.

QVid eſt hoc? Nunquid nam Dominus Chriſtus non arguit mundum de peccato, cum ait, ſi non veniſſem, & loquutus eis fuiſſem, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo? Sed ne quis fortè dicat hoc ad Iudæos propriè pertinere, non ad mundum; nonnè alio loco inquit, Si de mundo eſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret? Numquid non arguit de iuſtitia, vbi ait; Pater iuſte mundus te non cognouit? Nunquid non arguit de iudicio, vbi ſe ait, ſiniſtris eſſe dicturum; Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius? Et multa alia reperiuntur in ſancto Euangelio, vbi de his Chriſtus arguit mundum. Quid eſt ergo, quod tamquam propriè tribuit hoc Spiritui ſancto? An fortè, quia Chriſtus in Iudæorum gente tantum loquutus eſt, mundum non videtur arguiſſe, vt ille intelligatur argui, qui audit arguentem? Spiritus autem ſanctus in Diſcipulis eius toto Orbe diffuſis non vnam gentem intelligitur arguiſſe, ſed mundum; nam hoc illis ait aſcenſurus in cœlum: Non eſt

ἐστὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἢ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἢ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. οὐ χωρὶς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα. ἢ τὸν πατέρα καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ. ὅπου γὰρ εἷς τις τούτων ἐστὶν, ἐκεῖ καὶ εἷς Θεὸς ἡ τριάς. ἔδει δ' οὕτω τὴν τριάδα παραδέχεσθαι, ὥστ' εἰ καὶ μηδεμία ἦν ἐν τῇ οὐσίᾳ διαφορὰ, ὅμως παραδέχεσθαι τῶν προσώπων ἰδίως. καὶ οὕτως τοῖς νοοῦσιν ὀρθῶς, χωρισμὸν φύσεως οὐδαμῶς θεωρεῖσθαι.

Ἐκ τοῦ ἐνενηκοστοῦ πέμπτου λόγου, ἐλθὼν δὲ ἐκεῖνος· Ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας, καὶ περὶ δικαιοσύνης, καὶ περὶ κρίσεως.

ΤΙ βούλεται τοῦτο; μὴ γὰρ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς οὐκ ἤλεγξε τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας, ὅταν λέγῃ, εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν; ἀλλὰ ἵνα μή τις εἴπῃ, οὐ περὶ τοῦ κόσμου, ἀλλὰ περὶ τῶν Ἰουδαίων μόνον ἰδίως εἰρῆσθαι, ἀλλαχοῦ φησίν. εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει, μὴ οὐκ ἤλεγξε καὶ περὶ δικαιοσύνης. ὅπου φησί· πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω; ἀλλὰ καὶ περὶ κρίσεως ἤλεγξεν· ὅπου ἑαυτὸν φησὶν ἐρεῖν τοῖς ἐξ εὐωνύμων, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα εὕροι τις ἂν ἐν τῷ ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ, ὅπου περὶ τούτων τὸν κόσμον ὁ κύριος ἤλεγξε· πῶς τοίνυν ὥσπερ ἰδίως τοῦτ' ἀπένειμε τῷ ἁγίῳ πνεύματι; ἢ τάχα ὅτι ὁ Χριστὸς τῷ τῶν Ἰουδαίων ἔθνει μόνον διαλεχθεὶς, οὐκ ἂν δόξειεν αὐτὸς τὸν κόσμον ἐλέγξαι, ἀλλὰ τὸν ἀκούσαντα τὸν ἔλεγχον ἐκεῖνον μόνον ἐλεγχθῆναι; τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τοῖς Ἀποστόλοις κατὰ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν διασπαρεῖσιν οὐχ ἓν μόνον ἔθνος, ἀλλὰ τὸν κόσμον ὅλον ἐλέγξαι δοκεῖ· τοῦτο γὰρ εἶπεν αὐτοῖς μέλλων εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνα-

eſt veſtrum ſcire tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate, ſed accipietis virtutem Spiritus ſancti ſuperuenientis in vos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in tota Iudæa, & in Samaria, & vſque in fines terræ. Hoc eſt arguere mundum. Sed quis audeat dicere, quod per Diſcipulos Chriſti arguit mundum Spiritus ſanctus, & non arguat ipſe Chriſtus: cum clamet Apoſtolus: An vultis experimentum accipere eius, qui in me loquitur Chriſtus? Quos itaque arguit Spiritus ſanctus, arguit vtique & Chriſtus. Sed quantum mihi videtur, quia per Spiritum ſanctum diffundenda erat charitas in cordibus eorum, qui foras mittit timorem, quo impediri poſſent, ne arguere mundum, qui perſecutionibus fremebat, auderent: propterea dixit, ille arguet mundum. Tamquam diceret, Ille diffundet in cordibus veſtris charitatem: ſic enim timore depulſo, arguendi habetis libertatem. Sæpè autem diximus inſeparabilia opera eſſe Trinitatis; ſed ſingillatim commendandas fuiſſe perſonas, vt non ſolum ſine ſeparatione, verum etiam ſine confuſione & Vnitas intelligatur & Trinitas.

Exponit deinde quid dixerit de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.

De peccato quidem, inquit, quia non crediderunt in me. Hoc enim peccatum, quaſi ſolum ſit, præ cæteris poſuit. quia hoc manente, cætera detinentur, & hoc diſcedente, cætera remittuntur.

De iuſtitia verò, inquit, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me

Hoc primò videndum eſt, ſi rectè quiſque arguitur de peccato, vtrum rectè arguatur & de iuſtitia. Numquid enim ſi arguendus eſt peccator propterea quia peccator eſt: arguendum putabit quiſquam, & iuſtum propterea quia iuſtus eſt? Abſit. nam ſi aliquando iuſtus arguitur, ideò rectè arguitur, quia, ſicut ſcriptum eſt, non eſt iuſtus in terra, qui faciet bonum, & non peccabit. Quocirca etiam cùm iuſtus arguitur,

βαίνειν, οὐκ ἔστιν ὑμῶν γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ᾽ ὑμᾶς. καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε Ἱερουσαλὴμ καὶ πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. ὅπερ ἐστὶ, τὸ τὸν κόσμον ἐλέγξαι. ἀλλὰ τίς τολμήσειε καὶ μόνον εἰπεῖν, οὐκ αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἐλέγξαι τὸν κόσμον, ἀλλὰ μόνον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τῶν Ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ, τοῦ Ἀποστόλου βοῶντος, ἢ ζητεῖτε πεῖραν λαβεῖν τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; οὓς τοίνυν ἐλέγχει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τούτους ἐλέγχει καὶ ὁ Χριστός. ἀλλ᾽ ἵνα τὸ ἐμοὶ δοκοῦν εἴπω. τούτου χάριν εἴρηκε, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλέγξαι τὸν κόσμον, ἐπεὶ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκχυθῆναι ἔμελλεν ἡ ἀγάπη ἐν ταῖς καρδίαις τῶν μαθητῶν, ἡ τὸν φόβον ἔξω βάλλουσα, ᾧ δυνατὸν ἦν κωλύεσθαι τοῦ τολμᾶν τὸν κόσμον ἐλέγχειν τοῖς κατ᾽ αὐτῶν διωγμοῖς φρυαττόμενον. ὡσανεὶ λέγων, ἐκεῖνο ἐκχεῖν μέλλει τὴν ἀγάπην ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, καὶ οὕτω τοῦ δέους ἐξελθόντος, μετ᾽ ἀδείας τὸν κόσμον ἐλέγξετε. πολλάκις δὲ εἴπομεν τὰ τῆς τριάδος ἔργα ἀχώριστα εἶναι, ἐχρῆν δὲ καὶ τὰ πρόσωπα ἰδίως παραδοθῆναι, ἵνα μὴ μόνον ἀδιαίρετος ἡ μονὰς, ἀλλὰ ἀσύγχυτος νοῆται καὶ ἡ τριάς. ἐφεξῆς δὲ ἑρμηνεύει, ὅπως ἐλέγξει, περὶ ἁμαρτίας, λέγων, καὶ περὶ δικαιοσύνης, καὶ περὶ κρίσεως· περὶ ἁμαρτίας μὲν φησιν, ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ. ταύτην γὰρ ὥσπερ μόνην οὖσαν παρὰ τὰς ἄλλας ἁμαρτίας τίθησιν· ἐπεὶ ταύτης μενούσης, τὰ ἄλλα κατέχονται. καὶ ταύτης ἀποχωρούσης, καὶ τὰ ἄλλα ἀφίενται. περὶ δὲ δικαιοσύνης φησὶν, ὅτι πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύομαι, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρεῖτε. ἐν ταῦθα πρῶτον θεωρητέον, εἴ τις ὀρθῶς περὶ ἁμαρτίας ἐλέγχεται, πῶς αὖ καὶ περὶ δικαιοσύνης ὀρθῶς ἐλεγχθείη. εἰ γάρ τις τὸν ἁμαρτωλὸν ἐλέγχει, ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι, μὴ καὶ τὸν δίκαιον ἔξεστιν ἐλέγχειν, ὅτι δίκαιός ἐστιν; μὴ γένοιτο. εἰ γάρ ποτε καὶ τὸν δίκαιον δεῖν ἐλέγχειν συγχωρηθείη, διὰ τοῦτ᾽ αὖ εἰκότως ἐλέγχοιτο, ἐπεὶ, καθὼς γέγραπται, οὐκ ἔστι δίκαιος ἐπὶ γῆς, ὃς ποιήσει ἀγαθὸν, καὶ οὐχ ἁμαρτήσει. ὥστ᾽ εἰ κἀκεῖ-

νος

tur, de peccato arguitur, non de iuſtitia. Quoniam & in illo quod legimus diuinitus dictum; Noli effici iuſtus multum: non eſt notata iuſtitia ſapientis, ſed ſuperbia præſumentis, qui ergo fit multum iuſtus, ipſo nimio fit iniuſtus. Multum, enim ſe facit iuſtum, qui dicit ſe non habere peccatum; aut qui ſe putat non gratia Dei, ſed ſua voluntate ſufficiente effici iuſtum; nec rectè viuendo iuſtus eſt, ſed potius inflatus, putando ſe eſſe quod non eſt. Quo pacto igitur mundus arguendus eſt de iuſtitia, niſi de iuſtitia credentium? Arguitur itaque de peccato, quia in Chriſtum non credit, & arguitur de iuſtitia eorum, qui credunt. ipſa quippe fidelium comparatio, infidelium eſt vituperatio. Hoc & ipſa expoſitio ſatis indicat. Volens enim aperire quid dixerit, de iuſtitia verò, inquit, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me. Non ait, & iam non videbunt me; de quibus dixerat, quia non credunt in me. Sed peccatum quid vocaret exponens, de illis locutus eſt, dicens, quia non credunt in me. Exponens autem, quam diceret iuſtitiam, de qua, dixit, mundus arguitur: ad ipſos, quibus loquebatur, ſe conuertit, atque ait: Quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me. Quapropter mundus de peccato quidem ſuo, de iuſtitia verò arguitur aliena, ſicut arguuntur de lumine tenebræ: omnia enim, quæ arguuntur, ait Apoſtolus, à lumine manifeſtantur. Quantum enim malum ſit eorum, qui non credunt non ſolum per ſeipſum, verumetiam ex bono poteſt eorum apparere qui credunt. Et quoniam iſta vox infidelium eſſe conſueuit, quomodo credimus quod non videmus? Ideò credentium iuſtitiam ſic oportuit definiri, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me; beati enim qui non vident, & credunt. Nam, & qui viderunt Chriſtum, non in eo laudata eſt fides eorum; quia credebant, quod videbant, id eſt Filium hominis, ſed quia credebant, quod non videbant, id eſt Filium Dei.

Cùm

νος ἐλέγχοιτο. περὶ ἁμαρτίας, ἀλλ' οὐ περὶ δικαιοσύνης ἐλέγχοιτο ἄν. ἐπεὶ καὶ τὸ θεῖον λόγιον, μὴ γίνου κατὰ πολὺ δίκαιος φάσκον, οὐ τῆς τοῦ σοφοῦ δικαιοσύνης ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ τὴν δι' ὑπερνοίας ὑπερηφανίαν κολάζει. καὶ γὰρ λίαν γινόμενος δίκαιος, ἄδικος αὐτῇ γίνεται τῇ ὑπερβολῇ. κατὰ πολὺ γὰρ ἑαυτὸν ποιεῖ δίκαιον, ὁ λέγων ἑαυτὸν ἁμαρτίας μὴ ἔχειν· ἢ ὁ μὴ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ βουλήσει τὴν ἑαυτοῦ δικαιοσύνην ἀνατιθεὶς, οὐδὲ τῇ ὀρθότητι τοῦ βίου δίκαιός ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον πεφυσιωμένος, οἰόμενος ἑαυτὸν εἶναι ὅπερ οὐκ ἔστι. ποίῳ τοίνυν λόγῳ ἔδει τὸν κόσμον ἐλεγχθῆναι περὶ δικαιοσύνης; πάντως ἐκ τῆς τῶν πιστευόντων δικαιοσύνης. ἐλέγχεται τοίνυν περὶ ἁμαρτίας ὁ κόσμος, ὅτι μὴ πιστεύει εἰς τὸν Χριστόν. ἐλέγχεται καὶ περὶ δικαιοσύνης, ἐκ τῆς τῶν πιστευόντων δικαιοσύνης, αὐτὴ γὰρ ἡ τῶν πιστῶν πρὸς τοὺς ἀπίστους παράθεσις, αὐτῶν τῶν ἀπίστων ἐστὶν ὄνειδος. τοῦτο δὲ ἱκανῶς δηλοῖ καὶ τὸ ἐπαγόμενον. βουλόμενος γὰρ διανοῖξαι τὸ εἰρημένον. περὶ δὲ δικαιοσύνης φησὶν, ὅτι πρὸς τὸν πατέρα πορεύομαι καὶ οὐκ ἔτι με θεωρεῖτε. οὐκ ἔφησεν οὐκ ἔτι με θεωροῦσι, περὶ ὧν εἶπεν, ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ. ἀλλὰ τὴν μὲν ἁμαρτίαν τί ἐκάλεσεν, ἐξηγούμενος περὶ ἐκείνων· λέγων, φησὶν, ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμὲ· τὴν δ' ἔφησε δικαιοσύνην ἐξηγούμενος περὶ ἧς ἐλεγχθήσεσθαι τὸν κόσμον εἴρηκεν, ἀπ' ἐκείνων πρὸς τοὺς προσδιαλεγομένους στρέφεται, καὶ φησὶν, ὅτι πρὸς τὸν πατέρα μου ὑπάγω, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρεῖτε. ὅθεν δῆλον, ὡς περὶ ἁμαρτίας μὲν, ἐκ τῆς ἰδίας ἁμαρτίας ὁ κόσμος ἐλέγχεται, περὶ δὲ δικαιοσύνης, ἐκ τῆς ἀλλοτρίας δικαιοσύνης. ὥσπερ ἐκ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος ἐλέγχεται. τὰ γὰρ ἐλεγχόμενα, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται. ὅσον γάρ ἐστι τὸ τῶν ἀπίστων κακὸν, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν πιστευόντων ἀγαθοῦ δυνατὸν δῆλον γενέσθαι. καὶ ἐπεὶ ταύτην εἰώθασιν οἱ ἄπιστοι τὴν φωνὴν ἀφιέναι, πῶς ἄρ' ὅπερ οὐχ ὁρῶμεν πιστεύομεν, τούτου χάριν ἐδίκασε τὴν τῶν πιστῶν δικαιοσύνην ὁρίσασθαι, τοῦ πρὸς τὸν πατέρα τοῦτον πορεύεσθαι, καὶ μηκέτι ὑπ' αὐτῶν θεωρεῖσθαι. μακάριοι γὰρ οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες. καὶ γὰρ καὶ τῶν τὸν Χριστὸν ἰδόντων ἡ πίστις, οὐ τούτου χάριν ἐγκωμιάζεται, ὅτι τοῦθ' ὅπερ ἑωράκασι πεπιστεύκασι, τουτέστι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλ'

Cùm verò & ipſa forma ſerui ſubtracta eorum eſſet aſpectibus, tùm verò ex omni parte impletum eſſet, iuſtus ex fide viuit: eſt enim fides, ſicut in epiſtola, quæ ad Hebræos eſt, definitur, ſperantium ſubſtantia, conuictio rerum, quæ non videntur: ſed quid eſt, Iam non videbitis me? Non enim ait ad Patrem vado, & non videbitis me, vt temporis interuallum, quo non videbitur, ſignificaſſe intelligeretur, ſiue breue, ſiue longum tamen vtique terminatum: ſed dicendo iam non videbitis me, velut nunquam de cætero viſuros eſſe Chriſtum veritas prænunciauit. Hæccine iuſtitia eſt nunquam Chriſtum videre, & in eum tamen credere: cùm propterea laudatur fides, ex qua iuſtus viuit, quoniam credit, quem modo non videt Chriſtum, ſed aliquando eſſe viſurum? Poſtremò ſecundum hanc iuſtitiam nunquid dicturi ſumus Paulum Apoſtolum non fuiſſe iuſtum, confitentem ſe Chriſtum vidiſſe poſt aſcenſionem eius in cælum, de quo vtique iam tempore dixerat, iam non videbitis me? Nunquid ſecundùm hanc iuſtitiam iuſtus non erat glorioſiſſimus Stephanus, qui cùm lapidaretur, ait, Ecce video cælum apertum, & Filium hominis ſtantem ad dexteram Dei? Quid ergo eſt, ad Patrem vado, & iam non videbitis me: niſi quomodo ſum, cùm vobiſcum ſum? Tunc enim adhuc erat mortalis, in ſimilitudine carnis peccati, qui eſurire poterat, atque ſitire, fatigari, atque dormire. Hunc ergo Chriſtum, ideſt, talem Chriſtum, cùm tranſiſſet de hoc mundo ad Patrem, non erant iam viſuri: & ipſa eſt iuſtitia fidei, de qua dicit Apoſtolus: Et ſi noueramus Chriſtum ſecundùm carnem, ſed nunc iam non nouimus. Erit itaq;, inquit, veſtra iuſtitia, qua mundus arguetur. quia vado ad Patrem & iam non videbitis me; quoniam in eum, quem non videbitis credetis in me, Et quando me videbitis, quod tunc ero, non videbitis me, quod ſum vobiſcum modo. Non videbitis (me) humilem, ſed excelſum: non videbitis mortalem, ſed ſempiternum: non videbitis iudicandum, ſed iudi-

ὅτι πεπιστεύκασιν, ὅπερ οὐκ ἔβλεπον, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ δηλονότι. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ δούλου μορφὴ τῆς ὄψεως αὐτῶν ἀφῃρέθη, τότε πανταχόθεν πεπλήρωται, τὸ, ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. ἔστι γὰρ ἡ πίστις ὡς αὐτὴν ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ὁρίζεται, ἐλπιζομένων πραγμάτων ὑπόστασις, ἔλεγχος μὴ βλεπομένων. τί δέ ἐστιν οὐκ ἔτι με θεωρήσετε, εἰ γὰρ οὕτως ἔφησε πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα. καὶ οὐκ ἔτι με θεωρήσετε, ὡς δηλῶσαι καὶ διάστημα χρόνου, εἴτε μετὰ μήκους, εἴτε συνεσταλμένον, πλὴν ἑκατέρωθεν ὡρισμένον ἐν ᾧ οὐκ ὀφθήσεται, ἀλλ᾽ εἰπεῖν, οὐκ ἔτι με θεωρήσετε ὥσπερ μηδαμῶς τοῦ λοιποῦ τὸν Χριστὸν ὀψομένους ἡ ἀλήθεια προηγόρευσεν· αὕτη ὁμολογουμένως ἀδικία ἐστί, πιστεύειν μὲν εἰς Χριστὸν, μήποτε δὲ αὐτὸν ὄψεσθαι. διὰ τοῦτο γὰρ ἐπαινεῖται ἡ πίστις ἐξ ἧς ὁ δίκαιος ζήσεται· ὅτι ὃν νῦν οὐ βλέπει Χριστὸν, τοῦτον ὄψεσθαι πιστεύει ποτέ. εἶτα κατὰ ταύτην τὴν δικαιοσύνην, οὐδὲ τὸν Ἀπόστολον Παῦλον δίκαιον ἐροῦμεν γενέσθαι, λέγοντα τὸν Χριστὸν ἰδεῖν μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν· καί τοι περὶ τοῦ καιροῦ τούτου εἰρηκότα, οὐκ ἔτι με ὄψεσθε. μὴ κατὰ ταύτην τὴν δικαιοσύνην οὐκ ἦν δίκαιος καὶ ὁ ἐνδοξότατος Στέφανος· ὃς λιθαζόμενος ἔφησεν· ὁρῶ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ; τί τοίνυν ἐστὶ πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύομαι καὶ οὐκ ἔτι με θεωρήσετε; ἢ ὥσπερ νῦν εἰμὶ μεθ᾽ ὑμῶν. τότε γὰρ ἔτι θνητὸς ἦν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ πεινῆν ἠδύνατο καὶ διψῆν καὶ πονεῖν καὶ καθεύδειν. τοῦτον εἶναι τὸν Χριστὸν, τουτέστι τοιοῦτον, οὐκ ἔτι ἔμελλον ὄψεσθαι, μετὰ τὸ τὸν κόσμον ἀφεῖναι· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ τῆς πίστεως δικαιοσύνη, περὶ ἧς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, εἰ καὶ ᾔδειμεν τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν. ἔσται τοίνυν φησὶν ἡμετέρα δικαιοσύνη, δι᾽ ἧς ὁ κόσμος ἐξελεγχθήσεται, τὸ πορεύεσθαί με πρὸς τὸν πατέρα, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρεῖν ὑμᾶς. ὅτι εἰς ὃν οὐκ ὄψεσθέ με πιστεύετε. ὅταν δὲ ἴδητέ με ὅπερ ἔσομαι, τότε οὐκ ὄψεσθε ὃ νῦν εἰμὶ μεθ᾽ ὑμῶν. οὐκ ὄψεσθέ με ταπεινὸν, ἀλλὰ ὑψηλὸν, οὐκ ὄψεσθέ με θνητὸν, ἀλλ᾽ αἰώνιον. οὐκ ὄψεσθέ με κρινόμενον, ἀλλὰ δικαστήν.

iudicaturum, & de hac fide veſtra, ideſt, iuſtitia veſtra, arguet Spiritus ſanctus incredulum mundum. Arguet etiam de iudicio, quia princeps huius mundi iudicatus eſt. Quis eſt iſte, niſi de quo ait alio loco: Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inueniet, ideſt, nihil iuris ſui, nihil, quod ad eum pertineat, nullum ſcilicet omninò peccatum? Per hoc enim eſt diabolus princeps mundi. Non enim cæli, & terræ, & omnium, quæ in eis ſunt, eſt diabolus princeps, qua ſignificatione intelligitur mundus, vbi dictum eſt, Et mundus per eum factus eſt: ſed mundi eſt diabolus princeps, de quo mundo ibi continuo ſubiungit, atque ait, Et mundus eum non cognouit, hoc eſt homines infideles, quibus toto orbe terrarum mundus eſt plenus: inter quos gemit fidelis mundus, quem de mundo elegit, per quem factus eſt mundus, de quo ipſe dicit: Non venit Filius hominis, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Mundus, eo iudicante, damnatur. Mundus, eo ſubueniente, ſaluatur. Quoniam ſicut arbor folijs, & pomis; ſicut area paleis, & frumentis: ita infidelibus, & fidelibus plenus eſt mundus. Princeps ergo mundi huius, hoc eſt princeps tenebrarum harum, hoc eſt infidelium: de quibus eruitur mundus, quibus dicitur: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: princeps mundi huius, de quo alibi dicit: Nunc princeps mundi huius miſſus eſt foras, vtique iudicatus eſt: quoniam iudicio ignis æterni irreuocabiliter deſtinatus eſt, Et de hoc itaque iudicio, quo princeps iudicatus eſt mundi, arguitur à Spiritu ſancto mundus: quoniam cum ſuo principe iudicatur, quem ſuperbum, atque impium imitatur: ſi enim Deus ſicut dicit Apoſtolus Petrus, peccantibus Angelis non pepercit, ſed carceribus caliginis inferi retrudens, tradit in iudicio puniendos ſeruari: quomodo non à Spiritu ſancto de hoc iudicio mundus arguitur, quando in Spiritu ſancto hæc loquitur Apoſtolus? Credant itaq; homines in Chriſtum, ne arguantur de peccato

infi-

ἐκ τῆς ὑμετέρας τοίνυν ταύτης πίστεως τουτέστι τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν, τὸν ἄπιστον κόσμον ἐλέγξει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐλέγξει δὲ τοῦτον καὶ περὶ κρίσεως. ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται. τίς ἐστιν οὗτος ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου. ἐκεῖνος περὶ οὗ ἔφησεν ἀλλαχοῦ. ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν. τουτέστιν, οὐδὲν ἁμάρτημα, δηλονότι οὐδὲν τῶν αὐτοῦ. κατὰ γὰρ τὴν ἁμαρτίαν ὁ διάβολος ἐστὶν ἄρχων τοῦ κόσμου. οὐ γὰρ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς ἄρχων ἐστὶν ὁ διάβολος, καθ' ἣν σημασίαν τοῦ κόσμου λέγεται, ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. ἀλλ' ἐκείνου τοῦ κόσμου ἄρχων ἐστὶν ὁ διάβολος, περὶ οὗ φησιν ἐφεξῆς, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω, τουτέστιν οἱ ἄπιστοι ἄνθρωποι, ὧν καθ' ὅλον ἑαυτὸν πλήρης ἐστὶν ὁ κόσμος. ὧν μεταξὺ ὁ πιστὸς κόσμος στένει, ὃν ἐκ τοῦ κόσμου, ἐξελέξατο ἐκεῖνος, δι' οὗ γέγονεν ὁ κόσμος. περὶ οὗ φησιν ὁ αὐτός. οὐκ ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα ὁ κόσμος σωθῇ δι' αὐτοῦ· ὁ κόσμος τούτου κρινόμενος κατακρίνεται, ὁ κόσμος τούτου βοηθούμενος σώζεται. ὥσπερ γὰρ τὸ δένδρον καὶ φύλλων, καὶ μήλων, καὶ ἡ ἅλως, καὶ ἀχύρων καὶ σίτου, οὕτως ὁ κόσμος καὶ πιστῶν καὶ ἀπίστων ἐστὶ πλήρης· ὁ ἄρχων τοίνυν τοῦ κόσμου τουτέστι τοῦ σκότους τούτου, ἤγουν τῶν ἀπίστων, ὧν ἀπαλλάττεται ὁ κόσμος, περὶ οὗ φησιν. ἦτε ποτὲ σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν κυρίῳ. περὶ οὗ φησιν ἀλλαχοῦ, νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω, ἤδη κέκριται. ἐπείπερ ἀνεπίστροφος ὢν ὡρισμένῃ κρίσει πυρὸς αἰωνίου. περὶ ταύτης τοίνυν τῆς κρίσεως, καθ' ἣν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται, ἐλέγχει τὸν κόσμον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι μετὰ τοῦ ἰδίου ἄρχοντος, ὃν ὑπερήφανον ὄντα καὶ ἀσεβῆ ζηλοῖ, κρίνεται. εἰ γὰρ ὁ Θεός, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος Πέτρος, Ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' εἱρκταῖς ζόφου ᾅδου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τηρουμένους, πῶς ἔχ' ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου περὶ ταύτης τῆς κρίσεως ὁ κόσμος ἐλέγχεται, ἐν ἁγίῳ πνεύματι τοῦ Ἀποστόλου ταῦτα λαλήσαντος; πιστευσάτωσαν οὖν οἱ ἄνθρωποι τῷ Χριστῷ, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἐλέγξῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, περὶ τοῦ τῆς αὐτῶν ἀπιστίας ἁμαρ-

infidelitatis ſuæ, quo peccato omnia detinentur. Tranſeant in numerum fidelium, ne arguantur de iuſtitia eorum, quos iuſtificatos non imitantur: Caueant futurum iudicium: ne cum mundi principe iudicetur, quem iudicatum imitantur: etenim ne ſibi exiſtimet parci ſuperbia dura mortalium, de ſuperborum ſupplicio terrenda eſt Angelorum.

Ex Tractatu 96. ſuper illis verbis:

Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.

Et poſt pauca;

QVæ iſta ſunt, quæ Apoſtoli tunc portare non poterant, vultis forſitan ſcire? ſed quis noſtrum auderet eorum ſe dicere iam capacem, quæ illi capere non valebant? Ac per hoc nec à me expectanda ſunt, vt dicantur, quæ fortè non caperem ſi mihi ab alio dicerentur: nec vos ea portare poſſetis, etiam ſi ego tantus eſſem, vt à me iſta, quæ vobis altiora ſunt, audiretis. Et fieri quidem poteſt, vt ſint in vobis aliqui ad ea capienda iam idonei, quæ alij capere nondum valent, & ſi non omnia, de quibus magiſter ille Deus dicebat, adhuc multa habeo vobis dicere, tamen eorum fortaſſe nonnulla. ſed quæ nam ſint iſta, quæ ipſe non dixit, temerarium eſt velle præſumere, & dicere: nam & mori pro Chriſto nondum erant idonei tunc Apoſtoli, quibus dicebat, non poteſtis me ſequi modo. Vnde primus eorum Petrus, qui iam hoc ſe poſſe præſumpſerat, aliud expertus eſt, quàm putabat. & tamen poſtea, & viri, & mulieres; pueri, & puellæ; iuuenes, & virgines; ſeniores cum iunioribus innumerabiles martyrio coronati ſunt, & poſſe inuentæ ſunt oues. quod tunc, quando iſta Dominus loquebatur, nondum poterant portare paſtores. Nunquid ergo debuit illis omnibus dici in illo

te-

ἁμαρτήματος, ἐν ᾧ ἁμαρτήματι πάντα τὰ ἄλλα κεκράτηνται. συναριθμηθέντας τοῖς πιστοῖς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῶσιν ὑπὸ τῆς ἐκείνων δικαιοσύνης, οὓς δικαιωθέντας οὐ μιμοῦνται· φυλαττέσθωσαν τὴν μέλλουσαν κρίσιν· ἵνα μὴ σὺν τῷ ἄρχοντι τοῦ κόσμου κριθῶσιν, ὃν ἤδη κεκριμένον μιμοῦνται· ἵνα γὰρ μὴ ἡ σκληρὰ τῶν θνητῶν ὑπερηφανία φείσασθαι ταύτης οἴηται τὸν Θεόν. ταῖς ποιναῖς τῶν ὑπερηφανῶν ἀγγέλων κατασειέσθω.

Ἐκ τοῦ ἑνενηκοστοῦ ἐκ τοῦ λόγου ἐν ἐκείνοις τοῖς ῥήμασιν. Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· καὶ μετ' ὀλίγα.

Γινώσκειν ἴσως ἐπιθυμεῖτε, ἅπερ οἱ Ἀπόστολοι τότε βαστάζειν οὐχ οἷοί τε ἦσαν. ἀλλὰ τίς ἂν ἡμῶν τολμήσειε τοῦτον χωρητικὸν ἑαυτὸν ἤδη λέγειν, ἅπερ ἐκεῖνοι τότε γινώσκειν οὐκ ἴσχυον; ὅθεν οὐδὲ παρ' ἐμοῦ ταῦτ' ἀναμένειν μαθητευομένους προσήκει, ἅπερ ἴσως οὐδ' παρ' ἄλλου λεγόμενα δυνατοὺς εἶναι δέξασθαι. ἀλλ' οὐδ' ὑμεῖς δύνασθ' ἂν ταῦτα βαστάζειν, εἰ κἀγὼ τοσοῦτος ἦν, εἰ παρ' ἐμοῦ τὰ τὴν διάνοιαν ὑπερβαίνοντα τὴν ὑμετέραν, ἠκούετε. δυνατὸν μὲν οὖν ἐν ὑμῖν, εἶναί τινας ἱκανοὺς μᾶλλον τῶν ἄλλων πρὸς ὑποδοχήν, εἰ καὶ μὴ πάντων ἐκείνων, περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ διδάσκαλος καὶ Θεός. ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ὅμως τινῶν ἐξ ἐκείνων. ἀλλὰ τίνα ἂν εἶεν ἐκεῖνα περὶ ὧν ἐκεῖνος οὐκ εἴρηκεν. αὐθαδείας τολμᾶν λέγειν ἐπιχειρεῖν. καὶ γὰρ καὶ πρὸς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον οὔπω τότ' ἦσαν οἱ Ἀπόστολοι ἱκανοί, οἷς ἔλεγεν· οὐ δύνασθέ μοι νῦν ἀκολουθῆσαι. καὶ ὅγε πρῶτος αὐτῶν Πέτρος, ὃς ἱκανῶς ᾤετο πρὸς τοῦτο παρεσκευάσθαι, ἑτέρως πεπείραται ἅπερ ᾤετο. ἀλλ' ὅμως ὕστερον καὶ ἄνδρες, καὶ γυναῖκες, καὶ παῖδες, καὶ μείρακες, καὶ παρθένοι, καὶ νέοι καὶ πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων, ἀναρίθμητοι δῆμοι ὑπὲρ αὐτοῦ μαρτυροῦντες ἐστεφανοῦντο· καὶ μετὰ ταῦτα εὑρέθησαν δυνάμενα βαστάζειν τὰ πρόβατα, ἅπερ ὅτι ταῦτ' ἔλεγεν ὁ σωτὴρ βαστάζειν οἱ ποιμένες οὐχ οἷοί τε ἦσαν. ἆρα τοίνυν ἐχρῆν τοῖς προβά-

tentationis articulo, quo certare vſque ad mortem pro veritate oportebat, & pro Chriſti nomine, vel doctrina ſanguinem fundere: nunquid, inquam, debuit eis dici: Quis veſtrum audeat idoneum martyrio ſe putare, cui Petrus idoneus nondum fuerat, quando eum os ad os ipſe Dominus inſtruebat? Sic itaque dixerit aliquis, non debere dici populis Chriſtianis audire cupientibus, quæ ſint de quibus Dominus tunc dicebat, adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Si Apoſtoli nondum poterant, multo minus vos poteſtis, quia forte ſic multi poſſunt audire, quod tunc nondum poterat Petrus, ſicut multi poſſunt martyrio coronari, quod tunc nondum poterat Petrus: præſertim iam miſſo Spiritu ſancto, qui tunc nondum erat miſſus, de quo continuo ſubiungit, atq; ait: Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Sic vtique demonſtrans illos ideò quæ habebat dicere, portare non poſſe: quia nondum ad eos venerat Spiritus ſanctus. Ecce concedamus vt ita ſit, multos ea modo portare poſſe, iam miſſo Spiritu ſancto; quæ tunc eo nondum miſſo, non poterant portare diſcipuli. Nunquid ideo ſciuimus, quæ ſint quæ dicere noluit, quæ tunc ſciremus ſi ab eo dicta legeremus, vel audiſſemus? aliud eſt enim ſcire, verum a nobis, vel à vobis portari poſſint, ſiue non poſſint. Quę cùm ipſe tacuerit, quis noſtrum dicat, iſta, vel illa ſunt? Aut ſi dicere audeat, vnde probat? Quis enim eſt tam vanus, aut temerarius, qui cùm dixerit etiam vera, quibus voluerit, quæ voluerit ſine vllo teſtimonio diuino affirmet ea eſſe, quæ tunc dicere noluit? Quis hoc noſtrum faciat, & non maximam culpam temeritatis incurrat, in quo

nec

τοῖς ἐκείνοις ῥηθεῖσιν, ἐπηρτημένου τοῦ πειρασμοῦ ἐν ᾧπερ ἔδει μέχρι θανάτου πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀντικαθίστασθαι καὶ ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας τὸ αἷμα προΐεσθαι. ἄρα τοίνυν ὅπερ ἔφην, εἶχεν ἐκείνοις εἰρῆσθαι, τίς ὑμῶν πρὸς τὸ μαρτύριον ἱκανὸν ἑαυτὸν λέγειν τολμήσειε, πρὸς ὃ πρότερον ὁ Πέτρος οὐκ ἤρκει, ὅτε στόμα πρὸς στόμα αὐτῷ ὁ κύριος ἤλεγξεν; οὐδαμῶς. οὔπω τοίνυν καὶ νῦν εἴποι τις ἄν, μὴ δεῖν τοῖς τῶν χριστιανῶν λέγεσθαι δήμοις ἐπιθυμοῦσιν ἀκοῦσαι, τίνα ἦν, περὶ ὧν ὁ κύριος ἔλεγε τότε. πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. εἰ ταῦτα οἱ Ἀπόστολοι τότε βαστάζειν οὐκ ἴσχυον, πολλῷ τοῦδε ἧττον ὑμεῖς δύνασθε. ἐπεὶ τυχὸν οὔπω πολλοὶ δύνανται νῦν ἀκούειν, ἅπερ ὁ Πέτρος τότε οὐκ ἴσχυεν. ὥσπερ πολλοὶ δύνανται νῦν μαρτυρίῳ στεφανωθῆναι, ὅπερ τότε ὁ Πέτρος οὐκ ἴσχυε. μάλιστα δὲ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου πεμφθέντος νῦν, ὅπερ οὔπω τότε ἀπεσταλμένον ἦν, περὶ οὗ συνάπτων ἐφεξῆς λέγει. ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας διδάξει ὑμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. ἐντεῦθεν δηλαδὴ δείκνυσι διὰ τοῦτο ἐκείνους μὴ δυναμένους βαστάζειν τὰ παρ' ἐκείνου ῥηθησόμενα, ὅτι μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρεγένετο. πλὴν ἀλλὰ καὶ συγχωρηθέντος πολλοὺς εἶναι τοὺς νῦν δυναμένους βαστάζειν, πεμφθέντος τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἃ τότε μήπω πεμφθέντος οἱ Ἀπόστολοι βαστάζειν οὐχ οἷοί τε ἦσαν. μὴ παρὰ τοῦτο ἴσμεν, τίνα ἂν εἴη, ἅπερ ἔτι εἰπεῖν οὐ βεβούληται, ἃ τότε ἴσως ἐγνωσμένα ἄν, εἰ παρ' ἐκείνου ῥηθέντα, ἢ ἠκουσμένα ἢ ἀνεγνωσμένα. ἕτερον γάρ ἐστιν εἰδέναι πότερον παρ' ὑμῶν, ἢ παρ' ἡμῶν ἐκεῖνα δυνατὸν βασταχθῆναι. ἕτερον εἰδέναι τίνα ἦσαν, εἴτε δυνατὰ βαστάζεσθαι εἴτε μή. ἅπερ ἐπείπερ ἐκεῖνος ἐσίγησε, τίς ὑμῶν ἐρεῖ ἐκεῖνα εἶναι ἢ ταῦτα. εἰ δὲ καὶ λέγειν τολμήσειε, πῶς τοῦτ' ἀποδείξει; τίς γὰρ οὕτω μάταιος, ἢ αὐθάδης, ὃς καὶ τυχὸν εἰπόντος τινὸς ἅπερ βεβούληται, καὶ οἷς βεβούληται, διισχυρίσαιτο ταῦτ' εἶναι ἅπερ ὁ κύριος τότε παρῃτήσατο λέγειν ἄνευ θείας τινὸς μαρτυρίας; τίς ἡμῶν τοῦτο ποιήσας, οὐ μεγίστῳ περιπεσεῖται αὐθαδείας ἐγκλήματι; οὕτως εὐ-

κόλως

nec Prophetica, nec Apoſtolica excellit auctoritas? non profectò ſi eorum aliquid legiſſemus in libris Canonica auctoritate firmatis, qui poſt Aſcenſionem Domini ſcripti ſunt, parum fuerat hoc legiſſe: niſi illic id etiam legeretur, hoc ex eis eſſe, quæ tunc Dominus noluit diſcipulis dicere, quia non poterant illa portare.

Et poſt nonnulla.

Quapropter, chariſſimi, non à nobis expectetis audire, quæ tunc voluit Dominus Diſcipulis dicere, quia nondum poterant illa portare: ſed potiùs in charitate proficite, quæ diffunditur in cordibus veſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt vobis. vt Spiritu feruentes, & ſpiritualia diligentes, ſpiritalem lucem, ſpiritalemque vocem, quam carnales, & animales homines ferre non poſſunt, non aliquo ſigno corporalibus oculis apparente, nec aliquo ſono corporalibus auribus inſtrepente, ſed interiore conſpectu, & auditu noſſe poſſitis, Non enim diligitur, quod penitus ignoratur: ſed cùm diligitur, quod ex quantulacunque parte cognoſcitur, ipſa efficitur dilectione, vt meliùs, & pleniùs cognoſcatur. Si ergo in charitate proficiatis, quam diffundit in cordibus Spiritus ſanctus, docebit vos omnem veritatem: vel, ſicut alij codices habent, deducet vos in omni veritate. Vnde dictum eſt, deduc me Domine in via tua, & ambulabo in veritate tua. ſic fiet, vt non à Doctoribus exterioribus illa diſcatis, quæ noluit Dominus tunc dicere, ſéd ſitis omnes docibiles Deo: vt ea ipſa, quæ per lectiones, atq; ſermones extrinſecus adhibitos didiciſtis, & credidiſtis de natura Dei non corporea, nec loco aliquo incluſa, nec per finita ſpatia locorum, quaſi mole diſtenta, ſed vbiq; tota, & perfecta, & infinita

ſine

κόλως συντιθέμενος, μήτε προφητικῆς, μήτε ἀποστολικῆς αὐθεντίας ἡγουμένης τῶν λόγων; πάντως γὰρ εἰ καί τι τούτων ἐτύχομεν ἀναγνόντες ἐν τοῖς κανονικοῖς καὶ ἀξιώματι βεβαιωθεῖσι βιβλίοις, καὶ μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν τοῦ Χριστοῦ γραφεῖσιν, οὐκ ἂν ἤρκεσε τοῦτ᾽ ἀναγνῶναι, εἰ μὴ καὶ τοῦτ᾽ αὐτὸ πρὸς τοῖς μαθηταῖς εἰπεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ὅτι μηδὲ ἠδύναντο βαστάζειν ἐκεῖνα.

Καὶ μεθ᾽ ἕτερα.

ΟΘεν ἀγαπητοὶ μὴ παρ᾽ ἡμῶν ἀναμένητε ταῦτ᾽ ἀκοῦσαι, ἅπερ ὁ κύριος τότε τοῖς μαθηταῖς εἰπεῖν παρῃτήσατο, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῇ ἀγάπῃ προκόπτετε, τῇ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος τοῦ δοθέντος ἡμῖν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν χεομένῃ, ἵνα τῷ πνεύματι ζέοντες, καὶ τῶν πνευματικῶν ἐρῶντες, πνευματικῆς ὑγείας καὶ πνευματικῆς διδασκαλίας, δυνηθῆτε γνῶναι τὰ παρὰ τῶν ψυχικῶν ἀνθρώπων βαστάζεσθαι μὴ δυνάμενα. οὐ σημείοις ἔξωθεν τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς φαινόμενα, οὐδέ τισιν ἤχοις τοῖς σωματικοῖς ὠσὶν ἐνηχούμενα, ἀλλὰ τῇ ἔνδον ὄψει καὶ ἀκοῇ, οὐ γὰρ ἂν φιληθείη τὸ παντελῶς ἀγνοούμενον, ἀλλ᾽ ὅταν ἀμηγέπη γινώσκηται τὸ φιλούμενον, αὐτῇ τῇ ἀγάπῃ συμβαίνει καὶ πλέον ἐκεῖνο καὶ βέλτιον γινώσκεσθαι. ἂν τοίνυν ὅπερ ἔφην, ἐν τῇ ἀγάπῃ προκόπτητε. ἣν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐκχεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὐτὸ διδάξει ὑμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ἢ καθὼς ἐν ἄλλοις βιβλίοις εὑρίσκεται, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. ὅθεν εἴρηται. ὁδήγησόν με κύριε ἐν τῇ ὁδῷ σου, καὶ πορεύσομαι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. καὶ οὕτως ὑμῖν συμβήσεται, οὐ παρὰ τῶν ἔξωθεν διδασκάλων ὑμᾶς ἐκεῖνα μαθεῖν, ἅπερ ὁ κύριος εἰπεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ γενέσθαι διδακτοὺς τοῦ Θεοῦ, ἵν᾽ ἅπερ δι᾽ ἀναγνώσεως, καὶ λόγων ἔξωθεν προσενεχθέντων ἐμάθετε, καὶ πεπιστεύκατε περὶ τῆς ἀσωμάτου φύσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ μηδενὶ τόπῳ περιεχομένης, μήτ᾽ ἀπείροις διαστήμασι τόπων, ὥσπερ τι μέγεθος διαπεταμένης, ἀλλὰ πανταχοῦ ὅλης τελείας καὶ ἀπείρου,

ſine nitoribus colorum, ſine figuris lineamentorum, ſine notis litterarum, ſine ſerie ſyllabarum, ipſa mente conſpicere, ac perſpicere valeatis. Ecce dixi aliquid, quod fortè inde ſit, & tamen accepiſtis, & non ſolùm ferre potuiſtis, verùm etiam libenter audiſtis. Sed ille Magiſter interior, qui cùm adhuc diſcipulis exterius loqueretur, ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò, ſi vellet nobis id, quod de incorporea Dei natura dixi, intrinſecus ita dicere, ſicut ſanctis Angelis dicit, qui ſemper vident faciem Patris: nondum ea portare poſſemus. Proinde quod ait, docebit vos omnem veritatem; vel, Deducet vos in omni veritate: non arbitror in hac vita in cuiuſquam mente poſſe compleri. Quis enim viuens in hoc corpore, quod corrumpitur, & aggrauat animam, poſſit omnem cognoſcere veritatem, cùm dicat Apoſtolus, Ex parte ſcimus? Sed quia per Spiritum ſanctum fit, vnde nunc pignus accepimus, vt ad ipſam quoque plenitudinem veniamus, de qua idem dicit Apoſtolus; Tunc autem facie ad faciem: & nunc ſcio ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum: non quod in hac vita, ſed totum, quod vſque ad illam perfectionem futurum eſt, nobis Dominus promiſit, per charitatem Spiritus, dicens: Docebit vos omnem veritatem. vel: Deducet vos in omni veritate. Quæ cùm ita ſint, Dilectiſſimi, moneo vos in charitate Chriſti, vt ſeductores caueatis impuros, & obſcœnæ turpitudinis ſectas, de quibus ait Apoſtolus: Quæ autem occultè fiunt ab iſtis, turpe eſt & dicere: ne cum horrendas immunditias docere cœperint, quas humanæ aures qualeſcumque ſint, portare non poſſunt, dicant ipſa eſſe, quæ Dominus ait; Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò: & per Spiritum ſanctum aſſerant fieri, vt poſſint illa immunda, & nefanda portari. Alia ſunt mala,

quæ

ρου, αὐδὲ χρωμάτων αὐγῆς, αὐδὲ σχημάτων γραμμικῶν, αὐδὲ σημείων γραμμάτων, αὐδὲ ὕφης συλλαβῶν, αὐτῇ τῇ διανοίᾳ κατοπτεύειν, καὶ νοεῖν δύνησθε. ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν τι, ἴσως ἐκεῖθεν, καὶ ὅμως τοῦτο δεξάμενοι, οὐ μόνον βαστάζειν δεδύνησθε, ἀλλὰ καὶ ἡδέως ἠκούσατε. ἀλλ' εἴπερ ὁ ἔνδον ἐκεῖνος διδάσκαλος, ὃς τοῖς μαθηταῖς ἔξωθεν ἔτι διαλεγόμενος, πολλὰ εἶπεν, ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι, ἠθέλησεν ὑμῖν ἔνδοθεν οὕτω διαλεχθῆναι, περὶ ἧς εἶπον ἀσωμάτου φύσεως τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ τοῖς ἁγίοις Ἀγγέλοις φησίν. οἳ διαπαντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς, οὐκ ἂν ἠδυνήθημεν τὴν διδασκαλίαν βαστάσαι. ὅθεν ὃ φησι, διδάξει ὑμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ἢ ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ἥκιστα νομίζω κατὰ τὸν παρόντα βίον ἐν διανοίᾳ τινὸς δύνασθαι πληρωθῆναι. τίς γὰρ ἐν τῷ φθαρτῷ τούτῳ σώματι ζῶν, καὶ βαρύνοντι τὴν ψυχὴν, πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν δύναται γνῶναι, τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος ἐκ μέρους γινώσκομεν. ἀλλὰ τοῦτο εἴρηται, ὅτι διὰ πνεύματος ἁγίου γίνεται. οὗ νῦν τὸν ἀρραβῶνα λαμβάνομεν, ὡς καὶ ἐπ' αὐτὴν ποτὲ τὴν τελειότητα ἀφικέσθαι, περὶ ἧς ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος λέγει. τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. καὶ νῦν γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. οὐκ ἐν τῇ παρούσῃ τοσούτων ζωῇ ἀλλ' ἐν τῇ μελλούσῃ τελειότητι. ἣν ὁ κύριος ὑπέσχετο δι' ἀγάπης τοῦ πνεύματος λέγων. διδάξει ὑμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. ἢ ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. ἅπερ ἐπείπερ οὕτως ἔχει φίλτατοι, ὑμῖν ἐν τῇ ἀγάπῃ τοῦ Χριστοῦ παραινῶ τοὺς ἀκαθάρτους ἀπατεῶνας φυλάττεσθαι, καὶ τὰς αἰσχύνης αἱρέσεις, περὶ ὧν φησὶν ὁ Ἀπόστολος. τὰ γὰρ κρυφῆ ὑπ' αὐτῶν γινόμενα, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν. ἵνα μὴ τοὺς ἀποῤῥήτους ἀκαθαρσίας διδάσκειν ἀρχόμενοι, αἱ ἀνθρώπιναι ἀκοαὶ, οἷαι αὖ ὦσι, βαστάζειν ἀδυνατοῦσι, λέγωσι ταῦτα εἶναι ἐκεῖνα, περὶ ὧν ὁ κύριος ἔφησε. πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. καὶ πνεύματι ἁγίῳ διισχυρίζονται γίνεσθαι, δυνατὸν εἶναι τὸ ἀνόσια ἐκεῖνα βαστάζεσθαι, καὶ ἀκάθαρτα. εἰσὶ μὲν

γὰρ

quæ portare non poteſt qualiſcunque pudor humanus, & alia ſunt bona, quæ portare non poteſt paruus ſenſus humanus. Iſta fiunt corporibus impudicis, illa remota ſunt à corporibus vniuerſis, hoc impura carne committitur illud pura mente vix cernitur. Renouamini ergo Spiritu mentis veſtræ, & intelligite, quæ ſit voluntas Dei, quod bonum, & beneplacitum, & perfectum eſt: vt in charitate radicati, & fundati poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, altitudo, & profundum, cognoſcere etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Iſto enim modo vos docebit Spiritus ſanctus omnem veritatem, cum magis, magiſque diffundet in cordibus veſtris charitatem.

Ex Tractatu 99. ſuper illis verbis:

Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur.

Ante medium.

CVm igitur Spiritus ſanctus nulla ſuſceptione hominis ſit homo factus, nulla ſuſceptione Angeli, ſit Angelus factus, nulla ſuſceptione cuiuſcunque creaturæ, creatura ſit factus: quomodo de illo intelligendum eſt, quod Dominus ait, Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur? Ardua quæſtio, nimis ardua. Ipſe adſit Spiritus, vt ſaltem, ſicut eam cogitare poſſumus: ſic eloqui poſſimus, ac ſic ad intelligentiam veſtram pro mei moduli facultate perueniat. Prius itaque noſſe debetis, & intelligere poteſtis, credere autem quod intelligere nondum poteſtis, in ea ſubſtantia, quæ Deus eſt, non quaſi per corporis molem ſenſus locis proprijs diſtributos, ſicut in carne mortali quocunq; animalium alibi eſt viſus, alibi auditus, alibi guſtus, alibi olfactus,

γάρ τινα κακὰ, ἃ φέρειν ἀδυνατεῖ καὶ ἡ τυχοῦσα τῶν ἀνθρώπων αἰδώς. εἰσὶ δέ τινα ἀγαθὰ, ἅπερ ἀνθρωπίνη γνῶσις μικρὰ φέρειν οὐ δύναται, ταῦτα ἐν τοῖς ἀναιδέσι σώμασι γίνονται. ἐκεῖνα πόρρω πάντων σωμάτων εἰσὶ, ταῦτα ἐν μόνῃ τηρεῖται τῇ σαρκὶ, ἐκεῖνα μόλις ὁρᾶται τῇ καθαρᾷ διανοίᾳ. ἀνακαινίζεσθε τοίνυν τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν, καὶ κατανοεῖτε τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον. ἵνα ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐρριζωμένοι, καὶ τεθεμελιωμένοι, δυνηθῆτε μετὰ πάντων τῶν ἁγίων, καταλαβεῖν, τί τὸ μῆκος, καὶ ὕψος, καὶ πλάτος, καὶ βάθος, γνῶναι τί τὸ ὑπερέχον τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ· ἵνα πληρωθῆτε παντὶ πληρώματι τοῦ Θεοῦ, οὕτω γὰρ ὑμᾶς διδάξει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ὅταν μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἐκχέῃ τὴν ἀγάπην ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

Ἐκ τοῦ ἐννενηκοστοῦ ἐνάτου λόγου, ἐξηγούμενος ἐκεῖνο τὸ ῥητόν; Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει, περί που τὰ μέσα τῆς πραγματείας, οὕτω φησίν.

ΕΠεὶ τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐδὲ μιᾷ προσλήψει φύσεως ἀνθρωπίνης γέγονεν ἄνθρωπος, οὐδὲ μιᾷ προσλήψει Ἀγγέλου γέγονεν Ἄγγελος, οὐδὲ μιᾷ προσλήψει κτίσματος γέγονε κτίσμα, πῶς περὶ ἐκείνου. τὸ παρὰ τοῦ κυρίου ῥηθὲν νοηθήσεται. οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει; μέγα τὸ ζήτημα. καὶ πάνυ μέγα, αὐτὸ παρείη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα τοὐλάχιστον οὕτως εἰπεῖν αὐτὸ δυνηθῶμεν, ὃν τρόπον λογίσασθαι δεδυνήμεθα. καὶ οὕτω κατὰ τὴν ἐμὴν ἀσθενῆ ταύτην δύναμιν, ἐπὶ τὴν ὑμετέραν νόησιν δυνηθείην διαβιβάσαι. πρῶτον τοίνυν γινώσκειν ὀφείλετε, καὶ νοεῖν, δύνασθε, τις δεῖν ἢ οἱ νοεῖν οὐχ οἷοί τε ὄντες ἐν τῇ οὐσίᾳ ἐκείνῃ, ἥτις ἐστὶν ὁ Θεὸς, οὐχ ὥσπερ ἐν μεγέθει σώματος αἰσθήσεις ἰδίοις τόποις διανενεμημένας, ὥσπερ ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν, ἀλλαχοῦ μέν ἐστιν ὄψις, ἀλλαχοῦ δὲ ἀκοὴ, ὡσαύτως δὲ καὶ

γεῦσις

ctus, per totum autem tactus. Abſit hoc credere in illa incorporea, immutabilique natura. audire ergo ibi & videre, dignum eſt. Dicitur & olfactus in Deo: vnde dicit Apoſtolus, Sicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Et guſtus intelligi poteſt, ſecundùm quem Deus, & odit amaricantes, & nec frigidos, nec calidos, ſeu tepidos euomit ex ore ſuo: & Ieſus Chriſtus dicit, Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me. Eſt etiam tactus ille diuinus, vnde dicit ſponſa de ſponſo: Siniſtra eius ſub capite meo, & dextera illius complectetur me. Non ſunt hæc in Deo per diuerſa corporis loca. Cùm enim dicitur ſcire, ibi ſunt omnia, & videre, & audire, & olfacere, & guſtare, & tangere: ſine vlla eius mutatione ſubſtantiæ, ſine vlla mole, quæ in alia parte maior, in alia minor, etiam in * ſenſibus puerili pectore cogitatur, quando Deus ſic cogitatur. Nec mireris, quod ineffabilis Dei ſcientia, qua nouit omnia, per varios humanæ locutionis modos omnium iſtorum corporalium ſenſuum nominibus nuncupatur: cum & ipſa mens noſtra, hoc eſt homo interior, cui conformiter ſcienti per has quinque, veluti nuncios corporis diuerſa nunciantur, quando immutabilem veritatem intelligit, eligit, diligit, & lumen videt, de quo dicitur, Erat lumen verum: & Verbum audit, de quo dicitur, Poſt odorem vnguentorum tuorum currimus; & fontem bibit, de quo dicitur, Mihi autem adhærere Deo bonum eſt: nec aliud, atque aliud, ſed vna intelligentia tot ſenſuum nominibus nuncupatur. Cùm ergo de Spiritu ſancto dicitur, Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur: multò magis ibi ſimplex natura, vbi veriſſimè ſimplex eſt, vel intelligenda eſt, vel credenda, quæ longè, latèque naturam noſtræ mentis excedit. Mutabilis quippe eſt mens noſtra; quæ percipit diſcendo quod neſciebat, & amittit dediſcendo, quod ſciebat: & veriſimilitudine fallitur,

*al. ſenibus

litur,

γεῦσις καὶ ὄσφρησις, πανταχοῦ δὲ ἁφὴ, μὴ γένοιτο τοῦτο πιστεῦσαι
τινὰ περὶ τὴν ἀσώματον φύσιν ἐκείνην καὶ ἀμετάβλητον. ἐκεῖ
τοίνυν τὸ ὁρᾷν καὶ ἀκούειν, ἕν ἐστι καὶ ταυτόν. λέγεται καὶ ὄσφρησις
ἐπὶ Θεοῦ, ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ὥσπερ καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν
ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν
τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. ἀλλὰ καὶ γεῦσιν ἐκεῖ νοεῖν δυνα-
τὸν, καθ' ἣν ὁ Θεὸς μισεῖ τοὺς παραπικραίνοντας, καὶ τοὺς μήτε
ψυχροὺς, μήτε θερμοὺς, ἀλλὰ χλιαροὺς ἐξεμεῖ τοῦ στόματος
αὐτοῦ. καὶ ὁ σωτὴρ φησὶν, ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα
τοῦ πέμψαντός με. ἔστι καὶ ἁφὴ θεία, ὅθεν ἡ νύμφη περὶ τοῦ νυμ-
φίου φησίν. ἡ ἀριστερὰ αὐτοῦ ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου, καὶ ἡ δεξιὰ
περιλαμβάνει με. ἀλλ' αὐτὰ πάντα οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ Θεῷ ἐν δια-
φόροις τοῦ σώματος χώραις. ὅταν γὰρ λέγηται. γινώσκειν αὐτὸν,
ἐκεῖ πάντα ταῦτα εἰσὶ, καὶ τὸ ὁρᾷν, καὶ τὸ ἀκούειν, καὶ ὀσφραίνεσθαι καὶ
γεύεσθαι, καὶ ἅπτεσθαι ἄνευ τινὸς μεταβολῆς τῆς οὐσίας ἐκείνης,
ἄνευ μεγέθους, ὅπερ ἄλλοθι μὲν μεῖζον, ἄλλοθι δὲ ἔλαττον, * *ἐν ἄλ-
κἂν ταῖς αἰσθήσεσι παιδικῇ διανοίᾳ νοῆται, ὅταν οὕτω λογίζηται περὶ λῳ κἂν
Θεοῦ. μὴ θαυμάσῃς δὲ εἰ διαφόροις τρόποις ἀνθρωπίνης φωνῆς ἡ τοῖς γέ-
ἄρρητος τοῦ Θεοῦ ἐπιστήμη, ἣ πάντα οἶδε, πᾶσι τοῖς τῶν ἀνθρω- ρουσι.
πων αἰσθήσεων τρόποις κατονομάζεται. ἐπεὶ καὶ αὐτὴ ἡ ἡμετέρα
διάνοια, ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος δηλονότι, ᾧ τινι μονοειδῶς ἐπιστα-
μένῳ διὰ τῶν πέντε τούτων αἰσθήσεων, ὥσπερ διά τινων Ἀγγέλων
σωματικῶν πάντα σημαίνεται, τοσούτοις αἰσθήσεων ὀνόμασιν ὀνο-
μάζεται· οὐκ ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ, ἀλλὰ μιᾷ νοήσει ὅταν τὴν ἀμετά-
βλητον ἀλήθειαν ἐκείνην ὁρᾷ, αἱρεῖται, ἀγαπᾷ, ὁρᾷ τὸ φῶς,
περὶ οὗ λέγεται, ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, καὶ ἀκούει τὸν λόγον, περὶ οὗ
εἴρηται, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ δέχεται τὴν ὀσμὴν, περὶ ἧς εἴ-
ρηται, ὀπίσω τῆς ὀσμῆς τῶν μύρων σου δραμούμεθα. πίνει τῆς πη-
γῆς, περὶ ἧς γέγραπται. παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς. ἀπολαύει τῆς ἁ-
φῆς, περὶ ἧς λέγεται, ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ κυρίῳ ἀ-
γαθόν ἐστιν. ὅταν τοίνυν περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου λέγηται,
οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει, πολλῷ

litur, vt pro vero approbet falſum, & obſcuritate ſua, quaſi quibuſdam tenebris impeditur, ne perueniat ad verum. & ideò non eſt iſta ſubſtantia veriſſimè ſimplex, cui non hoc eſt eſſe quod noſſe: poteſt enim eſſe, nec noſſe: at illa diuina non poteſt, quia id, quod habet eſt. Ac pro hoc non ſic habet ſcientiam, vt aliud illi ſit ſcientia, qua ſcit, aliud eſſentia, qua eſt; ſed vtrunque vnum eſt. Nec vtrunque dicendum eſt, quod ſimpliciter vnum eſt, ſicut habet Pater vitam in ſemetipſo, nec aliud eſt ipſe, quam vita, quæ in ipſo eſt; & dedit Filio habere vitam in ſemetipſo, hoc eſt, genuit Filium, qui, & ipſe vita eſſet: ſic itaque debemus accipere, quod de Spiritu ſancto dictum eſt, Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur: vt intelligamus non eum eſſe à ſemetipſo. Pater quippe ſolus de alio non eſt. Nam & Filius de Patre natus eſt; & Spiritus de Patre procedit. Pater autem nec natus eſt de alio, nec procedit. Nec ideò ſanè aliqua diſparilitas in ſumma illa Trinitate cogitationi occurrat humanæ: nam, & Filius ei de quo natus eſt, & Spiritus ſanctus ei de quo procedit, æqualis eſt. Quid autem illic interſit inter procedere, & naſci, & longum eſt quærendo diſſerere, & temerarium, cùm diſſerueris, definire: quia hoc, & menti vtcunque comprehendere, & ſi quid forte mens inde comprehenderit, linguæ difficillimum eſt explicare, quantuſlibet præſit Doctor, quantuſlibet adſit auditor. Non ergo loquetur à ſemetipſo, quia non eſt à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur. Ab illo audiet à quo procedit. Audire illi ſcire eſt,

Sci-

μᾶλλον ἐκεῖ δεῖ νοεῖν ἁπλῆν φύσιν. ὄντως ἀληθέστατα, ἁπλῆν, ἢ νοεῖν, ἢ πιστεύειν χρή. ἐπ' ἄπειρον μῆκος καὶ πλάτος τὴν τῆς ἡμετέρας διανοίας ὑπερβαίνουσαν φύσιν. μεταβλητὴ γάρ ἐστιν, ἡ ἡμετέρα διάνοια, ἐπεὶ μανθάνουσα δέχεται ὃ ἠγνόει, καὶ ἀπομανθάνουσα ἀπώλεσεν ὃ ἠπίστατο, καὶ τῇ ἀληθοῦς ὁμοιότητι σφάλλεται. ὡς αὐτὴ τῶν ἀληθῶν τοῖς ψεύδεσι συντίθεται, καὶ τῇ ἑαυτῆς ἀμαυρότητι ὥσπερ τινὶ σκότει πρὸς τὸ ἀληθὲς ἀφικέσθαι κωλυομένη. ὅθεν ἀληθέστατα οὐκ ἔστιν ἁπλῆ οὐσία ἐκείνη, ᾗ μή ἐστιν ὅπερ τὸ εἶναι τοῦτο καὶ τὸ γινώσκειν. δύναται γὰρ εἶναι καὶ μὴ νοεῖν. τὴν δὲ θείαν ἐκείνην ἀδύνατον οὕτως εἶναι, ὃ γὰρ ἔχει, τοῦτο καὶ ἐστί. κἀντεῦθεν οὐχ οὕτως ἔχει τὴν ἐπιστήμην, ὡσθ' ἕτερον ἐκείνη τὴν ἐπιστήμην, ἢ ἐπίστασθαι εἶναι, καὶ ἕτερον τὴν οὐσίαν ᾗ ἐστιν. ἀλλ' ἑκάτερον ἐκεῖ ἕν, μᾶλλον δὲ οὐδ' ἑκάτερον αὐτόθι λέγεσθαι δεῖ, ἔνθα ἁπλῶς ἕν ἐστιν· ὥσπερ τοίνυν ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, καὶ οὐχ ἕτερον ἐστὶν αὐτός, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ οὖσα ζωή, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, τουτέστι γεγέννηκεν υἱὸν καὶ αὐτὸν ὄντα ζωήν. οὕτω τοίνυν ὀφείλομεν λαμβάνειν καὶ τὸ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰρημένον. οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ· λαλήσει, ἵν' ἐκεῖνο νοῶμεν, μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ εἶναι. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ μόνος οὐκ ἔστι παρ' ἄλλου, καὶ γὰρ καὶ ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς γεγέννηται, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται· ὁ δὲ πατὴρ οὔτ' ἄλλον ἔχει γεννήτορα, οὔτ' ἐκπορεύεται παρ' ἑτέρου. οὐ μὴν διὰ τοῦτό τις ἀνισότης ἐν τῇ ἄκρᾳ ἐκείνῃ τριάδι. τοῖς δὲ ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς συναντάτω, καὶ γὰρ καὶ ὁ υἱὸς τῷ ἐξ οὗ γεγέννηται, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ παρ' οὗ ἐκπορεύεται ἴσοι εἰσί. τί δὲ ἐκεῖ διαφέρει τὸ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι, καὶ μακρόν ἐστι ζητοῦντα σαφηνίζειν, καὶ προπετὲς διορίζεσθαι. τοῦτο γὰρ καὶ τῇ διανοίᾳ καταλαβεῖν ἀμήχανον; καὶ εἰ πού ποτ' ἴσως ἡ διάνοια ἔγνω, δυσχερέστατον ἐξελίττειν τῇ γλώττῃ, κἂν ἐφρόνουν σὺ περὶ ταῦτα τρίβῃς, ἢ ὁ διδάσκαλος προσῆλθεν, ἢ ὁ ἀκροατὴς ἕπηται. οὐ τοίνυν ἀφ' ἑαυτοῦ λαλεῖ, ὅτι ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει, παρ' ἐκείνου ἀκούσει παρ' οὗ ἐκπορεύεται. ἀκούειν ἐκείνῳ τὸ γινώσκειν ἐστί. γινώσκειν

Scire verò eſſe, ſicut ſuperius diſputatum eſt. Quia ergo non eſt à ſemetipſo, ſed ab illo à quo procedit, à quo illi eſt eſſentia, ab illo ſcientia, ab illo igitur audientia, quod nihil eſt aliud, quàm ſcientia, Nec moueat, quod verbum futuri temporis poſitum eſt. Non enim dictum eſt, quæcunque audiuit, aut quæcunque audit, ſed quæcunque audiet loquetur; illa quippe audientia ſempiterna eſt, quia ſempiterna ſcientia. In eo autem quod ſempiternum eſt, ſine initio, & ſine fine, cuiuſlibet temporis verbum ponatur, ſiue præteriti, ſiue præſentis, ſiue futuri, non mendaciter ponitur. Quamuis enim natura illa immutabilis, & ineffabilis, non recipiat fuit, & erit, ſed tantum eſt, ipſa enim veracior eſt, quia mutari non poteſt, & ideò illi tantum conuenerat dicere; Ego ſum, qui ſum: & dices Filijs Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos, tamen propter mutabilitatem temporum, in quibus verſatur noſtra mortalitas, & noſtra mutabilitas, non mendaciter dicimus, & fuit, & erit, & eſt. Fuit in præteritis ſeculis, eſt in præſentibus, erit in futuris. Fuit, quia nunquam defuit: erit, quia nunquam deerit: eſt, quia ſemper eſt. Neque enim velut qui iam non ſit cum præteritis occidit, aut cum præſentibus, velut qui non maneat labitur, aut cum futuris, velut qui non fuerat orietur. Proinde cùm ſecundum volumina temporum locutio humana variatur, qui per nulla deeſſe potuit, aut poteſt, aut poterit tempora, vera de illo dicantur cuiuſlibet temporis verba. Semper itaque audit Spiritus ſanctus, quia ſemper ſcit; Ergo & ſciuit, & ſcit, & ſciet. Ac per hoc & audiuit, & audit, & audiet, quia ſicut iam diximus, hoc eſt illi audire, quod ſcire; & ſcire illi hoc eſt quod eſſe. Ab illo igitur audiuit, audit, & audiet, à quo eſt: ab illo eſt, à quo procedit. Hic aliquis forſitan quærat, vtrū & à Filio procedat Spiritus ſanctus. Filius enim ſolius Patris eſt Filius; & Pater ſolius Filij eſt Pater: Spiritus autem ſan-

δὲ τὸ εἶναι. ὥσπερ ἀνωτέρω διειλέγμεθα. ἐπεὶ τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἔστιν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἀπ' ἐκείνου παρ' οὗ ἐκπορεύεται, παρ' οὗ ἐστιν ἐκείνῳ ἡ ὕπαρξις, παρ' ἐκείνου καὶ ἡ γνῶσις, παρ' ἐκείνου τοίνυν καὶ ἡ ἀκρόασις. ἥ τις οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἡ γνῶσις. μὴ ταραττέτω δὲ ὑμᾶς, ὅπερ ἐνταῦθα κεῖται ῥῆμα μέλλοντος χρόνου. οὐ γὰρ εἴρηται, ὅσα ἤκουσεν, ἢ ὅσα ἀκούει, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει. ἐκείνη γὰρ ἡ ἀκρόασις αἰωνία ἐστίν, ἐπεὶ καὶ ἡ γνῶσις αἰωνία. ἐν δὲ τοῖς ἄνευ ἀρχῆς καὶ τέλους αἰωνίοις ὅπερ ἂν ῥῆμα χρόνου ῥηθείη, εἴτε παρῳχημένου, εἴτε ἐνεστῶτος, εἴτε καὶ μέλλοντος, οὐ ψευδῶς τοῦτο εἴρηται. εἰ γὰρ ἡ ἀμετάβλητος καὶ ἄρρητος ἐκείνη φύσις οὐ δέχεται τὸ ἦν, καὶ τὸ ἔσται, ἀλλὰ μόνον τὸ ἐστίν, αὕτη γὰρ ἀληθῶς ἐστίν, ὅτι ἀμετάβλητός ἐστιν, καὶ διὰ τοῦτο ἐκείνῃ λέγειν ἁρμόζει, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, καὶ τάδε ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. ἀλλ' ὅμως διὰ τὴν τῶν χρόνων μεταβολὴν, οὐ ψευδῶς λέγομεν, καὶ τὸ ἦν, καὶ ἐστι, καὶ ἔσται. ἐν ᾗ στρέφεται ἡ ἡμετέρα θνητότης καὶ μεταβολὴ οὐ ψευδῶς λέγομεν καὶ τὸ ἦν, καὶ τὸ ἔσται. ἦν ἐν τοῖς παρελθοῦσιν αἰῶσιν, ἔστιν ἐν τοῖς παροῦσιν, ἔσται ἐν τοῖς μέλλουσιν, ἦν, ὅτι μηδέποτ' ἀπῆν, ἔσται, ὅτι μηδέ ποτ' ἀπέσται. ἔστιν, ὅτι ἀεὶ ἐστίν. οὐδὲ γὰρ ὡς ἂν ἤδη μὴ ὢν μετὰ τῶν παρῳχημένων λήγει, ἢ μετὰ τῶν παρόντων, ὡς ἂν μὴ μένων ῥεῖ, ἢ μετὰ τῶν μελλόντων, ὡς ἂν μὴ πρότερον ὢν ἀνίσχει. ὅθεν ἐπεὶ κατὰ τὰς τῶν χρόνων περιδρομὰς ἡ ἀνθρωπίνη ποικίλλεται διάλεξις, ὁ κατὰ μηδένα χρόνον ἢ δεδυνημένος, ἢ δυνάμενος, ἢ δυνησόμενος ἀπεῖναι, ἀληθῶς ἔχει κατηγορούμενα πάντων τῶν χρόνων τὰ ῥήματα. ἀεὶ τοίνυν ἀκούει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀεὶ γὰρ οἶδεν. ὥστε καὶ οἶδε, καὶ ᾔδει, καὶ εἴσεται, καὶ διὰ τοῦτο ἀκήκοε καὶ ἀκούει, καὶ ἀκούσεται. ἐπεί, καθὼς ἔφημεν ἤδη, ταὐτ' ἐστὶν ἐκείνῳ τὸ ἀκούειν ὅπερ τὸ εἰδέναι, καὶ τὸ εἰδέναι ὅπερ τὸ εἶναι; παρ' ἐκείνου τοίνυν ἀκήκοεν, ἀκούει, καὶ ἀκούσεται παρ' οὗ ἐστι. παρ' ἐκείνου ἐστὶν παρ' οὗ ἐκπορεύεται. ἐνταῦθα τοίνυν ἴσως ζητεῖ τις· πότερον καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; ὁ γὰρ υἱὸς μόνου τοῦ πατρὸς ἐστὶν υἱὸς, καὶ ὁ πατὴρ μόνου τοῦ υἱοῦ πατήρ ἐστι. τὸ δὲ

ſanctus non eſt vnius eorum Spiritus, ſed amborum. Habes ipſum Dominum dicentem: Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Habes & Apoſtolum: Miſit Deus, inquit, Spiritum Filij ſui in corda veſtra. Nunquid duo ſunt, alius Patris, alius Filij? Abſit, Vnum enim corpus, ait, cùm ſignificaret Eccleſiam; moxque addidit, Et vnus Spiritus. Et vide quomodo ille impleat Trinitatem. Sicut vocati eſtis, inquit, in vna ſpe vocationis veſtræ vnus Dominus. Hic vtique Chriſtum intelligi voluit. Reſtat, vt etiam Patrem nominet. Sequitur ergo. Vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & Pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Cùm ergo, ſicut vnus Pater, & vnus Dominus, ideſt Filius, ita ſit, & vnus Spiritus ſanctus: profecto amborum eſt, ſicut ipſe Chriſtus Ieſus dixit: Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Et dicit Apoſtolus; Miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda noſtra. Habes & alio loco eundem Apoſtolum dicentem: Si autem Spiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum ex mortuis, habitat in vobis. Hic vtique Spiritum Patris intelligi voluit: De quo tamen alio loco dicit: Quiſquis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Et multa alia ſunt teſtimonia, quibus hoc euidenter oſtenditur, & Patris, & Filij ipſum eſſe Spiritum, qui in Trinitate dicitur Spiritus ſanctus. Nec ob aliud exiſtimo ipſum vocari propriè Spiritum, cùm etiam ſi de ſingulis interrogemur, non poſſimus niſi Patrem & Filium Spiritum dicere: quoniam Spiritus eſt Deus, ideſt, non corpus eſt Deus, ſed Spiritus. Quod ergo communiter vocantur & ſinguli, hoc propriè vocari oportuit eum, qui non eſt vnus eorum, ſed in quo communitas apparet amborum. Cur ergo non credamus, quod etiam de Filio procedat Spiritus ſanctus, cùm Filij quoque ipſe ſit Spiritus? Si enim non ab eo procederet, non poſt reſurrectionem ſe repræſentans Diſcipulis ſuis inſufflaſſet, dicens. Accipite Spi-

πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ θατέρου τούτων μόνον ἐστὶ πνεῦμα ἀλλ' ἀμφοτέρων. ἔχεις αὐτὸν τὸν κύριον λέγοντα. οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. ἔχεις καὶ τὸν Ἀπόστολον, ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. ἀλλ' ἆρα μὴ δύο εἰσὶν, ἕτερον τὸ τοῦ πατρὸς πνεῦμα, καὶ ἕτερον τὸ τοῦ υἱοῦ; μὴ γένοιτο. ἓν γὰρ εἰπὼν σῶμα, ὅτε τὴν ἐκκλησίαν ἐδήλου, εὐθὺς προσέθηκε, καὶ ἓν πνεῦμα. καὶ θεάσασθε πῶς ἐκεῖ συμπληροῖ τὴν τριάδα. ὥσπερ ἐκλήθητε, φησὶν, ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν. εἷς κύριος. ἐνταῦθα σαφῶς τὸν Χριστὸν νοεῖσθαι ἠθέλησε. λείπεται λοιπὸν ὀνομάσαι καὶ τὸν πατέρα. ἐπάγει τοίνυν μία πίστις. ἓν βάπτισμα. εἷς Θεὸς καὶ πατὴρ πάντων ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν. ἐπεὶ τοίνυν ὥσπερ εἷς πατὴρ, καὶ εἷς κύριος, τουτέστιν υἱὸς, οὕτως εἴη καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἀναμφιβόλως ἀμφοτέρων ἐστίν. ὥσπερ ὅταν αὐτὸς μὲν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς λέγῃ, τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. ὁ δὲ Ἀπόστολος λέγει. ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. ἔχεις ἑτέρωθι τὸν αὐτὸν Ἀπόστολον λέγοντα. εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ἐνταῦθα πάντως τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς νοεῖσθαι ἠθέλησεν. ἀλλ' ὅμως ἐν ἑτέρῳ τόπῳ περὶ τούτου φησίν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. πολλαὶ δὲ καὶ ἕτεραι εἰσὶ μαρτυρίαι, δι' ὧν ἀριδήλως δείκνυται τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα, ὅπερ ἐν τῇ τριάδι λέγεται πνεῦμα ἅγιον. καὶ οὐ δι' ἕτερον δὲ νομίζω πνεῦμα τοῦτο κεκλῆσθαι. ὅπερ καὶ ἐφ' ἑκάστου ἐρωτώμενοι οὐ δυνησόμεθα, μὴ καὶ τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν εἰπεῖν πνεῦμα. πνεῦμα γάρ ἐστιν ὁ Θεός. τουτέστιν, οὐ σῶμά ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ πνεῦμα. ὃ τοίνυν κοινῶς καὶ ἑκάτερος καλοῦνται, ἰδίως τοῦτο ἔδει καλεῖσθαι ἐκεῖνο ὅπερ οὐ θατέρου τούτων ἐστὶν, ἀλλ' ἐν ᾧ φαίνεται τὸ κοινὸν ἀμφοτέρων. διατί τοίνυν μὴ πιστεύσωμεν καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπεὶ καὶ τοῦ υἱοῦ ἐστιν αὐτὸ πνεῦμα; εἰ γὰρ μὴ παρ' αὐτοῦ ἐξεπορεύετο, οὐκ ἂν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἑαυτὸν ἐμφανίζων τοῖς μαθηταῖς, ἐνεφύσησεν αὐτοῖς λέ-

Spiritum ſanctum. Quid enim aliud ſignificauit inſufflatio, niſi quod procedat Spiritus ſanctus & de ipſo? Ad hoc pertinet etiam illud, quod de muliere quæ fluxum ſanguinis patiebatur, ait: Tetigit me aliquis; Ego enim ſenſi de me virtutem exiiſſe. Nam virtutis nomine appellari etiam Spiritum ſanctum, & eo loco clarum eſt, vbi Angelus, dicenti Mariæ; Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Reſpondit: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Et ipſe Dominus promittens eum Diſcipulis, ait: Vos ſedete in Ciuitate, quouſque induamini virtute ex alto. Et iterum: Accipietis, inquit, virtutem Spiritus ſancti, ſuperuenientem in vos, & eritis mihi teſtes. De hac virtute credendus eſt dicere Euangeliſta: Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Si ergo & de Patre, & Filio procedit Spiritus ſanctus, cur Filius dixit, de Patre procedit? Cur putas, niſi quemadmodum ad eum ſolet referre, & quod ipſius eſt, de quo & ipſe eſt? Vnde illud eſt, quod ait; Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Si igitur intelligitur hic, eius doctrina, quam tamen dixit non ſuam, ſed Patris; quantò magis illic intelligendus eſt, & de ipſo procedere Spiritus ſanctus, vbi ſic ait, de Patre procedit, vt non diceret, de me non procedit? A quo autem habet Filius vt ſit Deus, eſt enim de Deo Deus, ab illo habet vtique, vt etiam de illo procedat Spiritus ſanctus, ac per hoc Spiritus ſanctus, vt etiam de Filio procedat, ſicut procedit de Patre, ab ipſo habet Patre. Hic vtcunq; etiam illud intelligitur quantum à talibus, quales nos ſumus, intelligi poteſt, cur non dicatur natus eſſe, ſed potiùs procedere Spiritus ſanctus. Quoniam ſi & ipſe Filius diceretur, amborum vtique Filius diceretur, quod abſurdiſſimum eſt: Filius quippe nullus eſt duorum, niſi Patris, & matris. Abſit autem, vt inter Deum Patrem, & Deum Filium tale aliquid ſuſpicemur. Quia nec Filius

homi-

γων. λάβετε πνεῦμα ἅγιον. τί γὰρ ἕτερον ἐδήλου τό, δι' ἐκείνου τοῦ ἐμφυσήματος, εἰ μὴ ὅτι καὶ παρ' ἐκείνου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται; πρὸς τοῦτο δ' ἀνήκει κἀκεῖνο, ὅπερ φησὶ περὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης γυναικός. ἥψατό μού τις· ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἐξ ἐμοῦ. τὸ γὰρ τῷ ὀνόματι τῆς δυνάμεως καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καλεῖσθαι, δῆλον ἐξ ὧν ὁ Ἄγγελος, τῇ Μαρίᾳ λεγούσῃ, κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; ἀποκρίνεται, πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ὑπισχνούμενος αὐτὸ τοῖς μαθηταῖς φησίν. ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους, καὶ πάλιν λήψεσθε, φησί, δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες. περὶ ταύτης τοίνυν τῆς δυνάμεως πιστευτέον τὸν Εὐαγγελιστὴν λέγειν, δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο καὶ ἰᾶτο πάντας. εἰ τοίνυν καὶ παρὰ τοῦ πατρός, καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται πνεῦμα, τίνος χάριν ὁ υἱὸς εἴρηκε παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, διατί οὖν οἴει; πάντως δὴ ὃν τρόπον εἴωθεν ἀναφέρειν πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὰ ἑαυτοῦ, παρ' οὗ καὶ αὐτός ἐστιν, ὅθεν κἀκεῖνό ἐστιν, ὅ φησιν, ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμή, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με πατρός, εἰ τοίνυν κἀνταῦθα νοεῖται καὶ αὐτοῦ ἡ διδασκαλία. καίτοι ταύτην οὐχ ἑαυτοῦ ἀλλὰ τοῦ πατρὸς εἶναι φήσαντος, πῶς οὐ μᾶλλον κἀκεῖ δεῖ νοεῖν καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔνθα οὕτως ἔφησεν, ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι; ὡς μὴ λέγειν καὶ παρ' ἐμοῦ μὴ ἐκπορεύεσθαι; παρ' οὗ δὲ ἔχει ὁ υἱὸς τὸ εἶναι Θεός, ἔστι γὰρ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, παρ' αὐτοῦ ἔχει πάντως, τό, καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐνταῦθα ὁπωσοῦν κἀκεῖνος νοεῖται, ὡς δυνατὸν παρὰ τό, οἷοι ἡμεῖς, νοεῖσθαι, πῶς οὐ μᾶλλον γεννᾶσθαι, ἀλλ' ἐκπορεύεσθαι λέγεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εἰ γὰρ καὶ τοῦτο υἱὸς ἐλέγετο, ἀμφοτέρων ἂν υἱὸς ἐλέγετο, ὅπερ ἀτοπώτατόν ἐστιν. οὐδεὶς γὰρ υἱὸς δυεῖν ἐστι πλὴν τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρός. ἀπείη δὲ τοιοῦτόν τι μεταξὺ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ υἱοῦ ἡμᾶς ὑποπτεύειν. ἐπεὶ καὶ ὁ υἱὸς τῶν ἀν-

θρώ-

hominis ſimul, & ex Patre & ex matre procedit: ſed cùm in matre procedit ex patre, non tunc procedit & ex matre: & cùm in hanc lucem procedit ex matre, non tunc procedit ex Patre. Spiritus autem ſanctus non de Patre procedit in Filium, & de Filio procedit ad ſanctificandam creaturam, ſed ſimul de vtroque procedit: quamuis hoc Filio Pater dederit, vt quemadmodum de ſe, ita de illo quoque procedat. Neque enim poſſumus dicere quod non ſit vita Spiritus ſanctus: cùm vita ſit Pater, vita ſit Filius. Ac per hoc ſicut Pater cùm habeat vitam in ſemetipſo, dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo: ſic ei dedit vitam procedere de illo, ſicut procedit & de ipſo. Sequuntur autem verba Domini dicentis: Et quæ ventura ſunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annunciabit vobis.

Ex Tractatu 100. Super illis verbis.

Ille me clarificabit.

QVod enim ait, ille me clarificabit, poteſt intelligi, quia diffundendo in cordibus credentium charitatem, ſpiritualeſque faciendo, declarauit eis quomodo Filius Patri eſſet æqualis: quem ſecundùm carnem prius tantummodo nouerant, & hominem ſicut homines cogitabant. Vel certè quia per ipſam charitatem fiducia repleti, & timore depulſo, annunciauerunt hominibus Chriſtum; ac ſic fama eius diffuſa eſt in toto orbe terrarum, vt ſic dixerit: Ille me clarificabit. Tamquam diceret; Ille vobis auferet timorem, & dabit amorem: quo me ardentius prædicantes, gloriæ meæ per totum mundum dabitis odorem, commendabitis honorem. Quod enim futuri fuerant in Spiritu ſancto, hoc eundem Spiritum dixit eſſe facturum. Quale eſt etiam illud, non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri,

qui

ἀνθρώπων οὐχ ἅμα ἐκ τοῦ πατρὸς πρόεισι καὶ τῆς μητρός· ἀλλ᾽ ὅταν πρόεισιν ἐκ τοῦ πατρὸς, οὔπω πρόεισιν ἐκ τῆς μητρὸς. καὶ ὅταν εἰς τοῦτο τὸ φῶς προέρχεται, οὐ τότε προέρχεται καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται εἰς τὸν υἱὸν, κἀκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται πρὸς τὸ ἁγιάζειν τὴν κτίσιν, ἀλλ᾽ ὁμοῦ ἐξ ἀμφοτέρων ἐκπορεύεται, εἰ καὶ ὁ πατὴρ τοῦτο δέδωκε τῷ υἱῷ, ἵν᾽ ὥσπερ ἐξ ἑαυτοῦ οὕτω καὶ ἐξ ἐκείνου ἐκπορεύηται. οὐδὲ γὰρ δυνάμεθα λέγειν, μὴ εἶναι ζωὴν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐπεὶ καὶ ὁ πατὴρ ζωὴ ἐστὶ καὶ ὁ υἱός. καὶ διὰ τοῦτο ὥσπερ πατὴρ ζωὴν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε ζωὴν ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐξ ἐκείνου, ὥσπερ ἐκπορεύεται καὶ ἐξ ἑαυτοῦ. ἐφεξῆς εἰσὶ ῥήματα τοῦ κυρίου λέγοντος, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν;

Ἐν δὲ τῷ ἑκατοστῷ λόγῳ μετ᾽ ὀλίγά τινα. οὕτω φησίν.

Ὃ γὰρ λέγει ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, οὕτω δυνατὸν τοῦτο νοεῖσθαι. ὅτι τὴν ἀγάπην ἐν ταῖς τῶν πιστευόντων καρδίαις ἐκχέον, πνευματικούς τε ποιοῦν, φανερὸν τούτοις ποιήσει τὴν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητα, ὃν κατὰ τὴν σάρκα μόνον ᾔδεισαν πρότερον, καὶ ἄνθρωπον μόνον ὡς ἄνθρωποι ἐλογίζοντο. ἢ καὶ τοῦτο ἀληθές. ὅτι διὰ τῆς ἀγάπης παρρησίας πλησθέντες, καὶ τὸν φόβον ἀπωσάμενοι, τοῖς ἀνθρώποις ἀνήγγειλαν τὸν Χριστόν. καὶ οὕτως ἡ ἐκείνου φήμη εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκέχυται. καὶ οὕτω λέγων, ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅμοιόν φησιν, ὥσπερ ἂν ἔλεγεν, ἐκεῖνος ἀφελὼν τὸν φόβον, παρέξεται τὴν ἀγάπην, δι᾽ ἣν με θερμότερον κηρύττοντες, καθ᾽ ὅλον τὸν κόσμον τῆς ἐμῆς δόξης διαδώσετε τὴν ὀσμήν. βεβαιώσετε τὴν τιμήν. ὃ γὰρ ἐκεῖνοι πράττειν ἔμελλον ἐν ἁγίῳ πνεύματι, τοῦτό φησιν, ὅτι πράξει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. οἷον ἐστὶ κἀκεῖνο. οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες ἀλλὰ τὸ πνεῦμα.

qui loquitur in vobis. Verbum quippe græcum, quod eſt δοξάσει, alius clarificabit, alius glorificabit, Latini interpretes in ſua quiſque tranſlatione poſuerunt, quoniam ipſa quæ Græcè dicitur δόξα, vnde dictum eſt verbum δοξάσει, & claritas interpretatur, & gloria. Gloria namque fit quiſque clarus, & claritate glorioſus; ac per hoc, quod vtroque verbo ſignificatur, idipſum eſt. Sicut autem definierunt antiqui latinæ linguæ clariſſimi auctores; Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude; quæ cum eſt in hoc mundo facta de Chriſto, non Chriſto credenda eſt magnum aliquid contuliſſe, ſed mundo. Bonum enim laudare, non laudatu, ſed laudatibus prodeſt.

Et infra verſus finem.

Nihil hoc loco dicendum eſt qui Chriſtum vituperant, atque blaſphemant, quia de gloria eius loquimur, qua eſt glorificatus in mundo; non enim glorificauit Spiritus ſanctus vera gloria, niſi in Eccleſia ſancta catholica. Alibi enim, ideſt vel apud hæreticos, vel apud quoſdam paganos, vera eius in terris gloria non poteſt eſſe, & vbi videtur eſſe frequens de illo fama cum laude. Vera ergo eius gloria in Eccleſia catholica ſic à Propheta cantatur: Exaltare ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua. Quia itaq; poſt eius exaltationem venturus erat Spiritus ſanctus, & eum glorificaturus: hoc facit pſalmus, hoc ipſe Vnigenitus promiſit futurum, quod videmus impletum. Quod autem ait, De meo accipiet, & annunciabit, catholicis audite auribus, catholicis percipite mentibus. Non enim propterea, ſicut quidam hæretici putauerunt,

mi-

τὸ ἅγιον τοῦ πατρὸς ὑμῶν, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. τὸ γὰρ ἑλληνικὸν ῥῆμα, τὸ, δοξάσατε, οἱ μὲν τῶν λατίνων ἑρμηνέων κλαριφικάμπετ, οἱ δὲ γλωριφικάμπετ ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἑρμηνείαις ἐξέδωκαν. ὃ γὰρ ἑλληνικῶς λέγεται δόξα, ἔνθεν καὶ τὸ δοξάζειν λέγεται ῥῆμα, τοῦτο κλαρίτας, καὶ γλώρια ἑρμηνεύεται. καὶ γὰρ τῇ τε γλώρια γίνεταί τις κλάριτις, καὶ τῇ κλαριτάτι γλωριόζους. κἀντεῦθεν ταὐτὸ δι' ἑκατέρου δηλοῦται ῥήματος. τοῦτο γὰρ ὥσπερ οἱ ἀρχαῖοι τῆς λατινικῆς γλώσσης λαμπρότεροι ἡγεμόνες ὡρίσαντο, γλώρια ἐστὶ συνεχὴς τῶν μετ' ἐπαίνου περί τινος λήμη. ἥ τις ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ περὶ τοῦ Χριστοῦ κηρυχθεῖσα, δῆλον ὡς οὐ μέγα τι συνεισήνεγκε τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ τῷ κόσμῳ. τὸ γὰρ ἐπαινεῖν τ' ἀγαθὸν, οὐ τῷ ἐπαινουμένῳ, ἀλλὰ τοῖς ἐπαινοῦσι λυσιτελεῖ.

Ἔστι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ πρὸς τὸ τέλος.

ΕΝ τούτῳ δὲ τῷ τόπῳ, οὐδὲν δεῖ λέγειν περὶ τῶν τὸν Χριστὸν ὑβριζόντων, ἢ βλασφημούντων· ἐπεὶ περὶ τῆς ἐκείνου δόξης διαλεγόμεθα, καθ' ἣν δεδόξασται ἐν τῷ κόσμῳ. οὐ γὰρ ἐδόξασε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν Χριστὸν ἀληθεῖ δόξῃ, εἰ μὴ ἐν μόνῃ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. ἀλλαχοῦ γὰρ ἢ παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς, ἢ παρά τισι τῶν ἀσεβῶν ἀληθῆ δόξαν εἶναι περὶ ἐκείνου ἀδύνατον, ἢ συνεχῆ εἶναι περὶ ἐκείνου φήμην μετ' ἐπαίνου. ἀληθὴς δὲ ἐκείνου δόξα, ἐν τῇ καθολικῇ ἐστὶν ἐκκλησίᾳ. οὕτω δὲ καὶ ὁ Προφήτης ψάλλει. ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ Θεὸς καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου· ἐπεὶ τοίνυν μετὰ τὴν ὕψωσιν αὐτοῦ, ἔμελλεν ἥξειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τοῦτον δοξάσειν, καὶ ὁ ἱερὸς ψαλμὸς καὶ αὐτὸς ὁ μονογενὴς προεῖπεν ἐσόμενον, ὃ πεπληρωμένον ὁρῶμεν. ὃ δὲ εἴρηκεν, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, ὀρθοδόξοις ὠσὶν ἀκούετε, ὀρθοδόξοις διανοίαις νοεῖτε, οὐ γὰρ ὥσπερ τινὲς ᾠήθησαν τῶν αἱρετικῶν,

ἐλατ-

minor eſt Filio Spiritus ſanctus; quaſi Filius accipiat à Patre, & Spiritus ſanctus à Filio, quibuſdam gradibus naturarum. Abſit hoc credere, abſit hoc dicere, abſit à Chriſtianis cordibus cogitare.

ἔλαττόν ἐστι τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὡς ἂν τοῦ μὲν υἱοῦ λαμβάνοντος παρὰ τοῦ πατρὸς, τοῦ δὲ ἁγίου πνεύματος παρὰ τοῦ υἱοῦ βαθμοῖς τε φύσεων, ἀπείη τοῦτο πιστεύειν. ἀπείη τοῦτο λέγειν, ἀπείη χριστιανῶν καρδίαις ταῦτα λογίζεσθαι.

PRæter hæc teſtimonia certiſſima S. Auguſtini, placet addere etiam teſtimonium à noſtratibus quoque in græcum conuerſum ex libro, qui de cognitione veræ vitæ inſcribitur cap. 10. tom. 9. qui liber, quamuis non ſit certum eſſe Auguſtini, quod non reperiatur in retractationibus, neque in indiculo Poſſidij, & Theologi Louanienſes negent ex phraſi illum eſſe Auguſtini, Bellarminus tamen in libro de Scriptoribus eccleſiaſticis de opuſculis eiuſmodi, quæ ſunt in tomo 9. Auguſtini, cenſurat, nec poſſe certò aſtruere eos eſſe Auguſtini, cùm diligentiſſimus collector Poſſidius eos prætererit, neque inueniantur à Beda citati, qui ex operibus Auguſtini Commentaria in epiſtolas Beati Pauli confecit. Neque audere pleroſque horum librorum negare eſſe Auguſtini, cùm pij ſint & docti, & Auguſtini ingenio non indigni. Sic igitur auctor quicunque ſit, diſſerit de Trinitate in eo libro, in quo tanquam in Dialogo, Fratres interrogant, Magiſter reſpondet.

Cap. X. ac deinceps.

Fratres. SEd quia pondus carnis animam aggrauat, ecce iterum carnalis cogitatio mentem diuina contemplantem pulſat. Cùm enim ſuperius ratio vnum Deum veriſſimè eſſe demonſtrauerit, & ipſum ſolum cuncta ex nihilo feciſſe probauerit: quomodo quaſi tres Deos adorare docemur, dum Patrem perfectum Deum, Filium perfectum Deum, Spiritum ſanctum perfectum Deum confiteri monemur? Dum enim ſubdiſtinctæ tres perſonæ diſtinguuntur, quid aliud quàm tres dij à nobis intelliguntur.

Magiſter. in ipſa veritate ſe demonſtrante, & ratione probante, citius videbitis neceſſariam in vna eſſentia perſonarum Trinitatem, item per omnia neceſſariam tribus perſonis indiuiduæ ſubſtantiæ vnitatem. Cùm iam ſuperius ænigmaticè de eo loquerer, quia non poteram propriè: Quid dixi eſſentiam Dei eſſe?

Fratres. Lucem.

Magiſter. De luce quid gignitur?

Fratres. Splendor.

Magiſter. Quid in luce, & ſplendore ſimul conſideratur?

Fratres. Calor.

Magiſter. Num in ſubſtantia lucis, ſplendoris, & caloris inuenitur diuerſitas?

Fratres. Non, ſed identitas.

Magiſter. Num in vocabulis, vel officijs prædicatur identitas?

Fratres. Minimè, ſed diuerſitas: nam lucis vocabulum ipſam ſubſtantiam, ſplendoris vocabulum lucis gratiam, calo-

ris

Ἀποκοπὴ ἤτοι ἀπόσπασμα ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ περὶ τῆς γνώσεως τῆς ἀληθοῦς ζωῆς. ἐν ᾧ ὡς ἐν διαλόγῳ ἐρωτῶσι μὲν οἱ ἀδελφοί, ἀποκρίνεται δὲ ὁ διδάσκαλος.

Ἀδελφοί. Ἀλλ᾽ ὅτι τὸ τῆς σαρκὸς βάρος πιέζει τὴν ψυχήν, ἀ- μάλιστα καὶ ὁ σαρκικὸς λογισμὸς τὴν θεωρίαν τῶν θείων διάνοιαν ἐνοχλεῖ. ἀνωτέρω μὲν ὁ σὸς λόγος ἕνα Θεὸν ἀπέδειξεν ἀληθέστατα, καὶ αὐτὸν μόνον παρέστησεν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πάντα παραγαγεῖν, ἀλλὰ νῦν πάλιν τρεῖς Θεοὺς προσκυνεῖν ἡμᾶς εἴποι τις ἄν, διδάσκοντός σου, τέλειον Θεὸν τὸν πατέρα, τέλειον Θεὸν τὸν υἱόν, τέλειον Θεὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δεῖν ὁμολογεῖν. ὅταν γὰρ τρία πρόσωπα τις ὁμολογῇ διακεκριμένα, ἕτερον ἢ τρεῖς Θεοὺς ἀναγκασθήσεται πάντως ὁμολογεῖν.

Διδάσκαλος. Αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἑαυτὴν δεικνύσης, καὶ τοῦ λόγου συνεπιψηφιζομένου, ὄψεσθε ἐξ ἀνάγκης ἐν μιᾷ οὐσίᾳ τριάδα προσώπων, καὶ πάλιν ἀναγκαίαν διὰ πάντων ἐν τοῖς τρισὶ προσώποις μίαν ἀδιαιρέτου οὐσίας ἑνότητα. ὅτι τοίνυν ἀνωτέρω διηγούμην περὶ Θεοῦ δι᾽ αἰνίγματος, ἐπεὶ κυρίως οὐχ οἷός τε ἦν, τίποτε τὴν οὐσίαν ἔφην τοῦ Θεοῦ, εἰ μέμνησθε;

Ἀδελ. Φῶς.

Διδ. Ἐκ τοῦ φωτὸς τί γεννᾶται;

Ἀδελ. Ἀπαύγασμα.

Διδ. Τί δὲ πάλιν ἐν τῷ φωτὶ καὶ τῷ ἀπαυγάσματι κοινῶς θεωρεῖται;

Ἀδελ. Θέρμη.

Διδ. Μὴ τοίνυν ἐν τῇ τοῦ φωτός, τοῦ ἀπαυγάσματος, τῆς θέρμης οὐσίᾳ ἐστί τις διαφορά;

Ἀδελ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ μᾶλλον ταυτότης.

Διδ. Ἀλλ᾽ ἆρα μὴ ἡ αὐτὴ καὶ τοῖς ὀνόμασι, καὶ ταῖς ἐνεργείαις θεωρεῖτε ταυτότης;

Ἀδελ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ μᾶλλον διαφορά, τὸ μὲν γὰρ τοῦ φωτὸς ὄνομα· αὐτὴν τὴν οὐσίαν. τὸ δὲ τοῦ ἀπαυγάσματος, τὴν

ris verò vocabulum videtur exprimere lucis efficaciam.

Magiſter. Igitur patet tria vocabula diuerſa vnam conſtare indiuiduam eſſentiam.

Fratres. Per omnia patet.

Magiſter. Summum Spiritum Patrem lucem appellari, habetis in Ioanne Apoſtolo: Deus lux eſt, & in eo tenebræ non ſunt vllæ, ſummum quoque Spiritum Filium ſplendorem nuncupari, habetis in alio Apoſtolo: Qui eſt ſplendor ſubſtantiæ eius. Summum nihilominus Spiritum ſanctum calorem nominari apud Moyſen: Deus noſter ignis eſt. Cùm itaque lux, ſplendor, calor, vna ſit natura, & indiuidua ſubſtantia, vocabula verò diuerſa: conſtat profectò Patris & Filij & Spiritus ſancti vnam naturam indiuiduam eſſentiam eſſe, dum in eo quod ſignificat quid ſit, ſubſtantialiter Spiritus nominatur, & item in perſonis diuerſitatem neceſſariam dum Pater gignens, Filius naſcens, Spiritus ſanctus, ab vtroque procedens prædicatur.

Fratres. Plane Trinitatem in perſonis perſpicuè videmus, & neceſſariam in ſubſtantia vnitatem euidenter tenemus.

Magiſter. Ideo vigilantiſſime hæc duo nomina, ſcilicet ſubſtantia & perſona diuinæ eſſentiæ coaptantur. quia ſemper ſubſtantia de indiuiduis in pluralitatem conſiſtentibus: perſona autem de indiuidua rationali natura prædicatur, cum nos ſolemus perſonis pluralitatem, ſubſtantiæ autem deſignare eſſentiæ vnitatem.

Fratres. Qua ſimilitudine vocatur æterna lux Pater.

Ma-

τοῦ φωτὸς χάριν· τὸ δὲ τῆς θέρμης, τὴν τοῦ φωτὸς καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος δρᾶσιν ἐκφαίνειν δοκεῖ.

Διδ. Δῆλον τοίνυν ἐν τούτοις διάφορα μὲν εἶναι τὰ ὀνόματα, μίαν δὲ καὶ ἀδιαίρετον τὴν οὐσίαν.

Ἀδε. Ἀριδηλότατα.

Διδ. Τὸ ἄκρον τοίνυν πνεῦμα, τὸν πατέρα, φῶς προσαγορευόμενον ἠκούσατε Ἰωάννου τοῦ Ἀποστόλου. ὁ Θεὸς φῶς ἐστί, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία. πάλιν τὸ ἄκρον πνεῦμα, τὸν υἱὸν τοῦ Ἀποστόλου Παύλου ἠκούσατε λέγοντος. ὃς ὤν, φησίν, ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἄκρον πνεῦμα, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, θέρμην ὀνομάζεσθαι παρὰ τοῦ Μωϋσῆ, ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστίν. ὥσπερ τοίνυν τὸ φῶς, τὸ ἀπαύγασμα, ἡ θέρμη, μία μὲν φύσις, καὶ ἀδιαίρετος οὐσία, τοῖς δὲ ὀνόμασι διαιρουμένη. δῆλον ἀναμφιβόλως πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, μίαν φύσιν καὶ ἀδιαίρετον οὐσίαν εἶναι. ὅταν ὡς δηλοῦται τὸ τί ἐστιν ἐν αὐτῇ οὐσιωδῶς πνεῦμα λέγηται. καὶ πάλιν ἐν τοῖς προσώποις τὴν διάκρισιν ἀναγκαίαν, ὅταν ὁ πατὴρ μὲν γεννῶν, ὁ δὲ υἱὸς γεννώμενος, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον κηρύττηται ἐξ ἑκατέρου ἐκπορευόμενον.

Ἀδε. Φανερῶς τριάδα ἐν τοῖς προσώποις ὁρῶμεν. καὶ ἀναγκαίαν ἐν τῇ οὐσίᾳ ἑνότητα ἀριδήλως κατέχομεν.

Διδ. Ὅθεν ἀκριβέστατα τὰ δύο ταῦτα ὀνόματα, ἡ οὐσία καὶ τὸ πρόσωπον δηλονότι, ἐφαρμόζονται τῇ θείᾳ ὑπάρξει. ἡ γὰρ οὐσία ἀεὶ κατὰ τῶν ἀτόμων, τῶν ἐν πλήθει ὑφεστώτων κατηγορεῖται. τὸ δὲ πρόσωπον, κατὰ τῆς ἀτόμου λογικῆς φύσεως, καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν τοῖς μὲν προσώποις πλῆθος ἀποδιδόναι, τῇ ὑπάρξει ἑνότητα.

Ἀδε. Τίνι ὁμοιώσει ὁ πατὴρ ἀΐδιον καλεῖται φῶς;

Magiſter. Quia ex ſe prolem genuit æqualem.

Fratres. Nonne ſibi magis matris nomen conuenire videretur?

Magiſter. In patre eſt ſemper principalis cauſa prolis. & ideò a principali ſexu debuit iure hoc nomen appellari.

Fratres. Qua ſimilitudine dicitur gignens?

Magiſter. Certum eſt quod mens gignit cogitationem, cùm autem mens ſe ipſam cogitat, quaſi aliam ſibi ſimilem generat, ſic ſummus Deus cùm ſe ipſum talem qualis eſt, cogitauit, proculdubio ſimilem ſibi per omnia imaginem generauit. Et ſicut gignens iure Pater vocatur, ita rectiſſimè genitus Filius nominatur.

Fratres. Si Deus Filium genuit, videtur aliquando fuiſſe quod Filium non habuerit, & hoc nomen ex accidenti poſſederit. Quod ſi hoc ita eſt, ſuperior prolatio labefactatur, qua Deo nihil accidentale, ſed totum eſſentiale prædicabatur.

Magiſter. Ita docuit ratio, Dei eſſentiam eſſe æternam vitam, initij & finis neſciam. Quod ſi hæc ſingularis vera vita abſque initio ſemper fuit, conſtat quod & abſque initio ſemper ſe viuere intellexit. Quod ſi ſe viuere non intellexit, ſapiens non fuit, quod nefas eſt de Deo dicere. Quod ſi aliquando ſapientiam aliunde accepit, qua prius caruit, tunc id à quo tantum bonum accepit, Deo melius extitit, quod abſurdiſſimum eſt. Sed ſi ſempiterna vita ſemper ſe viuere intellexit, hæc intelligentiæ ſapientia non aliunde ei accidit, ſed ſemper ei coëſſentialis fuit, quanquam hanc ex ſe vt prolem ſuam ineffabiliter genuerit; igitur Pater nunquam ſine Filio extitit.

Fra-

Διδάσκαλος. Διότι ἐξ αὐτοῦ ἀπαύγασμα γεγέννηκεν ἴσον.

Ἀδελφ. Καὶ οὐ μᾶλλον δοκεῖ προσφυέστερον αὐτῷ τὸ τῆς μητρὸς ἁρμόζειν ὄνομα;

Διδ. Ἀεὶ ἐν τῷ πατρί ἐστιν ἡ ἀρχοειδὴς αἰτία τοῦ τέκνου, διὰ τοῦτο καὶ τῷ τοῦ ἀρχοειδεστέρου ἐν τοῖς γονεῦσιν ὀνόματι προσηκόντως ἔδει καλεῖσθαι.

Ἀδελφ. Τίνι ὁμοιώσει λέγεται γεννᾷν;

